UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendivm Summae seu Manualis Doct. Navarri

Ávila, Esteban de
Azpilcueta, Martín de

Lvgdvni, 1609

urn:nbn:de:hbz:466:1-41656

Visual Library

Th. 2347

9. I
10.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN


UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN


COMPENDIVM
Summæ seu Manualis
DOCT. NAVARRI
in ordinem alphabeti redactum, sententiasque omnes succincte Complectens:

AVTHORE

R. P. STE. DE AVILA,
Abulensi, societ. Iesu presbytero et Theologo.

LVGDVNI,
Apud Horatium Cardon.
M. D. C. VIIII.

Lib. Coll. Soc. Iesu Paderborn. a° 1611.



REVERENDO ADMODVM PATRI, IOANNI DE ATIENÇA, Præpoſito Prouinciali Societatis Ieſu in hac prouincia Peruana, STEPHANVS DE AVILA, eiuſdem Societatis, perpetuam felicitatem.

ATTENTA *animi conſideratione perpendi, R. admodum Pater, eum fuiſſe ſolùm animum, id conſilium, perquam colendi Patris noſtri generalis, ſummi Pont. Chriſti in terris vicarij, auctoritate confirmatum, Philippi Regis Catholici liberalitate perfectum, cùm primùm nos in remotiſſimas has re-*

giones dimisit, vt fluxarum rerum abiecta sollicitudine, & sæcularibus relictis desiderijs, omnes animi neruos, omnes curas & cogitationes in salutem Indorum intenderemus. Quorum permulti, vt teneræ adhuc plantæ, & quæ in Catholica religione alias non iecerint radices, nisi continua illorum, qui vineam hanc Domini Sabaoth, quæ extendit palmites suos vsque ad mare, excolunt, adsit industria, nullos, vel saltem exiguos, fructus immortali & æterna vita dignos perferent. Plures verò, vt existimo, in medijs vitiorum sordibus, & auitæ idololatriæ tenebris, ita iacent, ac miserè detinentur, vt ex illis ad exteriores & æternas iam iam detrudendi sint, nisi clarissimo euangelij lumine illustrentur. In quam felicissimam sortem permultos ex nostris patribus electos esse video, vt & illos in veræ pietatis officio, & Catholica religione contineãt; hos à barbara immanitate, ad Christianam elegantiam;

tiam; ab idolorum cultu, quibus mancipati sunt, ad Summæ Trinitatis obsequium, & filiorum Abrahæ libertatem traducant: vt quodammodo videantur positi in lucem gentibus, & lucernæ ardentes super candelabra, vt luceant omnibus, qui domus Dei ostium requirunt ingressuri. Dicant hi exultantibus animis cum psalmographo rege, Funes ceciderunt nobis in præclaris; *quippe qui paruulis frangimus panem, quibus quotusquisque est qui petentibus subueniat? Qua in re eo maius est gloriæ & immortalitatis præmium, quo sæpius in multis laboribus, & certissimis vitæ periculis versantur. Illos enim beatos prædicat Scriptura*, Qui super egenum & pauperem intelligũt, quos in die mala liberaturum Dominum pollicetur: *felicissimi labores, clarissima militum trophæa, qui fortem armatũ, ex atrio, quod longo tempore inuictus pacificè custodiuit, licèt infirmi & debiles*

Psal. 15. 6.

Psal. 40. 1.

debiles (vt non glorietur omnis caro) diuina ope, auxilióque ſuffulti, cum ſumma Dei gloria; illius tamen ſummo dedecóre, expulerunt. Qua in re diuini Iſaiæ propheticum vaticinium conſpicimus adimpleri: Tunc aperientur oculi cæcorum, & aures ſurdorũ patebunt; tunc ſaliet ſicut ceruus claudus, & aperta erit lingua mutorum: quoniam ſciſſæ ſunt in deſerto aquæ, & torrentes in ſolitudine. Et quæ erat arida, erit in ſtagnum; & ſitiens, in fontes aquarum. In cubilibus, in quibus priùs dracones habitabant, orietur viror calami, & iunci. *In id tu ſtudium, R. admodum Pater, quanta potes cura & contentione ſemper incubuiſti; quandoquidem optimum & illuſtriſſimum quemque ex iis, quos plures in omni virtutis & doctrinæ genere præſtantes hæc prouincia alit, in eam ſortem delegeris, vt clariſſimum lumen euangelij in eas perferant regiones,*

Iſa. 35. 5.

in

in quibus, vel hactenus non intellectum fuerat, vel iam propè penitus interierat. Cúmque me sæpius ex illorum societate, quibus in salutem Indorum feliciter contigit insudare, expulsum, atque tam in nostris adolescentibus, quàm in externis, qui decursu temporis vineæ huius operarij futuri sunt, Theologica disciplina informandis occupatum intuerer (in quorum continuas, ac graues occupationes, dum vineæ excolendæ insudant, vt experientia ipsa sæpius ostendit, eæ crebrò de officijs, & religione incidunt quæstiones, vt æquè totius bonæ literaturæ præsidia in media Barbaria, quàm in media Hispania requirantur) & in ea potissimùm Theologiæ parte, quam Scholasticam dicimus, permultos annos versatus sim: nec meo muneri, nec voluntati satisfactum existimaui, nisi, quibus possem studijs, quibúsq; illis maximè opus est (sunt autem illa de moribus & officijs elucidatæ quæstiones)

patribus nostris, qui Indorum salutem curant, opem licèt exiguam afferrem. Quandoquidem nec se librorum copia, hac & illac perpetuò discurrentes, præpedire, nec facilè in dubijs, quæ passim sese offerunt grauissima, alios, cùm longissimè absint, possint consulere. Cúmque Doctoris Martini ab Azpilcueta Nauarri manuale, vna omniũ voce, & animo cõmendetur (nec immeritò, cùm ea omnia, quæ in sacris confessionibus possint occurrere, quæque sacrosancta Tridentina Synodus, & sanctissimi Pontifices, felicis recordationis, Pius V. & Gregorius XIII. suis nuper statutis decreuerunt, ita collegerit, vt nihil vmquam, à quouis licèt prudẽtissimo rerum æstimatore possit amplius expectari) non alienum à re ipsa, nec à meo consilio & instituto putaui, si tanti viri lucubrationibus, quod vnum deesse videbatur, adderem, & illas in commodiorem rationem, & faciliorem methodum

dum

dum redigerem; & quæ ille sæpe longo verborum ambitu disputaret, ego paucis complecterer: ne, qui celebris huius Doctoris auctoritate inniti velit, prolixis rationibus, & pluribus auctorum citationibus distrahatur. Si quis autem, in rebus præsertim grauioribus, altiùs velit illarũ causas, primáque fundamẽta requirere, haud multùm laborabit, cùm tam nouæ (quod equidem summo mihi labore constitit, cùm perfecta re nouus, ac pluribus in locis immutatus in lucem rursus liber exierit) quàm veteris Latinæ editionis loca diligenter citauerim, ad quæ facilè, si sibi velit abundantiùs satisfacere, possit adire. Erit etiam mea opera & industria non inutilis, nec iniucunda iis qui graue ac difficile confessariorum munus primùm suscipiunt. Nullius enim vnquam summæ (ni fallor) ope aut breuiùs poterunt, aut faciliùs eam rerum agnitionem licèt confusam assequi, quam grauissimus quisque

quisque auctor in id munus obeunte, vt pote necessariam postulat, & requirit; nam perfectam, sine & laboris & temporis dispendio, non possunt. Præterea cùm nemo tam firma, ac tenaci memoria sit, qui ea, quæ multo studio, ac diligentia pepererit, ita tenere possit, quin inter tot curas & sollicitudines non excidant, negotiorúm ve concursu disturbentur; qui si eadem velit apud eosdē auctores, quos quondam euoluerat, repetere; nec illorum copiam, nec otium temporis nanciscì poterit opportunum. Cui incommodo haud difficilè poterit prouidere, quicunque hoc opusculum, veluti omnium, quæ multis annis in literarum studijs comparauerit, summam ac breue compendium in promptu habeat. At dicet fortasse quisquam, cùm aliqua Doctor Nauarrus tradiderit, quæ non parum à communi hominum opinione abhorreant, sed & (bona tanti viri venia) nonnihil à veritate dissentiant,

cur

cur ego ſuis in locis quid contrà ſenſerim, non adiunxi? A qua me ſententia deterruit, tum quòd rara eſſe illa admodum, ac perpauca, quæ limari, ac excoli diligentiùs poſſent, animaduerterem: tum præcipuè tanti viri auctoritas, quæ apud me equidem tanta eſt, quãta eſſe poteſt maxima: cui ego, niſi iis rationibus, quæ poſſent omnes licèt illius ſtudioſiſſimos, quamuis inuitos, ad meã ſententiam pertrahere, illã confirmarem; me ipſum opponere nullatenus auderem. Sed compendij breuitas, ipſáque inſtituta quæſtionum ſeries, longiores nec ordiri, nec texere quæſtiones permittebat. Quod ſi aggrederer, erat id altiùs repetendum, cùm amputanda eſſent plura, immutanda non pauca, addenda plurima, ea potiſſimùm, quæ in nouo hoc Indiarum orbe, & noua, & grauiſſima ſe offerunt. Id verò ſi facerem, non tam alienos labores in ordinem diſponere, quàm noſtros in lucem edere viderer. Qua in re ſi

re si paululum otij nactus fuero, & ex diuturnis occupationibus, quibus distineor, aliquando respiraro, multorum, qui id à me obnixè cõtenderunt, voluntati & postulatis satisfaciam. Accipe igitur, perquam colende Pater, hoc opusculum, succesciuis, & velut furtiuis temporibus, elaboratum, quod in tuo nomine apparuit. Accipiant illud Patres vita mea mihi chariores, in quorũ gratiam conscriptum est; qui si his meis lucubratiunculis pios labores suos nonnihil leuari conspexerint, mei semper inter diuina mysteria meminerint, obsecro, tam sui spiritualis auxilij indigentissimi, quàm suos semper labores leuandi studiosissimi. Vale, ex hoc collegio nostro Limensi.

BARTHOLOMEVS PEREZ de Nueros, Prouincialis Societatis Iesu in Prouincia Toletana, potestate ad id mihi facta à Reuerendo admodum Patre Claudio Aquauiua, Præposito nostro Generali, facultatem concedo, vt *Compendium Manualis, seu Summa Doctoris Nauarri*, Autore Patre STEPHANO DE AVILA, eiusdem Societatis Presbytero, & sacræ Theologiæ in Ciuitatis Limēsis Academia primario Professore, compositum, & eiusdem nostræ Societatis grauium doctorúmque hominum iudicio approbatum, typis mandetur. In quorum fidem has literas manu nostra subscriptas & sigillo nostro munitas dedimus Madreti, die xx. Octobris Anni Domini MDCVIII.

BARTHOLOMEVS PEREZ
de Nueros.

HVNC R. P. STEPHANI DE AVILA, è Societate Iesu Presbyteri, librum, qui inscribitur, *Compendiū Manualis, seu Sūmæ Doctoris Nauarri*: & pium & eruditum: dignum censuimus, qui prælo commissus, publicæ vtilitatis caussa in lucem ederetur. Datum Lugduni, Idibus Decembris, MDCVIII.

CHALOM V. G. Lugd.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Summa Priuilegij à Christianissimo Galliarum Rege obtenti.

HENRICI IV. Galliæ & Nauarræ Regis, Diplomate cautum est, ne quis in suo regno, aliisve locis ditioni suæ subiectis, intra proximos annos decem, à die impressionis primæ inchoandos, excudat, vendat, excudendum vendendúmque quouis modo ac ratione conetur, librum qui inscribitur, *Compendium Manualis, seu summæ, Doctoris Nauarri, Autore Patre*, STEPHANO *de* AVILA, *è Societate Iesu Presbytero*; præter HORATIVM CARDON, Bibliopolam Lugdunensem; aut illos quibus ipse concesserit: sub pœnis Originali Diplomate contra delinquentes expressis. Datum Parisiis XXX. Maij Anno MDCVIII.

De mandato Regis,

Signatum, BERNARD.

INCIPIT COMPENDIVM SVMMÆ, SEV MANVALIS, DOCTORIS NAVARRI, in ordinem alphabeticum redactum, sententiásque omnes succinctè complectens.

ABBAS.

ABBAS potest conferre quatuor minores ordines. cap. 22. num. 8. §. Quare. A

Abbates potentes absoluere à sententia canonis (si quis suadente) non possunt à multis aliis excommunicationibus minoris auctoritatis. cap. 27. num. 273. & in Nouo num. 275. §. 16. B

ABORSVS.

PECCAT mortaliter qui est causa absûs, A

sûs, percutiendo mulierem, quam scit grauidam; &, si fœtus erat animatus, fit irregularis. Secus, si fœtus non erat animatus, aut nõ dubitatur de illo. Fœtus autem masculinus animatur ad quadragesimum diem, fœmininus verò ad octuagesimum. cap. 15. num. 14. cap. 17. num. 222. & Nou. num. 223.

B Peccat mortaliter mulier grauida, procurans aborsum, sumendo pharmaca, vel aliud quodcumque medium in eum finem. Imò etiam si absque hac intentione exponat se probabili periculo aborsus. cap. 15. num. 14.

Medicus propinans prægnanti medicinã, vt patiatur aborsum, peccat mortaliter. Imò licèt propinet, vt matrem à morte liberet. cap. 25. num. 62.

ABSOLVTIO I.

Sacramentalis in genere.

A QVI dubitat quid faceret, si occurreret occasio, vel peccandi m. vel patiendi mortem, absolui potest, dummodo proponat non peccare, etiam si talis occurrat occasio. cap. 1. num. 22. & in Nouo num. 19.

Ad absolutionem non requiritur quòd pœnitens credat se amplius non peccaturum.

rum. cap. 3. num. 5. lit.E.&.No.num.13.

Ad absoluendum pœnitentem, non requiritur, quòd proponat abstinere in posterum ab occasionibus remotis peccati mortalis, nec à propinquis venialis, sed sic à propinquis peccati mortalis. cap. 3.num. 5. lit. A.& in Nouo num.10. B

Occasio autem propinqua peccati m. est omnis illa & sola, quæ est peccatum m. vel talis occasio peculiaris, qua credit, vel credere debet, confessarius, vel pœnitens, numquam vel rarò se vsurum sine peccato m. bene perpensis circunstantiis. ibid.lit.D.& No. num. 14.Confessarius non debet regulariter absoluere nolentem relinquere occasionem, quæ ferè omnes sui similes facit quasi semper peccare m. Poterit tamen quando tales concurrunt circumstantię, quæ persuadeant, quòd numquam vel rarò peccabit mort. propter eam, quamuis non abstineat ab ea. Quod tunc continget, quando hæc quatuor concurrerint. I. Verus dolor præteritorum. II. Verum propositum non peccandi, cùm se inuenerit in tali occasione. III. Credulitas quòd non ruet, adiuuante Deo. IIII. Aliqua causa notabilis propter quã non se abstinet à tali occasione. Ex quibus varia sequũtur corollaria.c.3.n.5.lit.E.& in No. n.15.Quòd si ille adhuc ter quatérue C

admonitus, nullam prorſus emendationem faciat, non deberet abſolui vlteriùs. ibidē. lit.I.& in Nouo num.21.

D Quilibet ſimplex Sacerdos poteſt abſoluere à venialibus, vel etiam à mortalibus aliàs confeſſis. cap. 4. num. 1. & in No.n. 5.

Excommunicatus iniuſtè, licitè poteſt abſolui à peccatis in foro conſcientiæ. cap. 9. num.4.

Abſolutio à peccatis facta à non habente iuriſdictionem ordinariam, vel delegatam, nulla eſt. Nec ſufficit ratificatio poſtea facta à proprio confeſſario. num.5.6.

E Qui habens caſus reſeruatos, confitetur non habenti poteſtatem abſoluendi ab illis, ſi abſoluatur ab eis, non eſt valida abſolutio, quoad eos, ſed ſic quoad reliquos. cap. 9. num.6. & in No.num.7.

Abſolutio facta à Priori, vel Abbate nullum titulum bonum, vel malum habente, nulla eſt. Et licèt titulus ſit malus, aliquando tamen ſufficit ad validitatē abſolutionis. cap.9.num.8. & in Nouo num. 11. vbi loco Prioris ſeu Abbatis ponitur nomē Parochi.

Nullo modo eſt abſoluendus indiſpoſitus, quamuis ipſe pœnitens dicat, deſperationem vel ſcandalum ſubſecuturum.ca. 10. num.4.

F Non debet abſolui pœnitens, qui nō vult deſi

desistere ab occasione, quam dat alteri ad peccandum, si occasio est scandalum actiuum mortiferum; id est, quòd qui dat, peccat m. dando eam. Talis est omnis & sola illa quæ datur per peccatum m. aut intentione principali, vel minùs principali, inducendi ad illud; vel ad id iuuando, vel contenendo salutem spiritualem proximi, vel in id consentiendo, saltem interpretatiuè. c. 14. num. 31. lit. A. & in No. num. 32. Ponuntur autem his in locis varia exempla de vsurario, de meretrice, & aliis.

Non est absoluendus concubinarius co- G
habitans concubinæ, nisi priùs separetur, cum proposito numquam ad eam ampliùs redeundi. cap. 16. num. 20. Idem est, quando à populo creduntur concubinarij, quamuis reuera non sint. Ibidem.

Non est absoluendus is qui sibi videtur, quòd, alteri cohabitando, non vitabit peccatum mortale, nisi separetur. ibidem. n. 21.

Absolui potest ille de quo confessor non potest intelligere, vtrùm peccet venialiter vel mortaliter, quamuis non possit ei persuadere, vt à tali opere desistat; cautiùs tamen ageret consulendo peritos. ca. 23. n. 21.

Absolutio est danda in quibusdam casi- H
bus, præmisso iuramento, scilicet in iis in quibus ius id præcipit, quales sunt in excõ-

municato notorio absoluendo, in incendiario, in mutilatore, in manifesto raptore, vel Ecclesiæ violatore, in vsurario publico, & in publicè iniuriante personas Ecclesiasticas. cap.26.num.2.

Potest absolui proponens id quod iure facere debet, se facturum consilio huius, vel illius Doctoris. ibidem. num.3.

I Non est absoluendus nisi rarò qui præcedenti confessione promisit restituere,& non impleuit, cùm tamen posset. cap.17. nu. 59.

Absolutio à peccatis, non est danda nisi præmissa absolutione ab excommunicatione. num.7. Si tamen detur, valebit aliquando. num.7.& cap.9.num. 3.de quo tit. confessio 4.lit.C.

Absolutio danda est præmittendo, *Misereatur, &c.* & statim, *Dominus noster Iesus Christus &c.* & solùm hæc verba *Absoluo te*, sunt essentialia. cap. 26.num.11.

L Non debet dari absolutio à peccatis sub conditione de futuro, secùs de præterito. quoniam absolutio non potest esse in pendenti. num.12.

Absolui potest loquela priuatus, qui per signum confitetur. Non tamen ille qui tantùm ostendit signa contritionis,nisi nutu vel verbo fuerit confessus aliqua peccata. c. 26. num.28.& No.num.27.

Quòd

Quòd si nec huiusmodi nutibus possit M
confiteri, non est absoluendus, quamuis antequam iudicium amitteret, vocauerit confessarium, & magnam voluntatem cum signis contritionis ostenderit aliis quàm absoluturo. cap. 27. num. 269. & Nou. 268.

Poterit tamen absolui is qui peccata aperuit alicui, mittendo eum tanquam nunciũ, ad confessarium, à quo sit absoluendus. ibidem.

An existenti in articulo mortis, possit impendi absolutio à Sacerdote excommunicato, etiam denunciato. vide titul. Articulus mortis.

ABSOLVTIO II.

Sacramentalis à peccatis reseruatis.

ABSOLVTIO collata habenti casus re- A
seruatos à non habente potestatem, non est valida quoad reseruatos. cap. 9. num. 6. & in No. num. 7.

Habens peccata reseruata, omnia integrè confiteri tenetur, licèt confiteatur Sacerdoti non potenti absoluere à reseruatis, aliàs confessio est nulla. cap. 9. num. 11. Nouo num. 14.

Potéstque, si integrè confiteatur, absolui B

ab inferiori, à non reseruatis, & mitti ad Superiorem pro absolutione à reseruatis; cui sola reseruata confiteatur. cap. 26. num. 6. Non debet dicere *absoluo te ab omnibus peccatis*, sed cum limitatione, *à tali & tali*. Ibidem, additum in Nouo.

Sed vt primò absoluatur ab inferiori, à non reseruatis, requiritur quòd reseruata non habeant annexam excommunicationē. cap. 26. num. 27.

Quando Superior absens concedit inferiori facultatem, vt absoluat à reseruatis, sub hac conditione, vt pœnitens iterum confiteatur superiori quando fuerit præsens; tunc absolutio à reseruatis data cum hac conditione valida est; quamuis pœnitens postea non confiteatur Superiori: tamen nouum peccatum non committet, non comparendo. cap. 26. num. 12.

C Qui confitetur habenti facultatem absoluendi à reseruatis, & non confitetur ea propter obliuionem, potest postea illa confiteri non habenti talem facultatem. cap. 26. num. 13.

Qui absoluit à casu reseruato, & censura, à qua non poterat, obtenta facultate potest absoluere absentem à censura. Imò etiam à peccatis, quãdo iudicauerit eum esse in gratia, si præsentia eius haberi non potest. n. 14.

Qui

Quilibet Sacerdos, dummodo non sit hæreticus, potest absoluere in articulo mortis à quolibet casu reseruato, si copia desit Superioris. cap. 26. num. 26. de quo vide etiam copiosiùs tit. Articulus mortis.

Qui in articulo mortis absoluit à reser- D
uato habente annexam excommunicationem, debet pœnitentem admonere, vt, si conualuerit, quàm citò possit, se præsentet Superiori, alias reincidet in excommunicationem. Hoc tamen non requiritur si peccatum non habet annexam excommunicationem. cap. 26. num 27. quinimo licèt peccatum habeat annexam excommunicationem, non tenetur iste rursus confiteri peccata, quæ ritè confessus est, & à quibus fuit in illo articulo absolutus. Propterea quòd in articulo mortis cessat omnis reseruatio. nec etiam tenetur iterum petere absolutionem ab excommunicatione: sed solùm tenetur se præsentare coram superiori: imò nec ad hoc tenetur, si ipse cum parte concordauerit, aut plenè satisfecerit ei tantùm quantum debebat coram Deo. cap. 26. n. 26. Addita sunt in Nouo. §. An autem. & regulariter sufficit se præsentare per procuratorem. capit. 27. numer. 46. tempus autem, quo tenetur se præsentare, si commodè potest, relinquitur determinandum arbitrio

boni viri, quoad forum exterius; sed quoad interius, conscientiæ ipsius absoluti. nu. 113.

E A peccatis habentibus annexam excommunicationem Papalem, post sublatam censuram, potest simplex parochus absoluere, nisi cum reseruatione censuræ Papalis concurreret etiam reseruatio Episcopi reseruantis sibi peccatum illud. Sed iam consuetudine introductum est, vt sublata censura Papali, sublata censeatur reseruatio Episcopi. cap. 27. num. 255. & in Nou. num. 261.

F Parochus habens facultatem absoluendi à casibus reseruatis Episcopo suo, potest absoluere pœnitentem alterius Episcopatus à peccatis reseruatis suo Episcopo. Ibidem.

Absolutio à casibus reseruatis Episcopo potest concedi per quamdam bullam Gregorij XIII. Additum in Nou. cap. 27. nu. 263. absolutio ab excommunicatione incursa propter participationem cum excommunicato in crimine ob quod est excommunicatus, reseruatur eidem cui reseruata excõmunicatio ob ipsum crimen. ca. 27. n. 112.

De absolutione ab Hæresi vide tit. Hæreticus. Casus reseruatos Papæ, vide tit. excommunicatio. 6. reseruatos Episcopo, vide tit. casus reseruatus. Quando iudicabitur Episcopum concessisse absolutionem à casibus sibi reseruatis, vide eodem tit.

ABSO

ABSOLVTIO III.

Ab excommunicatione in communi.

ABSOLVTIO iniusta ab excommuni- A
catione, valida est ipso iure. Prælud. 9. num.11.& Nou.num.13.& cap. 27.num.37. Vnde ea præmissa potest absolui homo à peccatis, & prosunt illi suffragia generalia Ecclesiæ.cap.27.num.38.

Qui ignorat se excommunicatum, & absoluitur à peccatis, habens postea notitiam excommunicationis, tenetur petere absolutionem.cap.9.num.3.& Nou.num.4.

Qui confitetur habenti facultatem ab- B
soluendi ab omnibus peccatis & cẽsuris,curare debet vt ab omnibus absoluatur. Quòd si postea censuræ in mentem venerint, sufficit confiteri peccata, nulla obtenta absolutione à censuris.cap.26. num.13.

Bene potest quis absolui ab excommunicatione ante solutionem pœnæ debitæ ob transgressionem. cap. 23. num.66.

Absolutio ab excõmunicatione præmit- C
tenda est ante absolutionem à peccatis.c.26. n.7.forma seruanda in absolutione ab excõmunicatione,est primùm, vt petat iuramentum; quod quando sit petendum,vide titulo

absolu

absolutio. 1. Secundò, quòd satisfaciat parti si offensa est notoria; vel expẽsas, si cõtumacia est notoria. quòd si offensa vel contumacia non est notoria, sufficit præstare cautionem. Hæc autem distinctio de notoria vel non notoria, solùm habet locum in foro interiori : cap. 26. num. 7. Iura autem quæ iubent satisfacere ante absolutionem in articulo mortis, intelliguntur, si excommunicatus potest; aliàs sufficit præstare cautionẽ cum pignore vel fideiiussore si possit. cap. 27. num. 47. aliàs sufficiet cautio iuratoria. num. 48. Tertiò est, quòd humeros nudatum cum Psalmo, *Miserere mei Deus*; aut alio pœnitentiali, flagello vel alia re cædat: & post, *Gloria Patri* &c. *Kyrie eleison* &c. *Pater noster*, cum versiculis *Saluum me fac* &c. Deinde Oratio. *Deus cui proprium est misereri semper & parcere, suscipe deprecationem nostram, & hunc famulum tuum quem excommunicationis sententia ligatum tenet, miseratio tua pietatis absoluat, per Christum.* Deinde absoluat eum dicens, *Auctoritate qua fungor, absoluo te à vinculo excommunicationis quod incurristi ob hanc vel illam causam vel causas, & restituo te Sacramentis Ecclesiæ, & communioni fidelium, in nomine Patris* &c. Amen. Atque hæc forma regulariter est seruanda, si commodè fieri possit; alioqui sufficiet dicere,

cere, *Ego te absoluo ab excommunicatione, vel benedico te.* Non enim habet verba determinata, nec fœminæ denudandi sunt humeri. cap. 26. num. 8. 9. de Forma absolu- D
tionis ad cautelam, vide in fine huius tituli.

Fratres minores non tenentur flagellare E
excommunicatos, quando eos absoluunt in foro conscientiæ. cap. 26. num. 9. absolutio ab excommunicatione semper requirit aliqua verba: à suspensione verò & ab interdicto, non: quoniam inferuntur donec aliquid certum fiat: tunc enim sufficit quòd illud fiat. cap. 27. num. 165.

Absolutio ab excommunicatione non debet dari sub conditione de futuro, secus de præterito. Ibidem. cap. 26. num. 12.

Excommunicatus ob multas causas, ab omnibus etiam non expressis manet absolutus, si absoluens habeat intentionem absoluendi eum ab omnibus: aliàs verò à solis expressis maneret absolutus: si verò ob vnam tantùm causam sæpe incurreret, sufficit dicere toties quoties. num. 8.

Tutius est dicere quòd virtute bullarum non possit impendi absolutio ab excommunicatione extra confessionem. num. 31.

Absolutio ab excommunicatione potest F
dari post mortem, ei qui mortuus est cum signis contritionis. num. 32. Sed tamen debet

bet dari à potente eum viuum absoluere. Nec est extrahendus è loco sacro, vt flagelletur, sed sufficit flagellare sepulchrum. Ibidem.

Atque hæc quidem non est vera absolutio quoad Deum, sed denuntiatur Ecclesiæ, decessisse absolutum. cap.27.num.271.

Absolutio ab excommunicatione potest conferri absenti. cap.26.num.14.

Absolutio ab excommunicatione minori conferri potest à quolibet Sacerdote simplici. cap.27. num.25.Dummodo pœnitens habeat tantùm venialia. num.39.

Absolutio ab excommunicatione, facta ab habéte potestatem ordinariam, non seruata iuris forma, valet etiam ante Satisfactionem. num. 37.

Non tamen valet facta à delegato non seruata forma absoluendi sibi data in delegatione. Vnde absolutio facta extra mortis articulum,à potente per priuilegia absoluere in eo, non valet, nec facta ante satisfactionem ab habente facultatem absoluendi post eam.Ibidem.potest tamen dari ante solutionem pœnę debitæ propter transgressionem.cap.13.num.66.

G Absolutio data virtute mandati Papæ ad absoluendum secundùm formam iuris valet, quamuis ea non seruetur. cap. 27. n.37.

Abso

Absolutio data metu iusto non valet. Data verò ex falsa causa, valet. num. 38.

Absolutio ab excommunicatione maiori iuris non reseruata potest impendi à proprio Prælato. Imò & Parochus, & etiam simplex confessor, qui possit absoluere à mortalibus, potest eam impendere. Sed data ab huiusmodi simplici confessore valet in foro interiori tantùm. num. 39. Nisi absolutus ostenderet commissionem absolutionis, ac testimonio Parochi, vel confessoris absoluentis, essetque vir timens Deum: tunc enim valeret in foro exteriori, maximè vbi sit recepta consuetudo absoluendi sine testibus, & notario. num. 43.

Proprius prælatus potest absoluere ab excommunicatione iuris extra suum Episcopatum & parochiam. num. 39. H

Qui potest absoluere ab excommunicatione iuris, potest etiam à lata ab homine generaliter. num. 44.

Ab excommunicatione ab homine ipse solus potest absoluere, vel eius successor, vel superior, vel delegatus. num. 40. excipiuntur tamen sequentes casus.

Nam delegatus Papæ qui potest excommunicare intra vnum annum per sententiã diffinitiuam, eo tamen transacto non potest absoluere. Neque Episcopus post denuntiationem I

tionem potest absoluere incendiarium excommunicatum à se. Item excommunicans qui postea excommunicatus est maiore, & denuntiatus, non potest absoluere, secus, si minore. Neque excommunicatio lata ab inferiori, & confirmata à Papa, potest auferri ab eo qui eam tulit. Ibidem & exequutor mandati Papæ, qui iubetur excommunicare certum hominē sine cognitione causę, non potest absoluere postquam excommunicauit. num.44. absolutio ab excommunicatione potest dari à non Sacerdote in foro exteriori, imò etiam interiori, dummodo non coniungatur cum absolutione à peccatis. num.41.

L Qui potest absoluere virtute iurisdictionis delegatæ à principe, vel concessæ in priuilegium perpetuum ratione dignitatis vel officij aut virtute alterius ordinariæ potestatis, potest id alteri committere. num.45. Simplex ministerium absoluendi potest delegari à delegato Ordinarij, & à subdelegato delegati Papæ. num.45.

M Qui in articulo mortis vel propter aliquod iustum impedimentum absoluitur ab eo, qui aliàs non posset absoluere, præsentandus est cessante impedimento, ei qui de iure potest absoluere, alioquin reincidet. n. 46. Sed regulariter sufficit præsentare se per procu

procuratorem. Ibid. Non tamen tenetur comparere, si aliàs concordauerit cum parte, aut plenè ei satisfecerit.in Nouo.cap.26. num.26.§. An autem.vide etiam titulo, absolutio 2.lit.D.

Absolutio ab excommunicatione data propter aliquod impedimentum ab eo qui aliàs non potest absoluere, si impedimentum est falsum, ipsa est nulla.cap. 27. n. 90. N

A quacumque excommunicatione reseruata Papæ potest Episcopus absoluere:si ob iustum impedimentum non sit recursus ad Papam, vel ad Legatum, vel alium habentem priuilegium ad absoluendum. num. 90. quod autem dicatur iustum impedimentum vide titulo Episcopus.

Quilibet sacerdos potest absolutionem excommunicationis impendere in articulo mortis,etiam non confesso:dummodo signa contritionis præcedant. num. 271.& in No. num.272.§.7.

Non tamen potest laicus.cap.26.num.26. Imò nec initiatus sacris, qui non sit presbyter. Poterit tamen sacerdos excommunicatus,etiam denuntiatus, in eodem articulo mortis eam impendere. num. 271.& in No. num.272. §.7. O

Absolutio ab excommunicatione incursa propter participationem cum excommunicato

cato in crimine;ob quod est excommunicatus, reseruatur eidem cui esset reseruata excommunicatio ob ipsum crimen. num. 112.

Solus excommunicatus denuntiatus indiget absolutione quoad forum exterius. num. 271.

p Absolutio excommunicationis simplex, est absolutio integra excommunicationis quæ scitur esse lata &. valida. num. 273. & in No. 277. §. eodem.

Absolutio ad cautelam est, quæ non est talis. Et ita triplex est. Dimidiata, quæ ad certum tempus vel actum. Integra,eius quæ dubitatur esse lata; & rursus integra, eius quæ scitur esse lata. Sed dubitatur an sit valida. Confessarius igitur electus per confessionalia, Iubilea & alias bullas Apostolicas, non potest dare primam harum trium;quoniam virtute bullæ nequit dare absolutionē ad reincidentia; quòd si etiam det, erit ferè absoluere purè, & excommunicare sub conditione, ad quod faciendum nullam habet potestatem:potest dare secundam; quoniam pœnitentibus ignorantibus se esse excommunicatos, passim dant confessarij per illa verba, *Si fortè teneris.* per quam absolutionem absoluitur ab illa vel illis excommunicationibus in quas potestas confessarij se extendit; dummodo satisfecerit vel sit eo animo,

animo, quòd satisfaceret, si sciret se esse excommunicatum. Tertiam autem non potest dare, sine præuia satisfactione, si offensa sit manifesta. tunc enim non sufficit præbere cautionem. poterit tamen si dicat non offendisse. si verò dubitet vtrùm offenderit, nõ poterit absoluere ad cautelam, quando talis commissio absolutionis est à tali excommunicatione, quæ tractari potest commodè sine absolutione ad cautelam: si verò non potest commodè tractari, poterit absoluere. num. 273. & in No. num. 278.

Hic confessarius, cui committit Superior vt absoluat latronem ad cautelam in foro conscientiæ tantùm, non tenetur citare partem; sed sufficit, quòd per confessionem pœnitentis constet illi preces veritate niti: at verò confessarius cui simpliciter, vt simplici confessario, committitur absolutio ad cautelam, in vtroque foro debet accipere sufficientem cautionem: non tamen debet citare partem, nec audire excipientem de manifesta offensa. nisi aliquid plus vel minus faciendum præcipiatur, debet absoluere coram notario & testibus, vel saltem coram testibus. ibidem in fine. Forma verborum absolutionis ad cautelam, est, *si teneris vinculo excommunicationis, à quo te possum absoluere, absoluo te quatenus possum.* c. 26. n. 10.

Quando sit petendum iuramentum à pœnitente antequam absoluatur.vide confess. III. lit.I.& t. absol.I.t.I.

ABSOLVTIO IIII.

Ab excommunicatione iuris.

AB excommunicatione incursa ob percussionem clerici, aliqui possunt absolui ab Episcopo:scilicet.I.morti propinquus. II. mulier. III. Claudus, cæcus vel quouis modo membris suis captus. IIII.Diuturna ægritudine laborans. V. Qui ante pubertatem eam incurrit. VI. Qui iudicio Episcopi non potest Papam adire. VII.Adolescés, cui iter periculosum esset. VIII.Pauper ea vtiés arte,qua iter agédo non posset vti.IX. Cui ob inimicitias iter est periculosum.X. Filius familias existens in potestate patris, qui non potest adire Papam sine præiudicio patris. XI. Seruus,nisi Dominus consentiat. Hi omnes, & quilibet alij iustè impediti possunt absolui ab Episcopo præmissa satisfactione, ac iuramento, quòd impedimento cessante se præsentabunt Papæ. cap. 27. num.88.89.

 Tempus autem intra quod quàm citò commodè

commodè possit se præsentare, relinquitur arbitrio boni viri in foro exteriori: in interiori autem, conscientiæ pœnitentis. Non tamen possunt isti absolui ab alio qui sit inferior Episcopo.num.113.& 111.

XIII. Sed & præter illos qui ob percussionem clerici possunt ab Episcopo absolui iusto cum impedimento, possunt etiam ab eodem absolui percutientes clericum,quando percussio est leuis. cap.6.num.8.& ca.27. num. 91.

Et quidem in præsenti non dicitur percussio leuis, eo quòd non sit mortalis, sed quia in comparatione aliarum magis mortiferarum, nec est grauis, nec est mediocris. cap. 27. num. 91. Quæ autem sit leuis vel mediocris percussio. vide tit. Percussio. A.

XIIII. Ianitor etiam vel eius minister, C qui vt custodiat fores, vel cohibeat homines, manus infert Clericis; absque intentione lædendi, quamuis cum culpa; si tamẽ percussio sit leuis, vel mediocris, potest absolui ab Episcopo. cap.27.num. 91.

ACCEPTIO PERSONARVM. Quãdo peccat quis per huiusmodi acceptionem, vide tit. Simonia.I. lit. Q.

Quomodo vendi possint officia publica, vide tit.Officium.

ACCIDIA.

A ACCIDIA *est vitium inclinans ad tristandum de bono spirituali diuino, quatenus est diuinum in eo qui tristatur.* Estque ex genere suo mortalis. Eius filiæ sunt quinque, Desperatio, Pusillanimitas, Torpor animæ, Rancor, & Euagatio mentis. cap. 23. num. 124.

In materia Accidiæ frequenter inuenitur imperfectio voluntarij. Prælud. 9. num. 10. & in No. num. 11.

B Peccat mortaliter peccato accidiæ, qui per eam omittit aliquod præceptum obligans sub mortali. cap. 23. num. 124. De tristitia Accidiæ, vide, Inuidia.

Circumstantia accidiæ non est necessariò confitenda. cap. 23. num. 125. §. 4.

ACTVS HVMANVS.

A ACTVS *humanus est actus hominis voluntarius.* Prælud. 6. num. 2. & No. nu. 1. Potest esse metu factus. ibid. num. 5. & No. num. 4. & 5. Item & per concupiscentiam factus. Ibid. num. 8. & No. num. 7.

Actus factus per ignorantiam aliquando est

est humanus, aliquando non. Non est humanus, quando concurrunt ignorantia rei, quam non tenebar scire, quòd non sit affectata, vel desiderata, vel procurata, quòd sit talis sine qua non fieret actus. citra hæc tria censebitur humanus actus. Præl. 6. num. 9. & in Nou. num. 8.

Actus humanus est bonus vel malus. Et B
bonus quidem est ille, qui nulla lege ob se, neque ob eius circunstantias est prohibitus. Præl. 7. num. 1. Appellatur meritum. ibidem.

Nullus actus voluntarius inuenitur indifferens in individuo: si enim non fuerit bonus, erit malus: vnde actus deliberatus, qui non est bonus, est peccatum. ibid. num. 27. & in Nou. num. 24.

Actus humanus bonus factus à peccatore extra gratiam Dei, prodest ad implenda præcepta, ad excusandum à nouo peccato, ad illustrandam mentem peccatoris, vt citiùs suum malum agnoscat, & pœniteat; ad quærendas virtutes morales, ne peccatum nos suo pondere in aliud trahat; ad quærendam cordis lætitiam, ne Angelus custodiæ nos omninò deserat, ne tam citò à Deo puniamur, denique *dat bona terræ, cor facit humile, minuit tormenta gehennæ.* Præl. 7. 9. num. 3. cap. 27. num. 269. & in Nou. nu. 267.

Actus humanus vnus & idem in genere C

naturæ, potest esse nunc bonus, deinde malus. Præl.7.num. 21. No.num.15. & cap.23. num.1.& cap.27.num.269.

Actus verò vnus & idē exterior, & etiam interior,non potest esse simul bonus, & malus.Præl.7.num.21. & No.num.15.17.& capit.23.num.1.

D Actus interior,& exterior malus concurrens in vnum peccatum, sunt duo entia, & duæ res malæ in genere naturæ:sed in genere moris sunt vnum peccatum. Et tūc actus exterior malus mortalis necessariò est confitendus: non tamen est necesse confiteri tunc actum interiorem. nam qui confitetur exterius,implicitè confitetur interius. Ibidem.non tamen è contra. Ibid.num.24.

Actus interior mortalis quem non consequutus est actus exterior,necessariò est confitendus.Ibidem.num.24.& No.20.

Actus exterior malus est peccatum mortale, quando interior est huiusmodi. Ibid. num.23.No.19.

ACCVSATIO ET Accusator.

A DATVM ab aliquo, timore ne accusetur,ei qui iure accusare potest,non potest repeti,cap.17.num.14. No.num.15.

Acci

Accipiens pretium pro accusatione iusta, ad quam tenetur, peccat mortaliter, si est notabile, & tenetur restituere danti. Si verò accipit vt desistat ab ea iniustè, quamuis grauiùs peccet, non tamen tenetur restituere pretium acceptum, benè tamen damnum illatum.cap.17.num. 95. & in Nouo num.96.

Accusatio licita est, etiam si fiat priuatæ B vtilitatis causa, nec præcedat secreta monitio.cap.18.num.30.

Per viam accusationis potest procedi contra aliquem,etiam nulla præcedente infamia.cap.18.num.38.

Accusatus de vero crimine (secreto ta- C men) non tenetur restituere famam, quam accusator amisit, eo quòd illud non probauit, si illud confiteri non tenebatur. Imò quamuis teneretur confiteri, si non respondet accusatorem calumniari,sed decipi,nec, quamuis respondeat calumniari, si sibi non credatur, eo quòd iudices & reliqui credũt, accusatorem non accusasse contra conscientiam suam.cap.18.num.48.

Peccat mort.accusans in iudicio aliquem D falsi criminis,vel si cùm primùm nouit esse falsum, non desistit.cap.25.num.31.

Peccat mort. qui paciscitur, vel transigit in causa criminali adulterij, vel alterius cri-

minis, in quo non est infligenda pœna sanguinis. non tamen esset mortale in foro conscientiæ, si cessaret scandalum. num. 32.

E Accusator, qui, vt discedat à lite iniusta, quicquam accipit, peccat cum obligatione restituendi. Qui vt vincat in causa iusta, vtitur instrumẽtis, vel testimoniis falsis, peccat, non tamen tenetur restituere. & qui omittit accusare aliquem, cuius delictum redundat in magnum damnum Spirituale, vel temporale Reipublicæ, peccat mortaliter. num. 32.

ADIVRATIO

contra Dæmonem.

PECCAT mort. adiurans dæmonem per modum obsecrationis, vt ab eo aliquid discat, vel auxilium accipiat. cap. 11. num. 27. & in No. num. 28.

Licitum est adiurare dæmones per modum coactionis, obstringendo eos Ecclesiasticis exorcismis: vel quando sine inuocatione ipsi dæmones adsunt, vt solent adesse in arreptitiis. Atque licet etiam tunc eos interrogare (sine prece tamen, & sine aliquo societatis pacto) ad aliquorum vtilitatem. cap. 11. num. 27. & No. num. 18.

Colloqui

Colloqui cum dæmonibus corpora hominum obsidentibus, propter curiositatem, vel vanitatem, est peccatum veniale; quoniam nunquam licet illis coüti nisi tanquam inimicis. ibidem.

ADVLTERIVM.

ADVLTERIVM est species & circumstantia distincta à cæteris speciebus Luxuriæ, & ideò est necessariò confitenda. cap. 6. num. 5. & No. num. 4. A

Adulterium est habere copulam cum coniuge alterius. cap. 16. num. 3. *& hoc quamuis sit separata à marito per diuortium, quoad thorum vel cohabitationem.* capit. 22. num. 46.

Coniugatus, qui adulterat cum aliena coniugata, tenetur vtrumque explicare in confessione. cap. 6. num. 5. & in No. num. 4.

Adulterium viri grauius est quàm fœminæ secundùm vnam considerationem, & leuius secundùm alteram. Grauius, quia maioris vigoris ratione vtitur, & meliùs potest resistere; debétque suam vxorem virtute vincere, eamque suo exemplo regere. Est tamen grauius adulterium fœminæ, eo quòd ipsa facit prolem de suo patre incertam, & B

maius scandalum generat. cap. 16. num. 23. & No. num. 24. cap. 16.

C Mulier coniugata, quæ fingens se prægnantem, accipit filium alienum, & quæ suscepit filium ex adulterio, quamuis illum tribuat marito, absolui potest, licèt talis filius participet hæreditatem ac si esset legitimus. cap. 16. num. 43. 44. Dummodo ipsa non possit aperire veritatem sine periculo vitæ, vel famæ. num. 45.

Quòd si cessat huiusmodi periculum, & ipsa credit sibi adhibendam esse fidem, tenetur reuelare. num. 46. Similiter si credit filium spurium sibi daturum fidem, & relicturum fratribus legitimis totam hereditatem, tenetur filio reuelare secretum. num. 46.

Quando verò non tenetur reuelare, vel sua reuelatio non est sufficiens, tenetur resarcire filiis legitimis meliori modo, quo potuerit. Ibidem.

D Tenetur etiam resarcire huiusmodi damnum ille qui coniugatæ tradidit filium ad supponendum. Ibidem. num. 48.

Tenetur etiam adulter si credit, aut credere debet, esse suum. Tunc autem non tenetur id credere, quando mater est leuis, & solita cum aliis adulterari, vel quia ipsamet dubitat, vtrùm sit filius adulteri, vel mariti. Nec ipse facilè debet credere, se ad id obligatum.

gatum. cap. 16. num. 49. §. Interrogatus. No. num. 48. 49.

Si autem credit esse suum filium, tenetur patri putatiuo restituere impensas, quas in illo nutriendo fecit. Et etiam hospitali, si apud illud expositus fuit. Insuper & patri putatiuo tenetur restituere dotem aut sponsalitiam largitatem, si quam dedit ei: imò & filiis eius id quod de patris hæreditate habuit. num. 48. & No. 49.

Tenetur autem restituere patri putatiuo F si viuit, non quantùm valet hæreditas, sed iuxta prudentis & boni viri arbitrium consideratis considerandis. Sed post mortem eius si hæreditas est iam acquisita inter spurium & eius fratres legitimos, tenetur spurij pater, vel persona ad id obligata, quantùm valet hæreditas filij sui, restituere cæteris. Quòd si ista persona sit in articulo mortis constituta, & tunc velit restitutionem facere, poterit filij sui fratres legitimos meliorare, de illa bonorum suorum parte, quam iuxta leges suæ regionis potest liberè cuicumque volet relinquere. ibidem. num. 48. & No. num. 50. vsque ad finem. Ratio, autẽ, ob quam adulter tenetur ad restitutionem, est, quia licèt non sit caussa proxima huius damni, tamen est satis propinqua. & vt aliquis teneatur de dãno, non requiritur esse

esse causam proximam. num. 48. & Nouo num. 49.

F Præterea quoniam adultera tenetur ad huiusmodi restitutionem, & tamen non est causa propinquior damni, quàm adulter. n. 48. & No. 49.

Quòd si adultera non possit restituere hæreditatem filiis legitimis, nisi detegendo marito adulterium, non tenetur restituere. cap. 27. num. 90. §. 8. Rationem huius vide tit. Bona hominis.

G Coniugata habens filios ex adulterio, potest testari, quia potest appellare eos filios, non vocando eos legitimos: vel potest eos vocare legitimos sine mendacio, intelligens intra se esse tales secundùm communem æstimationem. cap. 16. num. 48.

Filius spurius qui iam in hæreditatem successit, quomodo restituet, aut quid debeat facere. vide, tit. Filius.

Adulterans coniux quomodo perdat ius exigendi, aut petendi debitum, aut si fit bigamus ex redditione coniugi adultero. vide tit. Matrimon. x. lit. P. & xiiii.

Quando potest maritus accusare vxorem adulterij, & quando non, vide tit. Matrim. 10. §. 9. de pœnis adulterorum. vide tit. concubinarius.

ADVO

ADVOCATVS.

ALIQVANDO tenetur pauperibus patrocinari sine stipendio. cap. 25. num. 24.& 29.§.5. A

Aduocatus peccat mort. exercens officium cùm non sit idoneus. Vel defendens causam, quam scit iniustam:& tenetur dãna restituere parti aduersæ,& etiã suæ,si eã non admonuit. Idem si reputat magis causam esse iniustam, quàm iustam.Non tamen debet id aduersario indicare. Poterit tamen patrocinari,si causa est dubia propter varias opiniones. cap.25.num.28.

Peccat mort. aduocatus, qui notabili sua negligentia, vel ignorantia causam iustam perdit;cum obligatione restituendi damna, & interesse,si pars ignorat imperitiam eius; aliâs secus,nisi sit dolo, vel lata culpa. n.29.

Peccat mortaliter aduocatus, qui facit vt aduersarius amittat iustam causam, vel petit superfluas dilationes. Potest tamen occultare id, quod ius suæ partis impedire posset, & honestè simulando suum aduersarium fallere.ibid.

Peccat etiam mort.indicando aduersario secreta notabilis momenti suæ partis, & tenetur damna restituere. ibid.

Item recipiens stipendium excedens.Cõuentio

uentio autem de ſtipendio non eſt facienda in medio, ſed in principio, aut fine litis. Peccatque conueniens de quota litis parte. Idem ſi paciſcitur, vt victa parte, tantum ſibi ſoluatur. num. 30.

Peccat, qui vt vincat in cauſa iuſta, vtitur inſtrumentis, vel teſtimoniis falſis, non tamen tenetur reſtituere. num. 32.

ÆTAS.

IN defectu ætatis ad ordines ſolus Papa diſpenſat. cap. 27. num. 102.

Ætatis annus à iure ſtatutus ad ordines ſuſcipiendos, ſufficit inceptus. cap. 25. num. 116. Atque de ætate ordinandorum, vide tit. Ordo I I. lit. E.

Ad obtinendum beneficium, non ſufficit ætas ante decimum quartum annum. num. 135.

Ad dignitatem Eccleſiaſticam, vel perſonatum non habentem curam animarum, requiritur ætas viginti duorum annorum. Ad canonicatum verò requiritur ætas ſufficiēs, vt intra tempus præfinitum poſſit ordinari ordine ſacro requiſito. num. 135. & 136. quæ magis explicantur tit. Beneficium 3. lit. B.

In cathedralibus omnes canonicatus habent

bent annexum ordinem presbyterij, diaconatus vel subdiaconatus. num. 136.

AFFINITAS, vide tit. Matrim. x. §. 4.

ALEA, Vide Ludus.

ALIMENTVM.

ALIMENTA filiorum vsque ad triennium pertinent ad matrem; post verò ad Patrem. cap. 14. num. 17. vide etiam plura tit. Filius. lit. H.

De alimentis vxoris separatæ à marito, vide tit. Maritus. lit. H. & tit. Dos.

De alimentis vxoris & filiorum vsurarij, aut nimiùm debentis: vide tit. Vsura 6. lit. F. & tit. Restitutio 8. §. 1.

ANCILLA. vide tit. Seruus.

ANGELVS.

RVDES credentes Angelos esse corporeos, regulariter excusantur à pertinacia, & à culpa. Præl. 1. num. 10. §. 9. & in No. num. 15. & 16.

ANIMA.

ANIMA *rationalis est substantia per se subsistens, incorporea, immortalis, creata quidem* A

quidem à Deo ex nihilo eùm infunditur corpori. Præl. 1. num. 1.

Peccant mort. qui culpabiliter credunt, animam esse corpoream, vel corruptibilem, vel creari ab Angelis, vel creari ante corpus. num. 2,3,4.

Anima rationalis est verè ac per se forma corporis humani: & contrarium asserere, aut in dubium vertere, est hæresis damnata ab Ecclesia. num. 4. & in No. num. 5.

B Anima rationalis est capax & apta ad consequendam beatitudinem æternam per gratiam Dei & per bona opera. à num. 4. 5. & in No. num. 6. 7. 8.

Animæ autem potentiæ vegetatiuæ sunt tres, Nutritiua, quæ conseruat corpus: Augmentatiua, quæ auget, & perficit illud: generatiua, quæ simile sibi producit. Præl. 2. n. 1.

Eius potentiæ sensitiuæ exteriores sunt quinque visus, auditus, gustus, odoratus, tactus. Interiores autem sensitiuæ sunt quatuor: Sensus communis, qui ab exterioribus sibi tradita, recipit, cognoscit, & indicat: Imaginatiua seu cogitatiua, quæ sic recepta seruat: Æstimatiua, quæ recipit intentiones, quas animal naturaliter recipit: Memoria quæ sic percepta seruat. num. 3. 4.

C Animæ potentia appetitiua siue sensualitas, diuiditur in concupiscibilem, & in irascibilem

cibilem. Palud.2. num.4.5.

Passiones autem Animæ eæque principales, sunt quatuor; Gaudium scilicet ac Tristitia, ad concupiscibilem; Spes verò & Timor, ad irascibilem pertinentes. Ira quoque passio est contrariam non habens nisi priuatiuè. Aliæ verò passiones Animæ minùs principales sunt amor, odium, desiderium, seu concupiscentia, reluctatio, seu renutus, delectatio, & dolor, quæ sunt in potentia concupiscibili. In irascibili autem sunt Desperatio, audacia, spei & timoris contrariæ. Præl.5.num.2.& 3.

Obiectum potentiæ Concupiscibilis est D
bonum vel malum absolutè consideratum. Obiectum verò Irascibilis est bonum, vel malum ratione arduitatis, vel difficultatis consideratum. num. 3.

De his passionibus quando sit peccatum, aut quomodo de illis consitendum, vide tit. Passio.

Potentiæ rationales animæ sunt, Intellectus & voluntas. Præl.3.num.1.

Peccat mort. qui culpabiliter credit non esse liberum arbitrium, vel illud sufficere ad merendam gratiam de condigno, vel gloriam.num.10.& 11.

Concil. Trid. definiuit circa liberum ar- E
bitrium hæc sequentia. sess.6.à can.1. &c.

I. Si quis dixerit, hominem suis operibus quæ vel per legis doctrinam fiũt, absque diuina per Iesum Christum gratia posse iustificari coram Deo, anathema sit.

II. Si quis dixerit, ad hoc solùm diuinam gratiam per Christum Iesum dari, vt facilius homo iustè viuere, ac vitam æternam promereri possit: quasi per liberum arbitrium sine gratia vtrumque sed ægrè tamen & difficulter possit; anathema sit.

III. Si quis dixerit, sine præueniente Spiritus sancti inspiratione, atque eius adiutorio, hominem credere, sperare, diligere, aut pœnitere posse, sicut oportet, vt ei iustificationis gratia conferatur, anathema sit.

IIII. Si quis dixerit, liberum hominis arbitrium à Deo motum, & excitatum, nihil cooperari assentiendo Deo excitãti, atque vocanti, quo ad obtinendam iustificationis gratiam se disponat ac præparet, neque possit dissentire si velit, sed veluti inanime quoddã nihil omnino agere, mereq; passiuè se habere anathema sit.

V. Si quis dixerit, liberum hominis arbitrium post Adæ peccatum amissum, & extinctum esse dixerit, aut rem esse de solo titulo, imò titulum sine re, figmentum denique à Satana inuentum in Ecclesia. anathema sit.

VI. Si quis dixerit, non esse in potestate hominis vias suas malas facere, sed mala opera,

ita

ita vt bona Deum operari non permissiuè solùm, sed etiam propriè & per se, adeò vt sit proprium eius opus non minùs proditio Iudæ, quàm vocatio Pauli, anathema sit. Præl. 3. num. 10. 11.

Possumus quidem nos mala facere per solum: nostrum arbitriũ, bona verò quæ sufficiant ad vitam æternam consequendam, non possumus sine gratia Dei. Præl. 3. n. 11.

Quibus addendum, quòd etiam ad perstandum in gratia iam quæsita, & perseuerandum in ea vsque ad finem, egemus speciali auxilio Dei, & contrarium asserere est hæreticum. sicut declarauit Trid. sess. 6. can. 13. & 22. Præl. 3. num. 12.

Animæ habitus *qualitas stabilis, inhærens essentiæ ipsius, vel alicui potentiæ eius, inclinans eam ad aliquid agendum.* Præl. 5. num. 7. & No. num. 12.

Et est duplex, infusus & acquisitus. Infusus est, quem infundit Deus. Acquisitus, qui producitur ab actibus frequentatis. Qui si sint boni habitus acquisitus est bonus, si verò mali, ille etiam malus. ibidem. num. 7. & No. num. 13.

ANNVS.

ANNVS & tempus, posita in accusatiuo, irregulariter intelliguntur de tempore

perfecto,& cõpleto. Secus,quando ex aliqua cõiectura quòd fauoris,cõstat scilicet intelligatur de incepto. & sic exigebat ius antiquum. Quod non est mutatũ nunc,quamuis Concil. Trid. mutauerit numerum annorum sacris ordinandorum: nã etiam nunc intelligitur de anno incepto. cap. 25. num. 116.

APOSTASIA A Fide.

QVI metu finxit exteriùs se apostatasse à fide,non est excommunicatus in foro interiori, peccat tamen mortaliter. cap. 11. num. 25. & in No. num. 27.

De apostata à religione vide tit. Religiosus. 3.

APPELLATIO.

APPELLATIO non suspendit excommunicationẽ, interdictum, vel suspensionem præcedentem, bene tamen subsequentem. cap. 27. nu. 165.

In causa visitationis,correctionis,habilitatis, & inhabilitatis, ab Episcopo, seu illius vicario generali,ante definitiuam sententiam ab interlocutoria, vel alio grauamine,non appelletur. cap. 25. num. 15. Hoc tamen solùm intelligi videtur in causis crimina

minalibus quæ tractantur coram Episcopo vel eius Vicario generali; non tamen in eis quæ tractãtur coram inferioribus, vel coram delegatis à Papa, Legato, vel Episcopo. Ibidẽ.

Iura remouentia vel admittentia appellationem in aliquot casibus, vt in plurimum procedunt in foro exteriori. Nam in interiori iudex peccat non admittendo appellationem. Ibidem. dicto 3.

Qui sciens se iustè condemnatum, appellat ad dilatandam executionem, peccat, & tenetur restituere damna & interesse n. 39. quando teneatur iudex admittere appellationem. vide tit. iudex.

ARCHIDIACONVS.

ARCHIDIACONVS debet esse magister seu Licentiatus in Theologia vel iure Canonico: nec sufficit esse in ciuili, medicina, vel artibus. Vocatur autẽ hoc in loco Archidiaconus, qui est caput Capituli, & primus post Pontificem, qui in Hispania in Ecclesijs sæcularibus vocatur Decanus, & in regularibus Prior. cap. 25. num. 135.

ARGVMENTATIO, in communi, vide tit. Disputatio.

ARGVMENTATIO, iuridica. Argumentum à contrario sensu firmissimum est in iure. cap. 27. num. 221. & in Nouo. 222.

ARREPTITIVS vide Adiuratio.

ARS.

NON peccant mortaliter, exercentes artes mechanicas, quarum vsus indifferens est, licèt plures illis abutantur veniali-ter: Imo licèt mortaliter abutantur. cap. 14. num. 31. lit. K. §. 22. & 23. & in Nouo nu. 43. eodem. §.

ARTICVLVS Fidei, vide Fides.

ARTICVLVS MORTIS.

A ARTICVLVS mortis ille est, in quo communiter homines moriuntur: nempe probabile naufragium, prælium imminēs, grauis & acuta febris, tempus pariendi in ea quæ vel numquam peperit, vel experta est partus difficiles. cap. 2. num. 8. & in No. num. 9.

B Non solùm dicitur articulus mortis ille, in quo quis moritur, sed etiam, in quo probabiliter timetur mors. cap. 26. n. 31.

Articulus mortis & periculum mortis idē sunt, quoad iura facientia facultatem absoluendi in eis. cap. 27. num. 271. §. 7. & in No. num. 272.

C De casuum reseruatione circa titulum mortis habentur ex iure hæc sequentia. L. ex

c. Si

c. Si quis ſuadente : In articulo mortis ſimplex Sacerdos ſit quoad hoc velut ſummus Pontifex. II. Ex Concil. Trid. ſeſſ. 14. cap. 2. In articulo mortis omnis Sacerdos quoſlibet pœnitentes à quibuſlibet peccatis & cẽſuris abſoluere poteſt. & cap. 7. In Eccleſia Dei cuſtoditum fuit ſemper, vt nulla ſit reſeruatio in articulo mortis, atque ideo omnes Sacerdotes quoſlibet pœnitentes à quibuſuis peccatis & cẽſuris abſoluere poſſunt. cap. 26. num. 26. in Nouo & cap. 27. nu. 91. & num. 271. §. 5. & 6.

Vnde in articulo mortis quilibet Sacer- D
dos Catholicus non præciſus, id eſt, nõ hæreticus, nec ſchiſmaticus, nec excommunicatus, interdictus, aut ſuſpẽſus, poteſt abſoluere. cap. 4. num. 1. cap. 26. num. 26. in Antiquo. Sed cap. 27. num. 271. §. 7. correxit hãc ſententiam, & clariùs & ſeriùs in Nouo ca. 26. num. 26. dicens, quòd, excepto hæretico, omnis Sacerdos ſimplex etiam excommunicatus & denuntiatus, etiam interdictus, & ſuſpenſus notorius, & ſchiſmaticus, qui nõ ſit hæreticus, poteſt in articulo mortis abſoluere ab omni peccato, & cenſura. cap. 26. num. 26. cap. 27. num. 272. §. 7. Quia huiuſmodi Sacerdoti non tollitur quoad tale tempus iuriſdictio ſaltem habitualis, quam habet iure diuino. Sed nullo modo

potest in tali articulo absoluere clericus nõ Sacerdos etiam sacris initiatus,& multò minùs laicus. c.27.n.271.§.6.& 7.

Potest tamen Sacerdos etiam Religiosus licitè ac validè absque facultate Prælati absoluere à quibuscumque casibus in mortis articulo.cap.4.num.1.

Infirmus,qui in aliqua infirmitate vsus est indulgentia bullæ cõcessa pro articulo mortis,non potest eadem vti in alia infirmitate; nisi id explicet bulla.cap. 26.num.31.

ASSECVRATIO.

MVTVANTI pecuniam, ei, qui vult eam traiicere per loca periculosa, & verè vult eam assecurare, licitum est eam assecurare aliquo iusto pretio. ca.17. n.283. lit.A.& in No. num.284. 285. de quo plura vsura, 3. quo ad mutuum.

ASTROLOGIA, vide Superstitio.

ASTVTIA.

EST *vitium inclinans ad quærenda bona per media mala*: opponiturque prudentiæ.c. 23. num. 77. Habetque duos ministros, dolum scilicet, qui est circumuentio mala tam verbo

verbo quàm facto, vel vtroque modo facta ad decipiendum; & fraudem, quæ est eadem circumuentio mala; sed facto tantùm habita; ineſtque dolo. ibidem.

Per astutiam verò, & eius ministros, peccat, qui contrahendo vel quasi contrahendo afficit alium damno notabili per commutationem rei minoris valoris, vel pretij minoris pro alia maioris, vel pretio maiori. cap. 23. num. 77.

ATTRITIO.

ATTRITIO, si cognoscatur quòd non est contritio, nec sit propter Deum, sed propter infamiam, non sufficit ad delendum mortale, etiam cum Sacramento pœnitentiæ. cap. 1. num. 37. & 43. lit. A. & in Nouo num. 34. 42. A

Sufficiet tamen aliqua attritio, quamuis non putetur contritio, dummodo putetur expresè, vel tacitè sufficere cum Sacramento. num. 43. B. & in No. num. 42. vel putetur contritio, aut saltem non putetur non contritio. Ibidem.

Attritio propter solam pœnam inferni nõ sufficit ad delendum mortale etiam cum Sacramento. num. 43. D. & in No. num. 44. Vbi additur, intelligendum, *Si nullus actualis, vel virtualis amor Dei, vel odium peccati,* B

quatenus est offensa Dei, illam comitetur.

Attritio autem solo metu pœnæ, seu infamiæ &c. non est mala. cap. 1. num. 11. & in No. num. 8. & 34.

C Pœnitentia de peccatis imperfecta, & debitis carens circumstantiis nuncupatur attritio; & non contritio. Quæ attritio est duplex: vna, quæ est dolor de peccatis, sed non est omninò propositum abstinendi. Altera, quando est dolor & propositum, sed non detestatur peccatum vt summum malum. n. 36. & No. n. 33.

D Attritio ergo quãdo est dolor, sed non includit omnino propositum abstinendi, non delet peccatum mortale etiam cum Sacramẽto: imò est peccatum cum ea accedere ad Sacramentum. cap. 1. n. 37. & in No. num. 34.

Attritio verò, quæ includit dolorem, & propositum abstinendi, quamuis non sit detestatio peccati tanquam summi mali, sufficit ad confessionem validam & formatam. num. 37. & in No. num. 35. Debet tamen reputari contritio, vel saltem quod non putetur non contritio. num. 39. & 43. lit. A. & in No. num. 37. 42.

E Attritio non fit contritio per Sacramentum. At tamen virtute Sacramenti attritus fit contritus. num. 41. & in No. num. 38.

Ad Baptismum non sufficit quiuis dolor de

de pecatis : sed requiritur quòd sit propter Deum, & de peccato quatenus est offensa Dei. num. 39. & in No. num. 37. item cap. 11. num. 37.

AVARITIA.

AVARITIA *est vitium inclinans ad inordinatum appetitum pecuniæ.* Et opponitur liberalitati per defectum appetitus dandi, sicut è contrario prodigalitas opponitur eidem liberalitati per excessum appetitus dandi. cap. 23. num. 69.

Auaritiæ filię sunt Duritia cordis, Inquietudo mentis, Violentia, Fallacia, Periurium, Fraus, Proditio. num. 75. & No. 72.

Quando Auaritia opponitur tantùm liberalitati, sine damno alterius, est de se venialis tantùm: quando verò adiungitur ei aliqua circunstantia mortalis, ipsa quoque auaritia est mortalis. Eadem distinctio facienda est de prodigalitate. cap. 23. num. 75. & in No. num. 70. & 73.

Accumulare diuitias ad prouidendum futuræ necessitati maximè ad collocandum filios matrimonio, non est vitium, sed prudẽtia. Imò nec ad collocandum se in altiorem

statum.

ſtatum. num.74.&75.

AVGVRIVM. vide ſuperſtitio.

BAPTISMVS I.

A BAPTISMVS *eſt Sacramentum aquæ naturalis, qua vnus ab alio in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti cum debita intentione abluitur.* cap.22. n.5.

Baptiſmus eſt ianua reliquorum Sacramentorum; ſine quo fit homo incapax eorum. num.8. Vnde Character Ordinis de neceſſitate Sacramenti requirit Characterem Baptiſmi: non tamen characterem Confirmationis. num.9.§.5. item Confirmatio præ requirit Baptiſmum. num.8.

B Solus Baptiſmus aquæ eſt propriè Baptiſmus: ſanguinis verò & flaminis, metaphoricè tantùm. Baptiſmus autem ſanguinis dicitur ille, qui fit per martyrium: flaminis verò, per pœnitentiam ſine copia baptizandi. num.5.

Peccat mortaliter, qui eſt in cauſa, vt aliquis ſine Sacramento Baptiſmi decedat. num.6.§.4.

Concilium Trid. ſeſſ. 7. cap. 14. à can. 1. vſque ad can. 54. damnat ſub anathemate dicentem, *Baptiſmum Ioannis fuiſſe tantæ virtutis*

virtutis sicut Baptismus Christi: vel aquam naturalem non esse necessariam: vel quòd Ecclesia Romana non docet veram doctrinam de baptismo: vel non valere baptismum ministratum per infidelem, etiam cum intentione faciendi quod facit Ecclesia: vel non esse ad salutem necessarium: vel baptizatum non posse amittere gratiam si vult credere, vel non obligari ad aliam legem præterquam credendi: vel per baptismum tolli vota post eum emissa: vel per memoriam eius condonari: vel peccata post eum admissa fieri venialia: vel apostatam baptizatum esse rebaptizandum, si reuertatur ad fidem: vel neminem esse baptizandum ante ætatem in qua Christus baptizatus est: vel paruulos non esse baptizandos: vel postquam adoleuerint, esse rebaptizandos. c. 22. num. 6.

Peccat mortaliter qui credit aliquid de prædictis erroribus damnatis, estque hæreticus si pertinaciter credat. Et, si verbo vel scripto id expresserit, est excommunicatus per bullam Cœnæ. Ibidem.

BAPTISMVS II.

Quo ad materiam & formam.

MATERIA Baptismi est sola aqua naturalis. cap. 22. num. 5. & sufficit quæcumque

cumque pars aquæ, quantumuis modica: item ad hoc vt aliquis sit verè baptizatus, sufficit quòd quantulacumque pars eius tãgatur aqua quantumlibet modica. Vnde optimè faciunt, qui cùm difficilè parit mulier infantem, & timetur de eius morte, antequam totus exeat, baptizant infundendo aquam in illam partem quã peperit, & quæ apparet foris. Additum in No. c. 22. nu. 7. §. 8.

B Benedictio vel consecratio aquæ non est de necessitate Sacramenti. num. 8.

In Forma Baptismi necessaria est inuocatio expressa totius S. Trinitatis, dicens, *Ego te baptizo in nomine Patris & Filij & Spiritus Sancti. Amen.* Illa verba Ego, & Amen, sunt tantùm de necessitate præcepti, & non de necessitate Sacramenti. Vnde qui illa duo C verba non exprimit baptizando, peccat quidem, sed baptismus valet. num. 2. & 5. Imò circa illud verbũ *baptizo* cõsuetudo fecit vt à Græcis in tertia persona exprimatur dicẽtibus, *baptizetur*: & à Latinis *baptizo*, in prima: & seruãda est, & valet Bapt. n. 83. in fine.

BAPTISMVS III.

Quo ad ministrum.

BAPTISMVS à quocumque siue viro siue fœmina, vel fideli, vel infideli, collatus

latus cum intentione faciendi quod facit Ecclesia (quamuis baptizans eum pro ludicro habeat) valet. cap. 22. num. 7.

Nemo se ipsum baptizare potest. num. 5. Peccat autem mortaliter, qui non confert baptismum petenti in articulo mortis: aut qui est in causa, vt quis sine baptismo moriatur. num. 6. Item peccat mortaliter qui existens in mortali baptizat. num. 6. §. 4. requiritur enim, debitā de omnibus suis peccatis mortalibus contritionem habeat, vel attritionem, quæ putetur esse contritio. Qui dolor generalis puncto temporis haberi potest. num. 3. Verum est quòd clericus, qui B peccato mortali irretitus, baptizat in extrema necessitate, non peccat. cap. 25. nu. 72. §. 10.

Peccat verò mortaliter mulier obstetricis officio fungens, quæ debitam baptizandi formam ignorat. cap. 22. n. 6.

Peccat etiam mortaliter, qui cùm non sit presbyter, baptizat absque necessitate. Item laicus, qui etiam in necessitate baptizat præsente presbytero, & mulier præsente viro, & infidelis præsente fideli, nisi aptior sit impeditus. cap. 22. num. 7.

Peccat item mort. qui baptizat sine forma, & materia substantiali, vel sine intentione actuali vel virtuali faciendi quod fa- C

cit

cit Ecclesia, & baptismus est iterandus. Item qui durante prolatione verborum substantialium non intingit aqua, sed solùm ante, vel post. Non tamen requiritur, vt ablutio concurrat cum verbis in vllo instanti Prolationis. Item qui absque iusta necessitate baptizat alterius parochianum sine facultate Parochi, vel Superioris eius, non tamen est ipso facto excommunicatus, quamuis sit religiosus, sicut foret ob administrationem aliquorum aliorum Sacramentorum. Ibidem.

D Peccat etiam mort. qui baptizat quem certò scit esse baptizatum, & est irregularis. cap. 25. num. 75. cap. 27. num. 246. vide irregul. 8. 9.

Secus, de eo qui probabiliter dubitans, baptizat iam baptizatum. Atque tunc debet baptizare sub cõditione, *si non es baptizatus, ego te baptizo*, &c. tunc autem est ignorantia probabilis, quando adhibita debita diligentia non potest cognoscere vtrùm ille sit baptizatus: non tamen est talis ignorantia quando scit illum esse natum ex parentibus Christianis, & educatum inter Christianos (qui infantem recenter natum baptizant) debet enim credere eum esse baptizatum c. 27. num. 246.

Parochus non debet rebaptizare baptizatum

tum ab obstetrice, donec cognoscat ex ea quomodo baptizauit: &, si videat illam rectè baptizasse, non rebaptizet, ne sub conditione quidem, sed suppleat reliqua omnia. Quòd si aliquis ante præmissam hanc diligentiam rebaptizet bona fide, sub conditione, peccabit quid; sed non erit irregularis in foro interiori, nec exteriori. ibidem. Peccat mort. qui in baptismate vngit chrismate veteri eum qui erat extra periculum mortis. c. 27. num. 7. §. 8. & c. 25. num. 75.

BAPTISMVS IIII.

Quod ad suscipientem & patrinum.

PECCAT mort. adultus qui baptizatur impœnitens. cap. 22. num. 6. §. 4. idem de illo qui permittit se rebaptizari; nisi excusetur ignorantia de qua in tit. præcedenti dictum est. cap. 27. num. 246.

Quæ contritio sit necessaria ad baptismũ vide tit. Attritio. lit. E. & copiosiùs tit. pœnitentiæ Sacramentum lit. C. D.

Ex baptismo nascitur quædam cognatio spiritualis inter baptizantem, & baptizatum, baptizatiq́ue patrem & matrem, & inter patrinum & baptizatum, eiúsque patrem & matrem. vide tit. matrimonium. X. §. V. lit. B. C.

BAPTISMVS V.

Quod ad ritum.

A EXORCISMVS, Catechismus, oleum & chrisma, & alia quæ exercentur & fiunt in baptismo solemni, nō sunt necessitate Sacramenti, sed præcepti. Vnde peccat presbyter, qui extra necessitatem baptizat sine exorcismo & alia solemnitate debita, vel cum illis extra Ecclesiam, præterquam principum filios. cap. 22. num. 7. ad baptizandū autem sine solemnitate non est sufficiés necessitas, recens natiuitas pueri. Nam grauiter peccaret qui hoc peteret à ministro. ibid.

B Ex actu Catechismi & exorcismi Baptismalis oritur alia cognatio Spiritualis minor quàm illa, quæ ex Baptismo, quæ impedit & non dirimit matrimonium. num. 40. vide etiam tit. Matrimonium. X. §. V. I. lit. D. E.

Clericus ante presbyterium solēniter baptizans est irregularis. cap. 22. num. 7.

C Peccat mortaliter, qui vngit baptizatum Chrismate, aut oleo præcedentis anni sine necessitate. cap. 22. n. 7. §. 8. & c. 25. n. 75. Cùm verò Sacerdos vngit baptizatū, non in fronte sed in vertice capitis vngere debet Chrismate. cap. 22. num. 8.

BEA

BEATITVDO.

BEATITVDO consistit in actu intellectus. Estque explicitè, & sub pœna peccati mortalis, credendum, esse beatitudinẽ, & vitam æternam, & mortem æternam ei contrariam. Præl. 4. num. 5. & 19. in No. nu. 5. & 25.

Beatitudo debet actualiter considerari aliquando sub mortali, aliquando sub veniali. Præl. 4. num. 19. in Antiquo. nam in Nouo demptum est.

Peccat mort. & hæreticus qui credit beatitudinem non esse perpetuam, aut consistere in deliciis carnis, aut credit alios errores circa beatitudinem damnatos ab Ecclesia. ibidem. num. 20. in Antiquo. Sed in Nouo sparsim per diuersos numeros.

BELLVM.

PECCAT mort. qui proficiscitur in bellum, quod scit esse iniustum. Et quando pergit solo intuitu stipendij, nil attendens, an sit iustum, vel iniustum; siue sit subditus, siue non. Et, qui quamuis sciat esse iustum, pergit tamen cum intentione principaliter

occidendi inimicos, aut prædia deuaſtandi. cap. 15. num. 15.

Subditus poteſt in bellum proficiſci, imperio Domini, etiam ſi non præmeditetur, an ſit iuſtum. ibidem.

BENEDICTIO.

A BENEDICTA corporalium & ſacrarum veſtium de iure pertinēt ad Epiſcopum, ſed ex priuilegio ad prouinciales, cuſtodes, & Guardianos Minorum pro ſuo ordine, ac monialibus. cap. 25. num. 84.

Benedictio & conſecratio Eccleſiæ, altaris, vaſorum, ornamentorum, aquæ baptiſmatis, & aquæ benedictæ &c. vocantur Spiritualia ſtatuta, & Sacramentalia; vel Sacramentalibus annexa, quibus Sacramenta parantur, conficiuntur, & conſeruantur. cap. 23. 99. poſt medium.

B Calix ſacratus, ornamenta ſacra, & alia huiuſmodi benedicta, habēt maiorem partem rei temporariæ, quæ eſt ipſa materia; & minorem ſpiritualem, quæ eſt illorum benedictio, & conſecratio. ibid. §. 3.

C Benedictiones ſolemnes rerum, & perſonarum, quales ſunt conſecratio Eccleſiæ, altaris, virginum, catechiſmus, exorciſmus, ordinū, & aliæ ſimiles non debent reiterari, ne vilipendātur. ibid. n. 83. longè poſt medium.

Omiſſio

Omissio benedictionis mensæ communiter est venialis, & à nemine inter magna peccata numeratur. cap. 25. num. 111. §. Adde tamen.

BENEDICTIO nuptialis, vide Matrimonium. xv. & tit. Sacramentalia.

BENEFICIVM I.

In communi.

BENEFICIA Ecclesiastica vocantur, & sunt spiritualia statuta, instituta quidem ab Ecclesia potestate supernaturali sibi data. ca. 23. num. 99. A

Beneficium & ius patronatus in hoc differunt, quòd ius patronatus nil aliud spirituale requirit in habituro illud, quam Christianismum: Beneficium autem requirit in habituro illud aliquid spirituale vltra Christianismum: est tamen vtrumque quid Spirituale, & spiritualibus annexum, institutum ab Ecclesia virtute potestatis diuinitùs acceptæ. num. 99. §. 2. B

Omnia bèneficia Ecclesiastica siue sint iuris patronatus, siue patrimonialia, siue præstimonia, siue commendæ, siue præceptoriæ, sunt iura spiritualia. Vnde nemo potest illa erigere, & con-

ſtruere niſi Papa, vel alius, qui mediatè vel immediatè acceperit poteſtatem ad id ab ipſo Papa. Et ſimiliter nullus, neque Imperator, neque alius Princeps poteſt illa, vel vllum ex illis etiam quàm minimum erigere, aut extinguere, niſi eandem habuerit poteſtatem, mediatè vel immediatè acceptam à Papa. Quod eſt de fide. cap. 27. num. 13. additum in Nouo.

Quare obediendum eſt Papæ, ſtatuenti aliquid in detrimentum beneficiorum patrimonialium Caſtellæ. & contrarium dicere ſapit hæreſim Anglicanam. Additum ibidem.

Beneficium vacans per mortem Commendatarij, eo modo vacat, ſicut vacabat eo tempore quo fuit commendatum. cap. 25. num. 127.

BENEFICIVM II.
Quoad Conferentem & collationem.

A BENEFICII collatio facta à Papa, ei quem ſcit eſſe inhabilem ſua lege humana, valet, licèt non dicat ſe diſpenſare: non tamen facta ab Ordinario, etiam in caſu quo poteſt diſpenſare. Prælud. 9. num. 13. &

in

in No. num. 15.

Hoc autem vltimum limitandum est, quando impedimentum est iuris communis; secus, si sit constitutionis synodalis. Præl. 9. num. 14. 15. & in Nouo num. 16. 17. & cap. 25. num. 74.

Vtrùm collatio facta excommunicato vel irregulari, valeat, vide in tit. sequenti. B

Nulla collatio beneficij purè facta sine conditione, pendet: statim enim valet, vel est nulla, secundùm ius antiquum. Quod ius potest tolli per nouum. cap. 23. num. 104. circa medium.

Concessio facta alicui conferendi beneficia personis idoneis non expressis, non expirat re integra morte concedentis: secus, si exprimantur personæ. additum in No. cap. 23. num. 252. de eo qui confert beneficium vni, & postea mutata voluntate confert alteri, vide in tit. collatio.

BENEFICIVM. III.

Quoad procurantem, recipientem, vel possidentem.

PECCAT mort. recipiens beneficium Ecclesiasticum spirituale principaliter propter honorem & vtilitatem. Quod tamen procedit in indigno, ob ignorantiam, vel A

alium defectum. non enim est mort. facere spiritualia minùs principaliter propter temporale.cap.23. num.15.§.12.

Peccat mort. qui sine titulo canonico scienter accipit vel retinet beneficium cum obligatione relinquendi & restituendi fructus.cap.25.num.113.

B Peccat mort. qui post obtentum secundum beneficium curatum, dignitatem, aut personatum,& possessionem, non renunciat priori, quia ipso iure perdit illud.ibid.num. 113. & in No. num.114.

Accipiens beneficium curatum sine dispensatione Papæ ante 25. annum cœptum, peccat mortaliter, & collatio est nulla. Sufficit verò attingere 25. annum. quamuis sit constitutio Synodalis, vt qui obtinet beneficium presbyterale, fiat presbyter intra annum. Quia iste à susceptis minoribus intra annum potest fieri presbyter. Quòd si Episcopus noluerit illi conferre presbyterium, excusatur ipse: peccat etiam mort. qui ante 25. annum cœptum accipit dignitatem, vel personatum non habentem curam animarum. potest tamen dispẽsare Episcopus. post 20. annos completos; quos tamen Tridentinum extendit ad. 22.ibid. num.115.§.7.ad beneficium simplex non sufficit ætas ante decimum quartum annum. ibid. num.135.

Qui

Qui post obtentum beneficium parochiale,& pacificam eius possessionem, non promouetur intrà annum ad presbyterium,peccat mort. & perdit illud ipso facto. nu. 118.

Peccat mort. qui illegitimus recipit beneficium curatum absque dispensatione Papæ, vel simplex beneficium sine dispensatione Episcopi. Illegitimus autem filius Clerici nullum potest habere beneficium, vbi pater eius aliquod habet vel habuit beneficiū. ibid. num.117. vide legitimus. lit.C.

Peccat mort. qui beneficium parochiale accipit sine intentione presbyterium suscipiendi, vt fructus intra annum percipiat, & pòst illud dimittat; & tenetur restituere fructus: nisi voluntate illa mutata fiat presbyter intra annum. nec minùs peccat, qui illud scienter confert, & tenetur Ecclesiam seruare indemnem. Secus dicendum est de accipiente aliud beneficium non parochiale (siquidem pœna non est extendenda) imò secus dicendum est etiam de accipiente beneficium parochiale cum voluntate suscipiendi presbyterium:sed postea mutauit voluntatem.cap.25.n.118.§.9.

Nec peccat, qui animo satisfaciendi suæ functioni recipit beneficium non curatum, cum proposito, quòd si primogenitus obierit sine liberis, ducet vxorem. ibidem.

Peccat mort. beneficiarius etiam ſimplicis beneficij, qui abſque animo initiandi ſacris, incedit ſine habitu clericali, non quidem eo quòd non habeat huiuſmodi animum, ſed quia non defert habitum clericalem: non tamen tenetur reſtituere fructus. Ibidem.

Item peccat mort. beneficiarius minorũ ordinum tantùm, qui poſt matrimonium contractum retinet beneficium, nec recuperat illud; quamuis vxor, ante conſummationem matrimonij, ingrediatur religionẽ; quod verum eſt quamuis matrimoniũ fuerit nullum ob aliquod impedimentum, dummodò interueniat conſenſus. Secus, ſi fuerint ſpõſalia de futuro. Si tamen ſit conſtitutus in ſacris, non perdet beneficium ipſo facto, ſed priuari poteſt. num. 120.

Peccat mort. qui beneficij ſui ædes, vel prædia, dolo vel negligẽtia damnificat, cum obligatione reſtituendi. num. 124.

Peccat mort. qui accipit plura beneficia incompatibilia ſine iuſta diſpenſatione, vel plura compatibilia, quàm quæ ad honeſtam ſuſtentationem ſufficiant. num. 129.

Peccat mort. qui habet multa beneficia diuiſa in titulum: quorum vnum ſuo ſtatui ſufficit, vel ſine diſpenſatione, vel conſuetudine iuſta. Secus ſi ſint legitimè vnita. n. 125.

Secus

Secus etiam si habet vnum in titulum ad sex menses tantùm, si est parochiale: si verò sit commendatum in perpetuum, idem est ac de habito in titulum. ca. 25. num. 126.

Iusta autem causa ad dispensandum in hoc, est illa quę sufficit ad tollendam deformitatem: talis est, quando attenta qualitate personæ, non sufficit vnum ad viuẽdum decenter, & honestè. Vel quando talis est prudentia, & industria alicuius, vt plus possit prodesse subditis absens, quàm communiter alius præsens. Vel defectus aliorum idoneorum. Vel notabilis virtus, nobilitas, & scientia. Vel quòd principaliter intẽdat largiores erogare eleemosynas. num. 128. Vnde cũ hac declaratione quæ est de mente Cardinalis, possunt modò retineri plura beneficia ante Concilium Tridentinum obtenta. num. 129.

Obtinentes autem plures Ecclesias parochiales vel vnam parochialem, & alteram Cathedralem, cogendi sunt alteram intra sex menses dimittere. num. 129. qui post obtentum beneficium fit irregularis, non priuatur beneficio ipso iure. cap. 27. num. 249. dicto. 5. & in nouo. nu. 251. at verò qui existens irregularis, recipit beneficium, collatio est nulla ipso iure. ibidem dicto 6. facta autem criminoso, crimine non inducente irre-

irregularitatem, valida est. ibidem.

Ei qui absque sua culpa incidit in irregularitatem, quæ nascitur ex defectu ad vsum vnius ordinis, & non alius iam susceptí, potest dari beneficium nõ requirens maiorem vsum quàm ille à quo non est impeditus. vnde ei qui absque sua culpa amisit duos digitos, & dimidium palmi, potest dari beneficium non requirens celebrationem, non tamen, si requirat illam. ibidem. irregulari autem ex defectu perfectæ lenitatis, non licet dare quodlibet beneficium, ad quod sufficit vsus ordinis iam susceptí. nam hæc irregularitas non contrahitur propter defectum habilitatis ad vsum vnius ordinis, & non alius susceptí, sed propter defectum contrarium vsui cuiuslibet ordinis susceptí & susciendi. ibidem.

Collatio beneficij facta excommunicato etiam ignoranti se esse excommunicatum, est nulla. cap. 27. num. 271. §. 8. & Nouo nu. 272. sufficeret tamen dispensatio Episcopi, si ad illum spectabat collatio, non tamen si ad alium. hæc autem non procedunt in collatione facta à Papa vel legato, cum clausula absolutionis, quo ad effectum præsentium consequendum. ibidem.

Qui scire debens se esse excommunicatum,

tum,ſuſpenſum, interdictum, vel irregularem,recipit beneficium Eccleſiaſticum,peccat mortaliter,& titulus eſt nullus. cap.25. num.133.

Aduertas autem quòd hic non intendit author negare quin collatio beneficij facta excommunicato inuincibiliter ignoranti ſe eſſe excommunicatum, ſit nulla. nam ratio quam adducit cap.27. num.271. §.8. ſcilicet quòd ignorantia excuſet à pœna tranſgreſſionis,non tamen efficit capacitatem acquiſitionis, cuius excommunicatus eſt incapax, hæc inquam ratio comprehendit etiam hũc caſum. Sed ſolùm intendit quòd tunc peccat quando ſciens vel ſcire debens ſe eſſe excommunicatum, ſuſpenſum vel interdictum,recipit beneficium.

Qui occulta irregularitate ordinatus eſt, & impetrauit beneficiũ,debet occultè impetrare diſpenſationẽ, &; ſi accepit ſciẽter poſſeſſionem,debet id explicare in impetranda diſpenſatione,vel certè impetrare habilitatẽ ab eo, & poſtea clam collationem ab ordinario, dummodo non fuerit reſeruatũ Papæ quando illud obtinuit.cap.27.num.194.

Onus annexum beneficio,vt beneficiarius quotidie miſſet de B. V. Maria, non obligat ad miſſandum omnibus diebus, nec ad miſſandum de illa omnibus diebus,quibus miſſare L.

sare tenetur, sed solùm illis, quibus frequentiùs salua honestate ac deuotione debita potest. cap. 25. num. 134.

M Onus verò missandi per se, vel per alium omnibus diebus, de omnibus intelligendum est. num. 134.

Habens beneficium cum onere legendi, legat per se, si est idoneus; sin minùs, per alium. Quòd si huiusmodi beneficium conferatur post Trid. non valenti legere per se, collatio est nulla. num. 135.

BENEFICIVM IV.

Quoad fructus.

A DE redditibus Ecclesiasticis non sunt augendi consanguinei. c. 25. n. 124.

Impendentes fructus beneficiorũ in vsus prophanos, & ab eis accipientes peccant, & tenentur restituere. c. 17. n. 94.

B Prodiga distractio fructuum beneficiorum Ecclesiasticorum, regulariter est mortalis. Ibidem.

Si verò bona illa sint patrimonialia, vel acquisita ratione dignitatis clericalis, vt celebrando Missas, prædicando, audiendo confessiones, regulariter est venialis. Idem, si quamuis essent Ecclesiastica, sunt tamen detracta ex illa parte, quæ illi ad decentem vi-

tam

tam erat conueniens. Idem,si ea bona beneficiarius sit commeritus ex obsequiis Ecclesiæ præstitis,vltra ea quæ tenebatur præstare seruiẽdo mediocriter suo beneficio:vel tantundem dedit Ecclesiæ suæ, vel pauperibus ex bonis patrimonialibus, vel quasi patrimonialibus,postquã adeptus est beneficium. cap.17.num.94.

Licitè potest beneficiarius impendere be- C
neficij fructus pauperibus etiam alienigenis,& piis locis extra suã parochiam,& episcopatum, licèt non dentur in necessitatem naturæ, sed tantùm ad decentiã personæ:vel si dentur ad vtilitatem, vel decentiam Ecclesiæ immediatè vel mediatè, vt hospitio suscipiẽdo proceres, iudices,vel alias personas, quæ prodesse possint Ecclesiæ,vel obesse.Idẽ,si dentur in remunerationẽ obsequio- D
rum à cognatis, amicis,vel famulis ei præstitorum. Idẽ,de rebus verè ac irreuocabiliter donatis ad quæuis opera pia, etiam in articulo mortis. Idem,de bonis superfluis fructuum, qui reseruantur in opera pia etiã futura,dum tamen probabiliter sperẽtur futura. Idem etiam dicẽdum est de bonis acquisitis per distributionem quotidianã,quod de aliis redditibus beneficiorum Ecclesiasticorum.Idẽ de acquisitis per pensiones.Ibidem.

Beneficij fructus percepti saltem post li- E
tem

tem conteſtatam debentur beneficiario vero ſi vicerit: quamuis contra poſſeſſionem de proprietate litiget. cap. 25. num. 104.

F Fructus beneficij parochialis pacificè poſſeſſi, percepti poſt annum ab eo qui non eſt promotus ad preſbyterium, reſtituendi ſunt, dummodo intra annum non ſit promotus. num. 118.

Non tenetur reſtituere fructus, qui accipit beneficium animo relinquendi illud, ſi pinguius ſibi conferatur. Nec etiam ille, qui ſuſcipit beneficium ſimplex abſque animo ſe initiandi ſacris ordinibus incedens in habitu clericali. ibidem.

G Qui ſine probabili cauſa non reſidet, cũ licentia vel ſine illa, peccat, ſed non tenetur reſtituere fructus ante cõdemnationem, iure communi: Secùs poſt Trid. num. 121. de quo vide in tit Reſidentia.

Beneficiarius non recitans horas canonicas, tenetur reſtituere. Quod tamen non habet locum in ſex primis menſibus ab obtento beneficio, vt ſtatuit Conc. Lateran. Peccat tamen grauiter non recitando in illis, vt declarauit Pius V. in ſuo motu proprio: qui etiam reliqua eiuſdem decreti confirmauit. num. 122. 123. vide infrà. tit. Horæ Canonicæ. 2.

H Reſtitutio horum fructuum ex defectu recitan

recitandi, potest fieri fabricæ, aut pauperibus, aut sibi ipsi, si verè est pauper: saltem ex consilio Confessoris poterit illos capere, & satisfaciet obligationi. Secus tamen si restituēda sint lucrifacta per distributiones quotidianas debitas his, qui horis, diebus, illis interfuerint. num. 123.

Hoc ipsum dicendum est de grossa, quæ non lucrifacta ab vno accrescit aliis. n. 121.

Veruntamen si interfuerit legitimum impēdimentum, quo non possit recitare horas canonicas, excusabit eū tam à peccato quàm à restitutione; vt declaratum est ab eod. Pio V. cap. 25. num. 122.

Quod autem Canonicus perdit ob excōmunicationem, suspēsionem, vel aliam causam; eodem modo restituendum est, sicut per hanc, non recitandi. Quia de similibus idem iudicium. num. 123.

Suspensus à beneficio in pœnam, non potest dispendere fructus eius, nisi ad se, & ad suos modestè sustentandos: & hoc si ipse nō habeat bona. num. 124.

Excommunicatus, per quem stat quin absoluatur, nihil potest percipere de fructibus beneficij, ne ad sustentationem quidem. ibid. Vide etiam tit. excommunicatio. 4. B. nemo tenetur ad restituendum fructus beneficij perceptos, eo quòd fuerit in peccato

mortali occulto, vel notorio.nu. 123. restituendi sunt fructus beneficij cuius titulus scienter fuit nullus. cap. 25. num.113.§.3.

Peccat mortaliter, qui fructus sui beneficij in plures quàm in tres annos locat, vel dat in emphyteusim. num.130.

Canonici, ac Dignitates, nisi infra duos menses post possessionem confiteantur fidē coram Episcopo, & etiam coram Capitulo, non faciunt fructus suos. num.136.

Fructuum reseruationes, vel pensiones non assignētur super fructibus Episcopatus, non excedentibus summam mille ducatorum, vel super Ecclesiis parochialibus, non excedentibus centum. num.137.

Legens Theologiam, vel Canones potest percipere fructus beneficij etiam absēs, dum publicè in scholis docuerit. Idem de discente in scholis easdem facultates. num. 58.§. 3.

De residentia in beneficiis. vide tit. Residentia.

BIGAMIA vide in tit.Irregularitas. II.

BLANDITIÆ.

A BLANDITIÆ non faciūt rescindi cōtractum per illas factum, sicut facit metus.

tus. Ratio est, quia concupiscentia nō minuit, sed auget voluntarium: metus verò minuit illud. Præl. 6. num. 8. & Nouo num. 7. Atque ob hanc rationem infertur non esse idem blanditiis consentire, ac metu. cap. 17. 15. Passio enim amoris non inducit in voluntarium, sicut passio timoris: imò sicut iste consensum diminuit, ita ille illum augmentat. ibid.

Sed hoc non procedit quando sub precibus, & blanditiis tacitè latent minæ, quales solent inesse blanditiis aliquorum Dominorum, qui solēt malè tractare eos, qui suis precibus non consentiunt. ibidem. B

De testamento per blanditias mariti facto: & de fœmina, quæ obtinet per eāsdem ab amico aliquid. vide in tit. Testamentum. & in tit. Meretrix.

BLASPHEMIA.

BLASPHEMIA *est dicere aliquid contumelioſum contra Deum.* Quod quidem fit tribuendo Deo, quod ei non conuenit, vel auferendo, quod conuenit, vel tribuendo creaturæ, quod est proprium Dei. Estque vel mentalis tantùm, vel vocalis, vel scripta. cap. 12. num. 81. A

Blasphemia contrariatur fidei, & chari-

tati diuinæ, & derogat diuino honori, eſtque peccatum mortale. Et neque exterior, neque interior blaſphemia ſecundùm ſe tantùm eſt dicenda hæreſis. n. 82.

B Blaſphemia conſiſtit in dicendo,& hæreſis in credendo. Atque blaſphemia quidem tribus modis dici ſolet, ſcilicet deſiderãdo, præcipiendo, affirmando. ibidem.

Blaſphemus non debet abſolui etiam in foro conſcientiæ, niſi impoſita grauiſſima pœnitentiâ.num.83.

C Blaſphemus corripiendus eſt ab eo qui eum blaſphemantem audiuit, quamuis non ſit ſpes emendæ, ad quod tenetur ſub præcepto, ſi ſine ſuo periculo facere poteſt. num.83.

Qui profert verba blaſphemiæ,non plenè aduertens quid ſignificetur, venialiter tantùm peccat, quamuis inconſideratio procedat ex praua conſuetudine. Si verò plenè aduertit,mortaliter peccat. num.84.

D Blaſphemia his modis contingit, ſcilicet dicendo,pigeat Deum, non credo in Deum, denego vel maledico Deum, Deus non eſt miſericors, eſt acceptator perſonarum, non habet prouidentiam circa ea quæ aguntur in mundo: Vel tribuendo creaturæ, quod eſt proprium Dei.Ibidem. Vel maledicendo creaturas quatenus Dei ſunt. cap. 12. num. 86.

86. Item admiſcendo cantilenas ſæculares diuino cultui. Quamquam hoc vltimum non ſemper eſt mortale, niſi cantilenæ ſint laſciuæ, aut aliqua adſit circumſtantia mortalis.num.87.

Qui blaſphemando maledicit Petro, & vndecim Apoſtolis,duo tantùm peccata cõmittit.additum in Nou.cap.6. num.18. illatione 5. E

De peccato in Spiritum ſanctum quid, & quotuplex ſit. vide in tit.Peccatum.2.

BONA HOMINIS
In communi.

BOna hominis ſunt trium ordinũ I. Bona vitæ,& ſalutis. II. Bona famæ,& honoris, quæ & honoraria dicuntur. III. Bona rei familiaris, quæ & bona fortunæ, ſeu pecuniaria vocantur.cap.16.num.44.& cap. 17.num.89.& deinceps.& cap.18.num.47. A

Bona vitæ & ſalutis, altioris ordinis ſunt, quàm bona famæ; & bona famæ altioris quàm bona rei familiaris,ſeu fortunæ.Vnde cùm reſtitutio bonorum fortunæ aliter fieri nõ poteſt, niſi cum amiſſione bonorum primi & ſecundi ordinis, excuſatur ab ea ille qui obligatus erat, donec ceſſet periculum in eiſdem locis diffusè.

Bona vitæ comprehendunt etiam ſalu- B

tem corporis,& integritatem membrorum. cap.17.à nu.89.

Fama autem, & honor intelligitur virtutis, & bonitatis, honeſtatíſque. cap.17.num. 90.91.

Inter bona famę computatur etiam libertas: Vnde libertas,fama,& honor ſunt eiuſdem ordinis. Quanquam fama,& honor libertati præponenda videntur:quoniam Mulier,quæ pro honeſta habetur, potiùs ſeruitutem cum bona fama debet eligere, quàm libertatem cum infamia.c.17.n.90.§.5.6.

Bona famæ,libertatis, honoris, ſalutis & vitæ,non ſunt pecunia æſtimabilia. num.91.

Quando verò amiſſio horum aliquando pecunia compenſatur, non datur pro pretio eorum,quæ nullum habent;ſed quia vel alia compẽſatio fieri nequit, vel datur pro damno quod ex eorum amiſſione, & defectu euenit.num.90.§.*nec obſtat*.

Bona honoris ſeu honoraria ſunt quinque. Laus,honor,fama,gloria,& reuerentia. Laus *eſt ſermocinatio elucidans magnitudinem alicuius virtutis*. Honor eſt *exhibitio reuerentiæ in teſtimonium alicuius excellentiæ* abſolutè.Fama *eſt atteſtatio popularis de re aliqua*. Gloria eſt *clara cum laude notitia*. Reuerentia *eſt animi reputatio qua bona alterius magnifit*.cap.23.num.9.

Hæc

Hæc sæpe alia pro aliis sumuntur. Sunt maiora quàm bona pecuniæ. Sunt virtus moralis,nõ intellectualis. Appetitus horum ordinatus,est bonus.Inordinatus autem malus & regulariter venialis,& mortalis quando est aliqua circumstantia talis. Idem dicendum de contẽptu eorum inordinato, qui est venialis,sed mortalis quando contẽnitur: laus de gratia Dei gratum faciente manans, aut vltimus finis ponitur in eo.num.10.

Bona autem fortunæ sunt mobilia, vel immobilia. Modus acquirendi mobilia, per possessionem iustam, vocatur vsucapio. Modus autem acquirendi immobilia,dicitur præscriptio. Veruntamen sæpenumero vterque modus appellatur vsucapio, & exceptio quæ ex ea nascitur, dicitur præscriptio.cap.17. num.85.

BONA FILIORVM.

Castrensia,& quasi aduentitia & profectitia.

BONA Castrensia *sunt illa quæ filius acquisiuit in bello, suntq;* solius filij quoad vsum fructum,& dominium,ita vt in iis pater nil habeat. cap. 17. num.141. A

B Bonum quasi Castrense est, *quod filius familias acquirit officio publico, & quod clerici officio suo clericali acquirunt*, imò quælibet alia bona clericorum saltem acquisita post clericatum iure communi, sunt quasi Castrensia, in quibus pater non habet plus iuris, quàm in Castrensibus. num. 142.

C Peculium aduentitium est non Castrense, nec quasi castrense, sed aliunde quàm à patre, & ex bonis eius, aut ob gratiam illius principaliter habitum: & in hoc proprietas est filij, & vsufructus patris, nisi qui donauit filio, vetuerit ne patri crederetur vsusfructus. num. 143.

D Peculium profectitium est peculium filij familias habitum à patre, vel eius causa, vel de bonis eius, nec ad bellum nec ad officia publica pertinens; & in hoc proprietas, & vsusfructus est patris. num. 144.

E Peculium aliquando est mixtum, scilicet partim aduentitium, partim profectitium. cap. 17. nu. 144. vt filius aliquid ex bonis patris lucratur sua industria. nam quod eius labor meretur, est aduentitium; dummodo non teneatur alere patrē; & etiam expresse licèt tacitè, protestetur, se eo animo seruire patri vt det sibi pro suo labore quantum daret extraneo. reliquum verò erit profectitium. ibid. & n. 161. ad quod merces debita suo

ta suo labori regulariter est dimidium eius quod lucri fecit. num. 161.

Libri, arma, & alia, vt fiant Castrensia, vel quasi castrensia, requiritur, quòd tradantur filio viuente patre. num. 159. de quo plura tit. filius. lit. I.

BONA PARAphernalia.

SVNT ea bona *quæ vxor sibi reseruat præter dotem, quam dedit marito.* cap. 17. num. 153.

De bonis paraphernalibus potest vxor disponere pro sua voluntate, nisi obstet consuetudo, vel statutum prouinciæ. num. 155. in No. num. 154.

BVLLA IVBILÆI, & Bulla cœnæ, Cruciatæ.

PER Bullam concedentem facultatem absoluendi à censuris, & pœnis, non potest Confessarius absoluere à pœna pecuniaria pro peccato à iudice imposita, vel imponenda. Nam illa clausula (à pœnis) solùm respicit illas pœnas, quæ impediunt absolutionem à peccatis. cap. 27. num. 250. in Nouo num. 254.

Nec etiam potest confessarius dispensare in irregularitate, etiam in ea quæ oritur ex delicto. Ibidem.

Bullarum & maximè Cruciatæ forma seruanda est, ad consequendas indulgentias in iis quæ pertinent ad eleemosynas, ieiunia, & alia propter quæ conceduntur, non tamen in absolutione Sacramentali, in qua non est necesse seruare verba, & formam, quæ in impressis bullis ponuntur. Illa enim verba non habentur in originali: ponuntur tamen vt indoctiores Confessarij sciant, quid facere debeant. cap.26.num.30.

Bullæ plurimæ habent indulgentias, non directè concessas, sed cum potestate, vt Confessarius eas concedat. Vnde fit, vt multi per incuriam non gaudeant eis in morte. Debet ergo Confessarius infirmum interrogare & etiam sanum, an tales habeat: & habenti, post absolutionem peccatorum dicat, *Auctoritate qua fungor concedo tibi omnem illam indulgentiam peccatorum tuorum, quam tibi concedere possum virtute cuiuscumque tuæ Gratiæ in nomine Patris* &c.num.29.

Bullæ indulgentiarum communiter concedunt facultatem eligendi Confessarium qui absoluere possit à peccatis, & censuris &c. Vnde videtur tutius dicere quòd nemo potest communiter loquendo, virtute bullarum

rum absolui à censuris extra Confessionem. Quia facultas absoluendi à censuris, est quoddam præludium necessarium ad absolutionem peccatorum:& ita,vtraque in Cõfessione,& confesso tantùm danda est. n.31.

Bullæ indulgentia prò articulo mortis concessa per primum eius vsum expirat, nisi aliter disponatur. ibidem.§.23.

Bulla cœnæ est bulla quæ continet processum Papæ, quo die Iouis sanctæ Cœnæ Domini excommunicat varium genus peccantium. cap. 27.nu.55. de qua vide tit.Excommunicatio.

Hæc Bulla Cœnæ sæpe iterata, non multiplicat censuras per eam latas.cap.27. n.55.

Per Bullam Cœnæ videtur Episcopis sublata facultas,quam concessit eis Concil. Trid.absoluendi hæreticos occultos, imò & facultas absoluendi ab omnibus casibus reseruatis in illa bulla, nisi dicamus quòd Bulla loquitur de occultis habentibus complices.additum in No. cap.27.num.260.§.7.

Bullas Pij.V.de confidentia, de Cambiis, & de agitatione Taurorum. cap. 23. num, 110.&c.17. num.283.litt.N. & Nouo num. 300.301.& c.18.15. Sed earũ breuem summam vide in hoc comp.tit. Simonia & tit. Cambium.& tit.Taurorum agitatio.

Bulla quædam Gregorij XIII. reducit ad terminos iuris communis priuilegia

Mendi

Mendicantibus concessa per Pium V. in fine Manualis.

CAMBIVM.

CAMBIVM *est commutatio vnius rei pro alia*, & diuiditur in siccum & realem. cap. 17.num.283.lit.B.in Nouo num.286.

Cambiorum genera sunt septem.I.Ratione officij mutuandi. II. Per minutum. III. Per literas. IIII. Per translationem realem. V. Propter interesse. VI. Pro custodia. VII. Per commutationem pecuniæ præsentis pro absente.ibidem.

B Ars campsoria licita est, si ordinatur in finem honestum.num.283.lit. C.No. n.287.

In nullo cambio, vbi pecunia datur pro pecunia, potest accipi aliquid vltra iustum valorem pecuniæ datæ ratione cambij,quatenus est permutatio, nisi adiungatur alia iusta causa. Vnde qui dat vnam pecuniam pro alia maiori, post vnum vel plures menses reddendam, vsuram committit. Ibidem.

C Cambiorum autem primum genus, (hoc est,cambium ratione officij)licitum est.ibidem.lit.C.& in No.num.288.

Item cambium secundi generis per minutum licitum est. Per minutum verò *illud*

est, quo quis cambit præsentem pecuniam pro præsenti, nempe minoris valoris pro pecunia maioris, vel è contra, dummodo fiat ex officio à Republica instituto. Imò etiam priuatis licet aliquid accipere, minùs tamen, quàm campsori assignatur. Nec hoc est vetitum legibus Hispaniæ, quæ prohibent, nequis officium campsoris auctoritate propria sumat. ibidem. num. 283. lit. C. D. in No. 288.

Qui habet monetam, quæ ratione materiæ, vel alicuius singularis interesse pluris valet, saltem sibi, quàm per legem æstimatur, potest illam permutare pro alia, recepto illo plus. Ibid. D. D

Tertium item genus Cambij per literas est iustum, & fieri potest non solùm per literas, sed etiam per nũcium, & ipsum Campsorem. Ibid. lit. E. Nouo. 289. E

Verùm ad iustitiam huius tertij Cambij requiritur, Primùm, vt campsor non accipiat maius lucrum, ex eo quòd tardiùs sit accipienda pecunia virtute litterarum, vel ex eo quòd à principio non traditur ei pecunia; nec etiam accipiat minùs ex eo quòd tota pecunia statim soluitur. Possunt tamen excusari ratione veri interesse. nu. 283. lit. E. & in Nou. num. 289.

Secũdò requiritur, quòd campsor qui dat pecunias, alibi soluẽdas sciat, vel credat probabiliter

babiliter personam, cui eas dat habere pecunias vel fidem,& voluntatem satisfaciendi litteris, quas de soluendis illis tradit sibi.lit.E.M.& in Nou.num.289.& 297. Nec sufficit, quòd ignoret eam habere, vel non habere.lit.E.dicto 4.Nou.num.290.

H Vsura est si tradat huiusmodi pecunias cum pacto, quòd si non soluantur intra tres menses ibi ab eis, ad quos remittitur solutio, soluatur intra sex menses Romæ cum lucro cambij, quod ibi erat soluendum, & lucro recambij soluendo Romæ.Ibidem.

Tertiò requiritur,vt locus in quo est soluenda pecunia longè distet,aliâs esset cambium de tempore ad tempus: quod tamen iniustum est. Stando autem in solo iure naturali, & diuino tam iustum est cambiũ per litteras de ciuitate vnius regni ad aliã eiusdem, sicut ad aliam alterius regni. Ibidem. prohibetur tamen in quibusdam regnis ad tollendas vsuras paliatas: quod tamen cessante fraude non ligaret;dũmodo tanto minus lucri acciperet campsor, quanto minus interuallum esset inter vtramque ciuitatem. Ibid.

I Quartũ Cambij genus scilicet per translationem realem,licitum est.ibid.lit.I.Nou. num.291.

Quintum etiam cambium ratione interesse

esse damni emergentis vel lucri cessantis, dummodo re vera cessent. Nō potest tamen à principio certū interesse præfigi in Cambiis.c.17.num.283.lit.G.& in Nouo.nu.292.

Sextum genus Cambij est etiam licitum, scilicet cambium pro pecuniarum custodia, idque non solùm auctoritate publica, sed etiam priuata.ibid.lit.H.Nou.num.293.

Atque in hoc genere quidem non solùm potest recipere lucrum, quando reddit pecuniam in numerato,sed etiam quando reddit per chirographum.ibidem.

Deponentes verò pecuniam apud bāchārium, non possunt recipere ab illo aliquid vltra sortem, eo quòd Bancharius lucretur pecunia deposita, nisi hoc fiat merè gratis, imò tenentur reddere banchario iustā mercedem, si obligatur reddere pecunias simul ac petuntur.Ibidem.H.Nouo.num.293.

Licitum etiam est Septimū genus Cam- M
bij, quod fit per commutationem præsentis pecuniæ pro absente.lit.I.Nou.294.

Pecunia siquidem prę̨sens pluris valet ex se, quàm absens cæteris paribus, quia ex se requirit laborem, impensam, & periculum in traducendo.Vnde posset quis iustè emere C. ducatis præsentibus Metinæ, CI. existentes Hispali.lit.K.Nou.num.295.

Cambium illud, quo multi habentes pecuniam

cuniam numeratam,& nolentes vel non potentes vti arte mercandi, dant pecuniam in loca vnius regni, ſoluendam ſibi in proximis nundinis cum aliquo lucro, non eſt iuſtum,niſi reducatur ad aliquam ſeptem ſpecierum, quas ſuprà diximus.cap.17.nu.283. lit.M.in Nou.nu.269.& 297.

O Extrauagãs Pij V.de iuſtitia Cambiorum, quæ incipit,In eam pro noſtro.&c. manauit anno 1571. cuius ſumma & breuis declaratio eſt quæ ſequitur.

Vſura eſt lucrum illud, quod accipiunt campſores nomine cambij, vel recambij,à debitoribus,propter dilationem eis conceſſam, vſque ad proximas nundinas, niſi accipiant pro vero intereſſe. lit. M. & N. in Nouo.n.300.298.299.& notab.3.301.

Non omnia cambia ſicca damnantur à Pio V.ſed ſolùm illa quæ fiunt ficta,& ſimulata,quę ſola vocantur ſicca in Extrauaganti. Cætera autem ſi ſunt vera, inter realia computantur. Ibid.lit.N.notab.1.Nou.num. 300.& 301.

P Ad iuſtitiam Cambij ſicci veri, & realis requiruntur conditiones ſuprà poſitæ hoc eod.titulo.lit.F.Quæ ex Extrauag.& ex notab.2.auctoris colliguntur.num.301.

Poſt hanc Extrauag. Pij V. non licet in materia Cambiorum conuenire à principio,

cipio, vel posteà ante terminum solutionis, super certum ac determinatum lucrum. Verum est, quòd in foro conscientiæ erit licita si sit æqua. Ibidem. not. 4.

Erit etiam licitum in aliis materiis. Quoniam Pius V. solùm loquitur in cambiis. Ibidem.

Cambia exerceri non possunt, nisi quoad proximas nundinas vel terminos, ad soluẽdum cambia præfigi consuetos. Quod limitandum est quantùm ad effectum carius vendendi vel cambiendi ad secundas, vel tertias nundinas, quàm ad proximas. cap. 17. n. 283. lit. N. No. num. 301. notab. 5.

Id quod vulgò dicitur, scuta & ducata, quibus campsores vtuntur in nundinis cambiẽdo, esse maioris pretij, quã illa quibus vtuntur in emẽdis rebus necessariis, & mercibus, non est sic intelligendum quòd ipsi mercatores augeant vel minuant pretiũ eorum: sed quòd ducatus, vel scutũ cũ auctuario, quod soluendum est pro eo remittendo aliò, vel aliũde remisso, pluris valet; & quòd ipsi mercatores tamquam periti in arte arbitrantur quãtum debeat esse illud auctuarium. not. 8.

Mutuantes sub vsuris Regibus ad id aliquo modo eos cogentibus, vix potest iustificari, per viam alicuius cambij liciti. cap. 17. in fine.

CANONICVS.

A CANONICI, ac reliquæ dignitates, infra duos menses ab obtento Canonicatu, seu dignitate, tenentur coram Episcopo, & etiam coram Capitulo profiteri fidem: alioqui non facient fructus suos. cap. 25. num. 136.

B Nemo potest Canonicatum obtinere, qui non sit initiatus aliquo ordine sacro, quem ille requirit; vel in ea ætate, vt tempore statuto initiari valeat. ibidem.

C In cathedralibus omnes canonicatus habeant annexum ordinem presbyterij, diaconatus, vel subdiaconatus. ca. 25. num. 136.

CAPELLANVS.

TENETVR Capellanus dicere quas missas, vbi & quomodo sacellorum institutio, vel eorum promissio habet. cap. 25. num. 134.

CARCER.

PECCAT mort. qui fuit causa cõiiciendi aliquem in carcerem iniustè, & tenetur restituere damnum. c. 15. n. 13. No. num. 12.

Qui iniustè soluit in carcerem iustè conie-

ctum

iectum propter debita, tenetur restituere damnũ creditori, nisi esset ille debitor adeò pauper, vt probabiliter, nec per se, nec per alium soluere posset. tũc enim sicut ipse fugiendo non peccat, sic nec qui esset author fugæ, nec tenetur restituere creditori. cap. 17. num. 101.

Incarceratus ob delictum dignum morte, aut absciſſione membri, licitè fugere potest, etiam limando compedes, & rumpendo carcerem, dum tamen non inferat vim custodi carceris, vel alteri ministro iustitiæ. num. 102.

CASTRATVS vide in tit. Irregularitas. III. ob defectus corporis.

CASVS FORTVITVS.

REGVLARITER nemo tenetur de dãno, quod contingit casu fortuito, nisi præcedente culpa, mora, vel pacto. cap. 17. num. 179.

Aliquis euentus potest dici casus fortuitus, respectu vnius, & non respectu alius. nu. 178.

Casus fortuitus nocet ei qui est in mora. nu. 179. & 183.

Culpa præcedens casum fortuitũ, non efficit, vt fortuita imputentur, nisi culpa dirigatur sufficienter in illa. c. 27. n. 220. No. 221.

CASVS RESERVATVS.

A CAsvs Reseruatus est, cuius absolutio adimitur inferiori Sacerdoti. additum, Nouo, cap.27. num.259.

Nullus casus est reseruatus in articulo mortis. ibid.n.254. No.nu. 260. Vide etiam tit. Articulus mortis.

B Nullus casus est reseruatus Papæ,cui non sit annexa aliqua censura. num. 254. Nouo 261.

Casus reseruatus Papæ post sublatam cẽsuram manet non reseruatus: nisi præter illam sit etiam reseruatus Episcopo. Sed iam consuetudine introductum est, vt sublata censura Papali, cesset etiam reseruatio Episcopalis. Ibid.

C De fide est Episcopum posse reseruare sibi aliquos casus etiam in foro conscientiæ. additum in No. cap.27.num. 260.

Episcopus concedendo casus sibi reseruatos, non videtur concedere absolutionem à censuris sibi reseruatis.cap.27.num.254.No. num.261.§.10.

Episcopus concedendo absolutionem à casibus,& censuris sibi reseruatis,non videtur concedere dispensationem votorum,aut irregularitatum,à quibus ipse potest dispensare.

sare. ibid. Episcopus concedendo alicui omnem suam facultatem & authoritatem ad audiendam confessionem, non videtur concedere casus sibi reseruatos iure communi, vel suo particulari, vel consuetudine generali, vel speciali: secus est quando concedit omnes suos casus: nam per suos casus intelliguntur peccata illi reseruata: Secus etiam est quando cõcedit suam facultatem, excepto tali casu reseruato. idem dicendum est, quoad forum conscientiæ, quando apparet intentionem Episcopi esse concedere casus sibi reseruatos. ibid. dicto 7. & in Nouo num. 261.

Casus reseruati Episcopo hi sunt. I. Peccatum clerici habentis annexam irregularitatem. II. Incendium domorum, frugum, vel aliarum rerum ex proposito factum. III. Peccatum ob quod est imponenda solemnis pœnitentia. Alij etiam casus referuntur, qui iam non sunt in vsu. Alij verò reseruantur Episcopo ex consuetudine; quales sunt. I. Homicidium voluntarium vel abscissio membri. II. Peccatum falsandi scripturas, vel testificandi falsum, vel tacendi verũ coram iudice. Et peccatum admissum ab aduocatis & procuratoribus, ostendendo scripturas partibus aduersis. III. Violatio libertatis vel immunitatis Ecclesiasticæ, &

omne sacrilegium. IIII. Peccatum retinendi aliena incerta. cap. 27. 256. in Nouo 262.

CATHEDRA.

QVI impedit dignum à consecutione cathedrę tenetur restituere, maximè stāte statuto quod necessariò debeat conferri legitimo oppositori, seu candidato; ille autem fecit, vt tali digno non daretur, sed alij. cap. 17. num. 74.

CAVPO.

TENETVR restituere damnum, per alium alteri factum, in sua taberna. cap. 27. num. 16. No. 17.

Peccat ministrans adeuntibus ad suam tabernam cibos, quibus credit illos transgressuros ieiunium sine causa. cap. 21. num. 26.

CAVSA.

CAVSÆ sunt quatuor, videlicet efficiēs, materialis, formalis, & finalis. cap. 27. n. 219. Quales sint hæ, & quid efficiant in materia deformationis, & irregularitatis, & quomodo possunt esse remotæ, ac propinquæ. vide cap. 27. num. 219. 220. & 210. 211.

A

& in hoc Comp. tit.Irregularitas.5.

Causæ duæ finales possunt concurrere in B
facienda eleemosyna,scilicet amor Dei, & necessitas proximi. cap.17.

Quando sunt duæ causæ finales alicuius actus, cessante vna non cessat ille,sed conseruatur ab altera. Sicut in paupere simulato, cui datur eleemosyna propter Deum: Vbi licèt altera finalis pereat ex parte simulantis, altera tamen ex parte Dei viget, & eleemosyna non desinit esse talis.cap.17.nu. 100.& in Nouo.107.

Causa impulsiua *dicitur etiam illa,sine qua non fieret actus, dummodo fiat principaliùs propter aliam causam.* cap.23. num.100. Coroll. 5. in No.num.101.

Atque tunc quidem causa finalis potiùs est attendenda, quàm impulsiua. additum, C
Nouo,cap.17.num.107.§.Nec obstat.

Causa limitata limitatum producit effectum. cap.17. num. 62.post medium.

Causa rationabilis,& iusta,semper à mortali excusat transgressorem legis humanæ. Præl.9. num.14.cap.23.num.42.No.Præl. 9. nu. 16.c.23.42. Qualis autem sit hæc, vide ibid.& in hoc compendio tit.Lex. I. lit.C.

Causa remota,vel non tã propinqua,quomodo obliget ad restitutionem. vide in tit. Adulterium.lit.F.

CENSVRA.

CENSVRA *est sententia quædam Ecclesiastica, lata à capace ordinis, mediante iurisdictione Ecclesiastica fori exterioris,* quæ priuat communione Sacramentorum, vel hominũ, vel exercitio diuinorũ spiritualium, vel officiis diuinis, vel Sacramenti, vel Sepultura. additum in Nouo cap. 27. num. 1.

Est verò cẽsura triplex, videlicet, Excommunicatio, Suspensio, Interdictum. c. 27. n. 1.

Censura lata in mandatis visitationum non est à iure, sed ab homine. num. 2.

In censuris fictio non habet locum. c. 27. num. 272. in Nouo 273.

CENSVS.

PECCAT qui emit censum sine cõditionibus requisitis. c. 17. n. 233. 234. 235. Vbi etiam refertur Extrauagãs Pij V. circa cẽsus: quam vide infrà in tit. pretium.

Non licet emere censum nouè imponendum, minori pretio quàm statuto. c. 23. n. 91. Secus, si sit iam impositus. n. 91. Sed in Nouo eod. num. dicit, quòd nec iam impositus.

CESSATIO A DIVINIS.

CESSATIO à diuinis, non est censura Ecclesiastica; sed est ipsa dimissio diuinorum

norum officiorum.cap.27.num. 164.& 188.

Est autem duplex, generalis & particularis. Atque cessatio generalis, non est idem quod interdictum generale.num.188.Vnde, qui transgreditur cessationem etiam particularem, non est irregularis. Ibidem.Religiosi tamen non seruantes cessationem generalem, sunt excommunicati, etiam si cessatio sit inualida, seu nulla. num.146.

Priuilegium audiendi officia diuina tempore interdicti, non prodest pro tempore cessationis. Nec priuilegium pro tempore cessationis generalis, prodest pro tempore specialis. Interdictum tamen fortius est cessatione. num.189.

Solus summus Pontifex est qui ponit cessationem post interdictum: Et ipse non ponit cessationem generalem post interdictum generale, sed aliud interdictum speciale,vel cessationem specialem, quæ aufert celebrationem diuinorum officiorum,etiam ianuis clausis. cap.27.num.189.

CESSIO BONORVM.

EXCVSAT à restitutione in foro exteriori. At verò si debitor venerit in pinguiorem fortunam, non excusat eum in foro conscientiæ. cap.17.num.86.

CHARITAS.

CHARITATIS amor non est necesse vt sit summus intensiuè; sed sufficit vt sit summus appretiatiuè. cap. 1. num. 9. cap. 11. n. 5. in Nouo. c. 1. nu. 4. c. 11. n. 6.

Charitas non obligat dare centum aureos dicenti quòd aliâs occidet se. Prælud. 7. n. 12.

Charitatis actus aliquãdo delet peccatum mortale. cap. 1. num. 10. Nouo num. 5.

Peccatum est diligere Deum minùs, vel æquè, quàm creaturas. c. 11. n. 8. & No. n. 10.

B Præceptum diligendi Deum, est omnium maximum. Quod quidem tunc adimpletur, quando homo diligit Deũ propter seipsum, & plusquam cætera omnia appretiatiuè, ita vt Deum præferat cunctis rebus, & propter nullam eum offendat. cap. 11. n. 5. & No. n. 6.

C Charitas non obligat, vt cùm primùm homo peruenerit ad vsum rationis, se conuertat ad Deum tanquam ad vltimum finem: obligat tamen, vt saltem in confuso, iuxta capacitatem illius ætatis. cap. 11. num. 7. Nouo num. 8.

D Secundò, obligat quoties obligat præceptum charitatis. Tertiò, quãdo quis adultus recipit baptismum, & antea non habuit contritionem. Quartò, quotiescumque tenemur diligere proximũ ex charitate: quoniam

niam in amore proximi includitur amor Dei, tanquam finis. Præterea qui diligit Deum, credens probabiliter se esse in statu gratiæ, quamuis re ipsa non sit, impleuit hoc præceptum, quoad effectum euitandi nouum peccatum. num. 7. in Nouo num. 8. 9. 10.

Vnde potest hoc præceptum adimpleri quoad substantiam ab existente in mortali. cap. 11. num. 11. & 13. in fine. & c. 14. nu. 9. in No. c. 11. n. 10. 17. & c. 14. num. 9.

E Præceptum charitatis aliquando obligat minùs principaliter ad diligendum Deum dilectione naturali. cap. 11. num. 8. Nouo numer. 10.

Deus diligendus est super omnia appretiatiuè. n. 6. & in No. num. 5.

Audiens aliquem blasphemantem, tenetur non solùm illum corripere, sed etiam habere actum dilectionis in Deum. num. 8. Nouo num. 10.

F Diligere Deum cõparatiuè minùs quàm creaturas, vel æqualiter, est peccatum mort. At verò diligere eum æquè, vel minùs, vel absolutè absque comparatione, non est malum. c. 11. n. 8. & 14. No. num. 8. 10.

Diligere indirectè creaturam, plùs quàm Deum, non est directè contra hoc præceptũ, de diligendo Deum. num. 15. Nouo num. 19.

Dilige

Diligere aliquam creaturã firmiùs quàm Deum, peccatum eſt mortale. ibidem Diligere Deum principaliter propter præmium, peccatum eſt mortale.num. 16.Nouo 20.

G Proximi amor eſt duplex, ſupernaturalis & humanus, qui in amorem concupiſcentiæ vel amicitiæ ſubdiuiditur.cap.14.num.6.

Præceptum diligendi proximum, obligat ad numquam excipiendum eum ab amore generali charitatis, ad diligendum inimicum veniam poſcentem, & ad oſtendendum illi ſigna amoris ſaltem naturalis. num. 9. vel quando indiget auxilij noſtri ad ſalutem animæ.num.9.& 23.

H Præceptum diligendi proximum, poteſt impleri per ſe, loquendo extra ſtatum gratiæ.num.9.

Homo tenetur proximum exiſtentem in periculo damni notabilis liberare, ſi poteſt, abſque proprio incommodo.num.10.

I Charitas non obligat, vt quis remittat offenſori ſupplicium, vel vindictam faciendam per iudicem. Imò aliqui non poſſunt id facere etiam ſi velint: quales ſunt vxor, filius familias nondum emancipatus, ſeruus, & religioſus.num.25.

Nec obligat alloqui offenſorem, nec oſtendere ſigna amoris, niſi tempore neceſſitatis.

sitatis. Nec etiam satisfacientem tenetur admittere in pristinã familiaritatem. Quando autem mutuò sese offendunt duo, si vtraque offensio est æqualis, qui priùs offendit, debet priùs petere reconciliationem. Si verò posterior iniuria sit grauior, posterior tenetur priùs petere. cap. 14. num. 25.

L Peccat mortaliter, qui cùm possit, non impedit ne alius peccet mort. num. 26. & 31. Coroll. 6. lit. D & cap. 24. num. 23. in Nouo cap. 14. num. 27. 37. & cap. 24. num. 23. & in hoc compendio, tit. Impedimentum.

Quando autem proximus non peccat ex ignorantia, vel ex fragilitate, tunc non tenetur impedire peccatum, cum incommodo proprio. num. 27. & in Nouo num. 27.

M Non peccat qui permittit aliquod grauius peccatum, vt ob illud castigatus facilius se corrigat ab illo, & ab alio minori. ibidem.

Qui autem suo consilio, fauore, vel ope, fuit alij causa peccandi mortaliter, peccat etiam ipse mortaliter. num. 27. No. num. 28.

Non peccat mortaliter quicumque ab alio petit aliquid, credens petitionem suam futuram alteri occasionem peccandi mort. nisi cùm petit absque iusta causa. ibidem.

N Non est contra charitatẽ, optare morbum, seu mortem alicuius propter bonum eius

spiri

ſpirituale.cap.15.num.10. Nec tyranno, vel inimicis Eccleſiæ, quando aliud non eſſet remedium.ibidem.& cap.20.num.3.No.cap. 20.num.23.

Sola violatio charitatis non obligat ad reſtitutionem, etiam ſi alterum damnificet. cap.17. num. 11. peccat non defendens proximum cùm poſſit. cap.24. num.17.

Peccat qui videns aliquem ignoranter ementem rem vitioſam, non monet illum. cap.24.num.21.

Peccat mortal.qui proximum volentem ſe præcipitare,non retinet,cùm poſſit,& qui non extrahit etiam inuitum è domo iamiam ruente. cap.24.num.23.

Tenemur ad impedienda mala proximi, etiam illa,quæ ille vitare poteſt,ſi vult, modò non poſſit illis iuſtè conſentire,vt præcipitium,ſuſpendiũ,renutus cibi vel medicinæ ad vitam neceſſariæ. ibidem circa medium.

CHOREA, vide Spectaculum.

CHRISMA, vide tit.Baptiſmus V.& tit. Confirmatio.

CIRCVMSTANTIA.

A CIRCVMSTANTIA *eſt quoddam accidens actus humani, qui eſt peccatum.* c.6.1.

Eſt autem circumſtantia ſextuplex, ſcilicet *Quis, Quid, Vbi, Quibus auxiliis, Cur, Quomodo,*

modo, *Quando*. Præl.7.num.27.& cap.6.num. 2.in No.Præl.7.num. 24.cap.6.num.2.

Circumſtantia oblita in confeſſione,po- B teſt confiteri non confitendo peccatum. in Antiq.Præl.9.n. 4.& cap.6.num.20.in Nouo cap.6.num.20.

Circumſtantiæ neceſſariò confitendæ ſunt eæ omnes, & ſolæ,quæ mutant ſpeciem peccati.cap.6.num.3.& 7. No. num.3.6.

Igitur ſequentes circumſtantiæ ſunt ne- C ceſſariò confitendæ. I. Circumſtantia copulæ habitæ cum coniugata, vel religioſa, vel cognata. num. 5. No. num. 4. II. Circumſtantia graduum conſanguinitatis & affinitatis. cap.7. num.4. III. Circumſtantia deliberantis furari, vt poſſit accedere ad vnam religioſam,& alteram coniugatam.IV. Circumſtantia coniugati accedentis ad alienam coniugatam. cap.6. num.5. No.num.4. V. Circumſtantia virginitatis, etiam per D actum interiorem. num. 7. Nouo num. 8. Etiam in viro. eſt enim diuerſa ſpecies. ibidem. verum eſt quod cap.16.num.3. expreſſe dicit quòd virginitas in viro non mutat ſpeciem. VI. Circumſtantia augens peccatum, ita vt ratione ipſius fiat reſeruatum. cap.6.num.7,Nouo num.8. VII. Circum- E ſtantia habens annexam excommunicationem,vel efficiens excommunicationem eſſe

Papa-

Papalem.num.8.Nouo num.9. VIII. Circumſtantia odij filij erga parentes. cap. 14. num. 11. IX. Circumſtantia perſonæ offenſæ ſi ſit pater, aut mater, aut Superior: non tamen ſi ſit cognatus. requiritur enim quòd ſint veri parentes. additum, in Nouo
F cap.14.num.3. X. Circumſtantia ſcandali. Sed hoc in duobus caſibus; primò, quando ſcandalum eſt formale,& tunc tenetur confiteri ſpeciem illam peccati ad quod intendebat prouocare. Secundò;quando per opus de ſe bonum,ſecundùm tamen apparentiam malum, datur aliis occaſio peccandi mortaliter.Item, quando quis peccat publicè abſque intentione inducendi; tamen qui peccat eſt talis,& coram talibus, quòd verosimiliter id videntes accipient occaſionem
G peccandi. Ibidem. XI. Circumſtantia loci ſacri, licèt ſemper aggrauet, non tamen eſt ſemper neceſſariò confitenda, niſi quando peccatum directè contrariatur immunitati, vel ſanctitati loci,vt effuſio ſanguinis, vel ſeminis.cap.6.n.4.& 9.& 11.Nouo num. 4.& 11.§.6. Idem de furto. num.4. Nouo.n. 4. idem etiam de abſtractione violenta eorum qui ad loca ſacra confugiunt .num.9.§.
H 11. & Nouo num. 11. §. 6. XII. Circumſtantia conſcientiæ erroneæ ſolùm eſt confitenda, quando opus non erat aliâs prohibitum.

bitum.num.12.Nouo num.14. XIII. Circumstantia, quæ interrogatur à confessario, & non potest taceri sine periculo spiritualis incommodi.num.8.Nouo num.9. XIIII. I
Circumstantia voti de non peccando in particulari,vel in generali. cap.12. num.34.
XV. Circumstantia facientis quòd peccet aliquis mortaliter, nimis comedendo, loquendo, bibendo, irridendo. &c. hæc cùm frequenter sint venialia, confessarius solùm iudicabit venialia, nisi illa circumstantia exprimatur.additum in No. cap.2. num.6.

CIRCVMSTANTIÆ *sequentes non sunt necessariò confitendæ.*

1. CIRCVMSTANTIA diei festi.cap K
6.num.9.Nouo num.10. II.Circumstantia diei consecrati ieiunio, vel orationi. Ibid. III. Circũstantia eius, qui existens in loco sacro, vult occidere vel fornicari extra illum:secus, si existens extra illum velit hæc in illo perpetrare. num. 10. Nouo num. 12.
IV. Circumstantiæ omnes non mutantes speciem peccati.num. 3.7. & No. num.3.6.
V.Circumstantia mutans veniale vnius speciei,in veniale alterius speciei.cap.6.num.3.

VI. Circumstantiæ omnes, quæ solùm sunt
M circumstantiæ in esse naturæ. ibid. VII. Circumstantia peccantis ob confidentiam veniæ, quia potiùs minuit quàm aggrauat. n. 4. Nouo num. 3. in fine. VIII. Circumstantiæ Accidiæ. cap. 23. num. 125. IX. Circumstantia minuens peccatum, nec est necessariò confitenda, nec necessariò subticenda. In aliquo tamen casu erit necessariò confitenda; vt, quando facit nõ esse peccatum, vel ad summum facit esse veniale quod aliâs esset
N mortale. num. 6. Nouo num. 5. X. Circumstantia malorum verborum, signorum, ac gestuum antecedentium homicidium, vel percussionem: Item circumstantia verborum, & tactuum turpium præcedentium fornicationem: circumstantiæ item cogitationum, & voluntatum, & apparatuum ad furta vel ad alia delicta tendentium proximè, non sunt necessariò confitendæ, sed sufficit confiteri vltimatum actum. nu. 7. & 17. No. n. 6. XI. Circumstantia propriæ perso-
O næ, licèt augeat aliquando, regulariter non est necessariò confitenda nisi sit contra votum. num. 11. No. n. 13. XII. Circumstantia durationis est sub consilio confitenda. n. 17. XIII. Circumstantia aliâs necessariò confitenda debet taceri, quando ex eius manifestatione reuelandus esset cõplex. c. 7. n. 1.

Sed

Sed in hoc casu tenetur pœnitens quærere alium confessorem. ibid. num. 5. Atque hæc causa non est sufficiens confitendi alieno confessori. cap. 7. num. 5. Nec etiam est sufficiens ad communicandum absque præuia confessione. Ibid. num. 6. actus exterior non est Circumstantia actûs interioris. cap. 6. num. 20. P

Circumstantia numeri non est circumstantia, sed additio peccati ad peccatum, & frequentatio eius: & ideo debet numeratim explicari. cap. 6. num. 13. No. num. 14.

CITATIO.

CITATVS ad comparendum Romæ certo die, si non potest illo die, tenetur quantocyus post illum poterit. cap. 21. n. 45.

CLERICVS.

PECCAT mortaliter clericus, qui ordine sacro insignitus, cohabitat fœminæ cum periculo consensus in mortale. Poterit tamen cessante hoc periculo cohabitare matri, sorori, vel extraneæ seni. cap. 25. num. 109. A

Pœnæ antiqui iuris contra clericos concubinarios inflictæ, renouantur per Concil. Trid. sess. 25. cap. 14. & insuper statuit, vt si à

superioribus moniti non destiterint, sint ipso facto priuati tertia parte fructuum beneficiorum, & pensionum. Si verò nec secundò moniti resipiscant, perdant eo ipso omnes fructus & pensiones, & à beneficiorum administratione arbitrio Episcopi suspendantur: quòd si ita suspensi perseuerent, beneficiis, portionibus, officiis, ac pensionibus quibuslibet perpetuò priuentur, & ad illa reddantur inhabiles: donec iustis de causis cum eis fuerit dispensatum. cap. 25. num. 109.

C Peccat mortaliter clericus qui post prohibitionem sibi factam, frequentat monasteria monialium, sine iusta causa, & manifesta. num. 110.

Non tamen peccat si nec sit beneficiarius, nec ordine sacro initiatus, qui clericus non gestat habitum & tōsuram, vel comam aut barbam nutrit, vel gestat vestes indecentes vel arma. Peccat verò mort. clericus beneficiarius, aut ordine sacro insignitus, habitum clericalem, & tonsuram non gestans, barbam aut comam nutriens, vel coronam non radens, indecentibus vestibus vel armis vtens. num. 110. §. 33. Sed clericus non beneficiarius, nec sacris initiatus, bene potest facere omnia quæ laicus, in ciuilibus & etiam in criminalibus, dummodò non ferat rasuram, sicut nec cum illa licet ferre vestem

parti

partitam. eodem nu. additum in nouo. Vnde possunt agere causas criminales corã Iudice sæculari. num. 110. si verò publicè deserant tonsuram non possunt esse aduocati in criminalibus. additum in nouo.

Peccat Clericus ludens, mendicans, laniique & tabernarij & mercatoris officiũ exercens, mensam non benedicens. Sed nõ mortaliter; nisi quatenus vltra peccatum incurrit pœnas sibi à iure impositas; sicut clericus tabernarius, & lanio, & qui laicalem, seu indecentem vestem gestat. Atque tunc limitãdum est, vt procedat quoad beneficiarios, & ordine sacro insignitos, & monachos. cap. 25. num. 110. Nou. num. 111. D

Peccat eodem modo clericus beneficiarius & ordine sacro insignitus, & monachus exercens medicinam vel chirurgiam, etiam sine incisione vel adustione, nisi causa pietatis. Ibidem §. 34. E

Clericus nõ potest exercere mercaturam & viliùs emere, vt cariùs vendat: si verò aliquid supereſt ex his quæ ad suam sustentationem emit, potest vendere pretio iusto quamuis sit carius quàm emit. Ibidem.

Item qui emit, vt vendat mutatũ in aliam formam, non dicitur exercere mercaturam, sed ille solus qui emit, vt vẽdat absque mutatione eius. cap. 27. num. 128.

De clerico habente venam ferrariã, quando dicatur negotiari, colligitur ex eodẽ loco & ex hoc compendio. tit. excommunicatio 6. §. 5. excommunicatione 21. Item potest aliquomodo honestè negotiari ad suam vel suorum substentationem, per alium præsertim. Ibidem. Potest etiam ob animi recreationem operari aliqua honesta, vt scribere libros, serere olera in hortulo. Ibidem.

F Vtrùm verò huiusmodi leges obligent clericum ad mortale, aduertendum est, quòd id quod Caietanus ait, clericos non peccare mortaliter, transgrediendo leges humanas, nec has neque alias, nisi sequatur scandalum graue, vel peccatum quod sit iure diuino mortale; vel irregularitas, aut excommunicatio maior incurratur; nimis laxum videtur. Poterit tamen procedere quoad transgressiones legum illarum, quæ non vtuntur verbo præceptiuo, & quæ communiter nec à prælatis, nec à subditis inter magna peccata numerantur, vt omissio benedictionis mensæ, & alia huiusmodi, siue quòd leges illas à principio obligantes ad mortale consuetudo temperauerit, vt obligent tantùm ad veniale; siue quòd à principio sic receptæ sunt. Ibidem.

Clericus ordinatus sacris, peccat si adsit interficiendis reis, nisi iusta de causa.

Cleri

Clericus etiam tenetur seruare taxationem Reipublicæ circa triticum.c.23.n.88.

Cætera clericorum peccata circa celebrationem Missæ, Sacramentorum administrationem, beneficia, & circa horas canonicas, ab eis admissa: vide singula suis locis & titulis.

COADIVTOR.

COadiutoriæ vel regressus nõ concedantur, nisi quoad Episcopatum vel Abbatiam,cum entis causſis.c.25.num.139.

COGNATIO Spiritualis. Vide Matrimonium X. §. V.

Cognatio legalis. Vide Matrimoniũ.Ibidem.§.6.

COLLATIO.

COllatio beneficij facta à Papa ei quem scit esse inhabilem, sua lege humana valet,licèt non dicat se dispensare.Non tamen facta ab Ordinario etiam in casu quo posset dispensare.Præl.9.num.9. Quod intelligitur, quando est inhabilis Iure communi; secus,si constitutione synodali.c.25.n.74.

Qui firmiter proposuit conferre beneficium vni,si mutata voluntate,conferat alteri,valet collatio; si tamen iam contulit vni,

& postea mutata voluntate, conferat alteri, non valet collatio;& tenetur restituere,licèt secundus esset longè dignior. cap.17.nu.71. vtrùm valeat collatio beneficij facta excõmunicato,suspenso,vel irregulari. Vide tit. beneficium 3. lit.I.

COLLEGIVM.

QVi donauit sua vel renuntiauit beneficio, vt admittatur in aliquo collegio, in quo soli pauperes admittũtur,habilis est, dummodo donatio, vel legitima renunciatio fiat absque vllo pacto retrodonandi, seu retrocedendi.cap.17.num.108.

Collega transgrediens statutum imponẽs pœnam exclusionis à collegio, non tenetur ad pœnam,antequam condemnetur. cap.23. num.63.

COLLVSIO. Vide tit.Litigium.

COLVMBARIVM.

AEST illicitum, quando dominus opportunis temporibus alimentum non præbet columbis:nec circa columbarium habet sata,in quibus alantur pro maiori parte.Nec vicinus(cui columbæ domini nocent)habet totidem quæ tantumdem illi noceant. Non tamen

tamen est illicitum, quando non est lex prohibens, & est consuetudo permittens, nec populus conqueritur, nec apparet notabile damnum. cap. 17. num. 126.

B Peccat qui in suo columbario certa semina spargit vt columbas ab aliis columbariis pertrahat ad suum: & tenetur restituere, si principaliter intendat alteras attrahere. Secus, si intendat suas pascere, ne alio euolent, aut reuocentur. cap. 17. num. 127.

COMMODATVM.

A QVi commodans, repetit commodatum ante tempus constitutum à commodatario, contra eius voluntatem, &, cum damno notabili eiusdem, peccat, & tenetur restituere. Secus, si res commodata fuit quousque commodanti placeret. c. 17. n. 82.

C Commodatarius, qui non reddit commodatum tempore præfinito, vel reddit deterius sua culpa etiam leuissima, peccat. n. 183. Idem, si vtitur commodato in alium vsum quàm concessum fuit, vel diutius, cum damno notabili commodātis; & tenetur restituere quamuis res deterior fieret casu fortuito. Non tamen peccat, si probabiliter credit commodantem contentum fore. Ibid.

imò in aliquo casu non tenetur restituere, vt statim dicemus.

C Commodatarius non tenetur de damno, si absque eius culpa commodatum periit, vel deterius factum fuit, solo vsu ad quem concessum est; nec tenetur restituere, saltem in foro conscientiæ, si periit, vel deterius factum est alio vsu, quando certum est eodem modo periturum, aut deterius factum iri, si tempore competēti restitueretur. Ibidem.

D Peccat cōmodatarius, qui rem sibi commodatam commodat alteri cum damno notabili Domini. num. 184.

Qui commodatum sui gratia recepit tantùm, vt regulariter accipi solet, si perit sua culpa, etiam leuissima, tenetur restituere. Si verò accipiat propter vtilitatem commodantis, tenetur solum de dolo, & lata culpa. Quòd si in vtilitatem vtriusque, tenetur de lata culpa & leui, non de leuissima. Neque ad hoc requiritur culpa mortalis, quoniam hæc obligatio, non tam oritur ex peccato, quàm ex natura contractus. ibi.

F Qui misit commodatum per nuncium non habitum pro fideli, cuius culpa vel dolo periit, tenetur restituere: Secus, si misit per nuncium communiter habitum pro fideli.

Commodatum quomodocunque pereat, Domi

Domino perit, nisi interueniat dolus, pactum,culpa,vel mora.num.185.

Peccat qui commodatum non vult restituere nisi solutis priùs impensis, quas ipse facere tenetur, nempe victus, & curationes exigui pretij:secùs, si sint maximi,vt curatio ab aliquo morbo,vel inuestigatio.num.186. G

Commodatarius potest retinere commodatum, pro recompensatione debiti liquidi.ibidem. H

Licitum est aliquo pretio commodare pecuniam ad pignus,vel ad ostentationem diuitiarum. num.226.

COMMVNIO.

PARATVS ad communionem, si recordatur alicuius peccati mortalis, potest differre confessionem ad euitandum scandalum;tenetur tamen statim post communionem confiteri.cap.2. num.8. & in Nouo n.9. vide plura,tit.Eucharistia.

COMPLICES.

NON sunt detegendi in confessione. c.7. n. 2. Licèt taceatur circumstantia aliàs necessariò confitenda: Secus autem,quando est probabile, detectionem talis circunstantiæ

tiæ profuturam, & non obfuturam, num. 2. & 8. Quando verò ex reuelatione circumstantiæ detegerentur complices, quærendus est alius confessor. num. 5.

Quando sint complices detegẽdi in confessione iudiciali. vide tit. Iudex, & tit. Reus.

COMPOSITIO.

COmpositio sufficit pro debitis incertis dummodo nõ sit indiscreta, vt si viginti millia pro tribus vel quatuor millibus remittũtur; sed procurans illam peccat. mort. donec eam adipiscatur, si cùm possit non restituat pauperibus. c. 17. nu. 93.

Compositio non habet locum in fructibus ab Episcopo malè perceptis, ratione defectus residentiæ. cap. 25. num. 121.

CONCVBINARIVS.

COncubinarij vxorati, vel soluti, si ter admoniti ab Ordinario, concubinas non A eiecerint, nec ab earum consuetudine se seiunxerint, excommunicẽtur. Mulieres etiam publicè viuentes cum suis concubinariis, si ter admonitæ non paruerint, ab Ordinariis grauiter puniantur, & extra oppidum, vel diœcesim eiiciantur. c. 16. num. 21.

Quando

Quando sint concubinarij absoluendi; aut quis dicatur concubinarius Notorius : & quæ sint pœnæ clericorum concubinariorum: vide titulo, Absolutio I. lit. H. Notorius lit. A. Clericus B.

CONDVCTIO, vide tit. Locatio.

CONFESSIO SACRAmentalis. I. in Communi.

CONfessio Sacramentalis *est peccatoris accusatio secreta de suis peccatis coram proprio Sacerdote, vt ab illis Sacramentaliter absoluatur.* cap. 2. num. 1.

Vt autem confessio sit Sacramentalis, non sufficit, quòd homo flexis genibus, & præmisso signo crucis, dicat confessario, hoc tibi dico sub sigillo confessionis, sed requiritur quòd animo confitendi sua peccata, & recipiendi absolutionem. cap. 8. num. 18. & cap. 18. num. 55.

Confessio facta laico non est Sacramentalis. cap. 2. num. 14. B

Confessio verò Sacramentalis non fuit inducta iure naturali : Neque instituta in Paradiso terrestri : neque à Iosue : neque à Iacobo Apostolo, neque ab Ecclesiæ consuetudine. Incepit autem post Chri

Christi aduentum, & ab eodem Christo redemptore nostro immediatè instituta. cap. 2.num.2.3. & est necessariò facienda, iure diuino, ab eo qui mortaliter peccauit post baptismum. num.9. Nou. num.11. Estque frequentanda. cap.1.num. 33.& cap.2.nu.5. Nou.num.29.& cap.2.num.7.

D Vt verò confessio sit legitima,debet habere sexdecim has conditiones,

Sit simplex,humilis confessio,pura,fidelis
Atque frequens, nuda, & discreta, libens, verecunda,
Integra,secreta, & lacrymabilis,accelerata,
Fortis & accusans,& sit parere parata.c.2.

Non licet regulariter fieri confessionem coram tertia persona audiente. cap.2. nu.5. Nou.num.7.Facta tamen etiam corã multis valida est.ibidem,& c.21.nu.36.

Ad confessionem autem, illa peccatorum excussio,& diligentia requiritur, & sufficit, quæ viro prudenti videbitur necessaria ad reuocandum peccata in memoriam, attenta qualitate pœnitentis, & attenta saltem voluntate, qua cupit interrogari à confessario, & respondere. Hæc enim supplet magnam partem diligentiæ requisitæ. cap.9. num.13. Nouo num. 16.

Quòd si pœnitens obliuiscatur peccatum ex eo quod nihil excogitauit, cùm tamen potuis

potuisset, confessio est nulla. cap. 6. num. 14 Nou. 15.

Vtrùm confessio requirat attritionem, vel contritionem putatam contritionem. vide in tit. Attritio lit. A. & tit. Contritio. lit. D.

Qui mentitur in confessione affirmando vel negando aliquod mortale, peccat mortaliter, nisi excusetur ignorantia. cap. 21. num. 37. G

At verò qui mentitur in confessione affirmando, vel negando aliquod veniale, vel mortale aliàs legitimè confessum, non peccat mortaliter, nisi in casu, quo nullum aliud verum peccatum confiteatur. ibid.

Peccat mortaliter, qui confitetur laico vel clerico non presbytero, absque necessitate, cùm possit confiteri presbytero: vel detegendo imprudenter mortalia secreta, quibus' absque mortali se infamare non potest, nisi excusetur bona fide. num. 41. H

Concil. Trid. sess. 14. cap. 7. & can. 6. definiuit sub anathemate hæc sequentia. I. *Confessionem Sacramentalem esse institutam & præceptam à Christo Domino.* II. *Esse necessariam iure diuino.* III. *Nos obligari iure diuino ad confitendum omnia mortalia, & circumstantias mutantes speciem.* IV. *Quòd confessio est possibilis.* V. *Quòd tenemur confiteri* I

in

in quadragesima. VI. Quòd licet confiteri venialia.cap.2.num. 10. No. num.11.

CONFESSIO II.

Quoad Materiam & Formam.

FORMA absolutionis essentialiter consistit in illis verbis *te absoluo*; reliqua verò,quæ antecedunt & subsequùntur,sunt de congruitate,cap.36. num.11.

Non sufficit confiteri peccatum morttale interiùs; sed exteriùs etiam confitendum est.Præl.7.num.23.Nouo 19.

Qui confitetur peccatum exteriùs,consequenter confitetur interiùs,& non è contra. ibid.num.24.Nouo num.20.

Sufficit manifestare statum etiam non confitendo numerum, sicut, in meretrice. cap.6. num. 15.

Non sufficit confiteri peccata capitalia in genere,sed requiritur in specie,ita vt cognoscatur,an sit mortale, vel veniale. Præl. 9.num.1.& 3.& cap. 2.num.5.Nouo Præl.9. num.2. cap.2. num.8.

Sufficit confiteri se quæsiisse laudem de peccatis mortalibus,licèt non specificet illa.

Præl.

Præludio.capit.9. num.4.

Qui per annum omisit recitare horas Canonicas, sufficit confiteri se anno integro illas omisisse. cap. 6. num.15.

Non est confitendum peccatum,quoniam ex eius confessione imminet sibi, vel confessario,probabile damnum animæ, corporis, vel famæ. cap. 7. num. 3. & 4. Nouo num. 3. 6.

Quod saltem verum est,si scandalũ proueniat ex ignorantia, vel infirmitate, non autem si ex malitia. ibid. num. 4.

Peccatum semel in vita confessum, non E
est necessariò confitendum, neque ad id potest Ecclesia obligare sine pœnitentis consensu. cap. 9. num. 1.& cap. 23.n. 38.quando pœnitens qui ab inferiori absoluitur à reseruatis, teneatur iterum confiteri superiori. vide in tit. absolutio 2.lit.B.

Si quis recordatur se mortaliter peccasse, non tamen in qua specie, debet confiteri in genere; se mortaliter peccasse. cap. 10.nu.7.

Quando pœnitens non est certus omnino F
vtrum consenserit in mortale, vel veniale; vel, vtrùm peccatum, quod commisit, sit mortale an veniale, debet sub conditione confiteri, & tamquam de mortali dolere de illo. ibidem.

Qui oblitus est circumstantiam necessa-

riò confitendam, non tenetur postea iterum confiteri peccatum, sed sufficit illam confiteri. Præl. 9.num. 4.

Quæ circunstantiæ sint confitendæ, vel non. vide tit. Circunstantia.

CONFESSIO III.

Quo ad modum.

A PECCAT mort. qui confitetur ob finem mortaliter malum; si tamen fuerit venialiter malus, peccabit venialiter. c. 21. n. 40.

B Vt aliquis dicatur confiteri principaliter, ne infametur in populo, vel propter metum apparitoris seu Merini, non satis est, quòd alias non confiteretur: sed requiritur, vt id æquè vel pluris faciat quàm confessionem. Ibidem.

C Non peccat mort. qui ne bonam existimationem amittat, confitetur vni Confessario omnia peccata etiam grauissima, & alteri postea solùm leuiora. Ibidem.

CONFESSIO IV.

Quo ad iterationem.

A NVLLA lex diuina nec canonica obligat iterũ confiteri peccatum semel rite cõfessum. Imò nec lex humana ad id obligare

possit

potest absque pœnitentis cõsensu.c.9.n.42.& c.23.n.38.Vnde nemo tenetur ad iterandam confessionem semel legitimè factam.c.9. n. 4. quando pœnitens,qui ab inferiori absoluitur à reseruatis, teneatur iterum confiteri superiori, vide in tit.absolutio 2. lit.B.

Confessio regulariter valet nisi aliquid substantiale desit. nu.1. Id verò,quod communiter dicitur,scilicet,quòd propter vnum ex quinque defectibus potest esse obligatio iterandi confessionem, nempe propter defectum vel pœnitentis, vel confessarij, vel contritionis,vel confessionis,vel satisfactionis, intelligendum est quando defectus est substantialis. num.2. B

Confessio facta à pœnitente excommunicato scienter, illicita est, valida tamen, & non iterãda.n.3.Secùs,si sciat aut credat esse mortale recipere, vel procurare absolutionẽ à peccatis,manens excommunicatus. nu. 4. C

Confessio facta Sacerdoti excõmunicato, interdicto vel suspenso,non tamẽ notoriè, si fiat ex ignorantia,valida est; imò quãuis fiat scienter,dummodò pœnitens nõ peccet petẽdo absolutionẽ à tali Sacerdote.n.7.No.9.

Facta autem Sacerdoti excommunicato, suspenso,vel interdicto, denunciato, ac declarato, vel notoriè tali, quamuis non sit ob notoriam percussionem clerici, non valet.n. D

6. Sed in Nouo. num. 8. & cap. 17. num. 35. videtur correctum hoc vltimum.

E Confessio facta alieno confessario spe ratihabitionis, est iteranda. c. 9. nu. 5. No. n. 6.

Facta etiam Sacerdoti existenti in mortali, est iteranda, si pœnitens peccauit inducendo illum. ibid. num. 7. No. num. 10.

Facta item Priori, Abbati, vel Parocho, nullum titulum bonum, nec malum habenti, est iteranda. num. 8. No. num. 11.

F Facta bona fide ei qui nullum titulum bonum, nec malum habet, vel qui notorie amisit illum, cognito postea hoc defectu, est iteranda. Ibidem.

Facta etiam Sacerdoti qui nescíuit, vel noluit vti forma substantiali absolutionis, non est valida. num. 9. No. num. 12.

G Facta item absque proposito vitandi peccata in posterum, non est valida. Si tamen doleat de præterito, & proponat de futuris, quamuis dolor, & propositum nõ sint talia, vt sufficiant ad gratiam etiam cum Sacramento, valida est. ca. 9. nu. 10. No. num. 13.

H Confessio facta à pœnitente qui scienter tacuit peccatum mortale, præ pudore est iteranda. num. 11. No. num. 14.

Facta etiam non adhibita diligentia reuocandi peccata in memoriam, non valet. n. 15. No. num. 16. Quod magis explicatur

cap.

cap. 6. num. 14. No. num. 15. Scilicet si pœnitens nihil antea cogitauit.

Quando confessio non est integra, quia I tacetur aliquid mortale, vel circumstantia, vel quia data opera fit Sacerdoti, à quo pœnitens non bene intelligitur, est nulla. Secus si fiat iusta de causa, aut ex ignorantia. c. 9. num. 11. No. num. 15.

Duobus autem modis poterit prudens confessarius cognoscere confessionem fuisse inualidam, & iterandam, eo quòd facta fuerit confessori ignoranti: scilicet quando ipse prudẽs cõfessor aliâs iam nouit illius omnimodam ignorantiam, vel quando ex discursu confessionis sibi factæ, talem ignorantiã colligit, eo quòd ille in rebus grauibus quas minimè ignorare debuisset, nullũ remorsum conscientię, vel scrupulum iniecit ipsi pœnitenti. Velut si simplicem fornicationem, vel omissionem sacræ communionis in paschate, vel semel in anno, esse peccata mortalia diiudicare non nouit. num. 9. No. num. 12.

Confessio facta confessori potenti absoluere à quibusdam peccatis, & à quibusdam non, non est iteranda quo ad omnia. num. 6. No. num. 7.

Non est iteranda confessio, eo quòd satisfactio non sit adimpleta; vel, eo quòd sit adimpleta in mortali. Secus, si ante absolu-

tionem, contemneret satisfactionem sibi iniunctam. cap. 9. num. 14. No. num. 17.

Neque etiam est iteranda, eo quòd pœnitens credat se postea peccaturum. Secus, si crederet, se non posse à Deo sufficiens auxilium impetrare. num. 15. No. num. 18.

Qui iterat confessionem cum Sacerdote, cum quo antea inualidè fuerat confessus, si sacerdos meminit peccatorum, vel pœnitentiæ iniunctæ, vel status pœnitentis, saltem in confuso, non tenetur pœnitens, iterum in particulari confiteri peccata semel confessa, sed in generali, dicens, *de omnibus peccatis quæ tibi aliàs confessus sum, dico Deo meam culpam, & tibi pater*; deinde declaret peccatum, quod sciéter omisit, vel ob quod confessio facta, fuit nulla. cap. 9. nu. 16. No. num. 19.

N Peccat venialiter, qui imprudenter, propter scrupulos, sæpius repetit confessionem legitimè factam: imò si fiat cum periculo desipiendi, vel cum notabili scandalo confessarij, vel notabili infamia tertij, erit mort. cap. 21. num. 42.

Scrupulosus, semel legitimè confessus, quãuis postea occurrant peccata, quæ ignorat an fuerit confessus, vel non, non tenetur iterum confiteri, sed certè iudicare potest, se illa confessum fuisse. ibid.

Per

Per Confessionem, quam non sequitur absolutio, non impletur præceptum Ecclesiæ. cap. 10. num. 4.

CONFESSIO V.

Quo ad obligationem.

NVLLVS tenetur confiteri, tertia alia audiente persona. cap. 2. num. 5. Nouo num. 1. & 7. Nec per interpretem, vel per scriptum. cap. 21. nu. 36. Facta tamen confessio sic, valet: & valet etiam absolutio in scriptis missa. * cap. 21. num. 36. & cap. 2. nu. 5. No. num. 7.

Nullus tenetur confiteri peccata aliàs ritè confessa, vt dictum est, Confessio. IIII. lit. E. A.

Peccat qui cùm possit confiteri ore proprio, non vult nisi per scriptum, vel nuncium, ob pudorem vel segnitiem. cap. 21. num. 38.

Tempus in quo obligat confessio, non est definitum iure diuino, sed iure humano. cap. 2. num. 6. Nouo num. 9. Non obligat, fieri statim post peccatum. Ibid.

Qui autem nouit se non habiturum memoriam omnium peccatorum in Quadragesima, non tenetur præuenire confessionem.

* *Obserua, lector, hanc opinionẽ D. Nauarri, quæ fuit etiam multorũ aliorũ, Cõfessionem in scriptis, & Absolutionẽ dari posse: post fel. mem. Clemẽtis VIII. decretum, nullo modo esse tenendã, is enim decreto quodã edito 19. Iulij anni 1599. eam planè reprobauit, & tamquam falsam, & temerariã, & scandalosam damnauit.*

nem. cap. 21. num. 35.

Obligat autem tempore debito eum qui instante necessitate confessus est laico mortalia. num.45.

Obligat Religiosum saltem D.Benedicti, vno quoque mense.cap. 2.num. 6.

Obligat etiam contritum volentem accedere ad Eucharistiam. num. 7. & nou.n.9.

Non tamen obligat præparatum ad communicandum, qui, vt vitet scandalum, non confitetur peccatum, cuius tunc recordatur. Obligat tamen secundùm ius nouum Trid. vt.statim post communionem confiteatur. cap.2.num.8. No.num.9.

Obligat etiam in articulo mortis.ibid.

Item cùm probabiliter existimatur non futuram opportunitatem confitendi per totum annum: & etiam quando quis vouet pluries confiteri. ibid.

Per confessionem,quam non sequitur absolutio,non impletur præceptum Ecclesiæ.c. 10. num.4.

Præceptum confitendi semel in anno, obligat omnem vtentem ratione. Vsus autem rationis non aduenit omnibus eodem tempore.cap. 21.n. 33.

Non peccat contra præceptum confitendi semel in anno,qui non habet copiam cõfessoris;vel excommunicatus,qui non negligit

git procurare absolutionem, vel ex consilio Confessarij differt confessionem, vel, qui tãtùm habet venialia, c. 21. n. 34. Nisi tanto affectu sit circa illa, vt timeat, quòd per ea sit inducendus in mortale, nisi sanet illa venialia, confitendo. num. 31. Et potest confiteri vnum veniale, tacendo aliud. nu. 34.

CONFESSIO. VI.

Quoad sigillum.

SIGILLVM *est obligatio aliquid occultãdi.* A cap. 8. num. 1.

Et est duplex, legis diuinæ, naturalis, & Confessionis, ex lege diuina positiua. num. 2. Atque sigillum confessionis, etiam est de lege naturæ. num. 5.

Sigillum confessionis numquam est reuelandum, nisi de licẽtia pœnitentis. n. 2. & 10. Obligat, quãuis pœnitẽs nõ absoluatur. n. 2. B

Cadunt verò sub sigillo non solùm mortalia & venialia, & circumstantiæ, sed etiam omne illud per quod directè vel indirectè detegeretur, pœnitentem, aliquod mortale, vel aliquod particulare veniale, etiam leuissimum, commisisse. num. 3. C

Reuelare peccatum veniale, est peccatum mortale, quia plurimùm lædit Sacra- D

mentum. capit. 18. num. 52.

Neque solùm obligat confessarium, verumetiam omnem qui audit confessionem licitè vel illicitè, mediatè vel immediatè. cap.8. num. 4.

Obligat etiam interpretem,& consiliarium. cap.8.num.7.cap.18. num.51. Quos omnes obligat etiam cum periculo mortis.cap.18. num. 51.

Sigillum confessionis fortius est, & arctius quàm sigillum naturale ; & grauius peccat, qui infringit hoc sigillum Confessionis, quàm qui violat secretum naturale. E cap.2. num.5. cap.18.num.52.

Sigillum confessionis durat etiam post mortem.cap.2. num.7.

Aliquando detegitur,si confessarius(quâuis ipse putet non detegere) incautè loquatur, his vel illis verbis : vt dicere pœnitenti coram aliis, quem non absoluerat, *Tibi denego Sacramentum Eucharistiæ, quia habes casum reseruatum,à quo ego non potui te absoluere.* Item dicere, *Ille mihi confessus est multa & grauia peccata.* Vel audita duorum vel trium confessione dicat de vno eorum, *Iste nullum peccatum mortale habuit.* indirectè enim dicit reliquos illud habuisse. Item confessarius, qui audita confessione aut casu difficili, statim consulit Doctorem præsentem, &

accepto

accepto consilio continuò redit vt absoluat pœnitentem, sigillum frangit. Item frangit F illud Sacerdos, qui confitens alteri, accusat se absoluisse aliquem à peccato Simoniæ, eo modo vt facilè possit coniicere illius confessarius, quisnam fuerit ab eo absolutus. Item reprehensibiles sunt confessarij, qui sibi inuicem confessiones referunt, dicentes, *quidam miles, vel quædam mulier, confessi sunt mihi hodie hoc vel hoc*; vel qui dicit, *iste confessus est admodum benè, sed ille non mihi satisfecit*. Item infringit qui dicit, *ille confessus est mihi, sed ego non absolui eum*. Item qui dicit, *Nolui illum absoluere, quia non vult relinquere concubinam, vel restituere*. cap. 8. num. 8. 9. 10.

Sacrilegè faciunt, qui sine necessitate au- G diunt in confessione multos pueros rationis vsum habentes, simul congregatos, quia iniuriam faciunt Sacramento, & peccata reuelantur etiam ab ipsismet pueris. cap. 8. num. 13.

Violatur etiam sigillum, ex hoc, quòd confessarius, de concubinariis vel aliis publicis peccatoribus dicat, quòd sibi sunt cõfessi illa peccata publica: nam licèt non reuelet peccata, siquidem publica sunt, reuelat tamen, illos ea explicasse in confessione. cap. 2. num. 10. §. 12. No. num. 11.

Non

H Non tamen violat Sigillum Confessarius, qui denegat absolutionem publico peccatori, & postea accedente illo ad communicandum, ita se gerit cum illo, ac si non audiuisset eius confessionem, dicens ei, *Amice, tu fuisti, hucusque publicus peccator, & nondum egisti publicam pœnitentiam, & antequam illam agas, Eucharistia non debet tibi ministrari publicè.* cap.8.num.11.

Non violatur sigillum ab illo confessario qui dicit *ego audiui peccata Petri.* nisi quando pœnitens adeo clam confessus, vt ob iustam causam nolit alium scire, se tali sacerdoti confessum fuisse.cap.8. num.11.

Vtrùm autem violetur ex impositione publicæ pœnitentiæ, vel magnæ, statim adimplendæ.vide in tit. Satisfactio II.

I Confessarius, qui propter peccata audita in confessione, denegat suffragium pœnitenti, non exprimendo causam, non violat sigillum.num.12.

Neque etiam qui cautè consulit Doctorem, consilium petens ab eo.num.15.

Neque qui ex Petri confessione intelligens Ioannem esse complicem, postea Ioannem de illo crimine interrogat, dummodo cautè faciat.num.17.

K Neque qui admonet hæredes sui pœnitentis, quòd ipse pœnitens sibi mandauit,

vt

vt hæredibus diceret, quòd restituerent tale debitum defuncti. cap. 17. num. 23.

Malè facit confessarius dicendo, *In tali loco, in quo audiui confessiones, perpetrantur grauia crimina*: non tamen violat sigillum. cap. 8. num 16.

Interrogatus autem Confessarius, quid egerit erga pœnitentem, debet dicere, *se suo munere fuisse perfunctum*: Non tamen licebit dicere se non absoluisse. num. 14.

Non violat sigillum confessarius, qui vocatus in testem, testificatur id quod audiuit in confessione, qui tamen alia via id sciebat num. 15.

Qui interrogatus ab aliquo vtrùm pœnitens confessus fuerit ei tale vel tale peccatum, licitè potest negare, etiam adhibito iuramento. cap. 8. num. 17. No. num. 19.

Confessarius non potest se intromittere ad liberandum à morte eum quem per confessionem cognouit esse innocentem. cap. 15. num. 16. No. num. 17.

Reuelatio peccati auditi in confessione, aliquando potest esse peccatum mortale, triplici ratione, vt cùm peccatum est occultum, & graue. tunc enim peccatur. primò, contra secretum, quod etiam nulla interueniente promissione obligaret. secundò, contra promissionem, saltem tacitam, celandi.

tertiò,

tertiò, contra legem Euangelicam. cap. 18. num. 52. vnde videtur teneri confessarius id explicare in confessione. ibidem circa medium.

Confessarius non potest extra confessionem, publicè nec secretò corripere pœnitentem de peccatis confessis, nisi pœnitens significaret id esse sibi gratum, inducendo colloquia vel consulendo super eis. cap. 24. num. 13.

Peccat mortaliter pœnitens, qui aliquid à confessario sibi dictum vel præceptum, reuelat cum notabili detrimento vitæ, famæ, vel bonorum eius. cap. 21. num. 43. No. num. 44.

Vt autem aliquod peccatum cadat sub sigillo confessionis, non sufficit, quòd pœnitens flexis genibus & præmisso signo crucis dicat Confessario, *Hoc tibi dico sub sigillo confessionis.* Sed requiritur quòd illud dicat animo confitendi sua peccata, ac recipiendi absolutionem. cap. 8. num. 17. 18. & cap. 18. num. 55.

CONFESSOR I.

Quid sit.

QVILIBET simplex Sacerdos non præcisus ab Ecclesia potest, & est confes-

fessor idoneus in articulo mortis. cap. 4. num. 1. & cap. 26. num. 26. in Antiquo. Sed cap. 27. num. 271. & seriùs in Nouo cap. 26. num. 26. corrigens hanc sententiam, admittit omnem Sacerdotem, quomodolibet præcisum, excepto hæretico. vide in hoc compend. plura in tit. Articulus mortis.

Quilibet simplex Sacerdos, est idoneus confessor, respectu habentis tantùm venialia, vel mortalia; aliâs rite confessa. cap. 4. num. 1.

Clerici sæculares non expositi non possunt post Triden. mutuò suas confessiones audire. Bene tamen Religiosi, qui virtute suarum bullarum poterant ante Concil. confiteri clericis sæcularibus idoneis. n. 2.

Timor, quòd post confessionem Parochus maiorem habebit sollicitudinem de pœnitente, & minorem æstimationem; non est causa sufficiens confitendi alieno confessori. Nec etiam pudor est causa sufficiens, nisi sit adeo magnus vt pœnitentem constituat in periculo tacendi aliquod peccatum. cap. 7. num. 9.

CONFESSOR II.

Qualis esse debeat.

CON

CONFESSOR debet habere potestatẽ, scientiam, & bonitatem. cap.4. num.1.

Et potestas quidem in hoc consistit, quod sit presbyter habens iurisdictionem actualem, ordinariam, vel delegatam, quæ ad peccata sibi confessa extendatur. cap.4. num.1. Nouo num.2.

B Confessor, vt quo ad scientiam sit perfectus, debet scire Theologiam Sacramentalem, & moralem vtriusque iuris peritiam, constitutionésque synodales regionis, vbi

C confessiones audit. Sed, vt sit sufficiens, satis est, vt relegens libros etiam vulgares, sciat discernere peccata, vtrùm sint mortalia, seu venialia, & quænam eorum postulent restitutionem, quæ circumstantiæ peccatorum sint necessariò confitendæ, quænam peccata sint reseruata, & quæ sint censuris annexa aut quæ excommunicationes sint reseruatæ, &, si auditurus est clericos, sciat casus irregularitatis & suspensionis: vel sciat in his omnibus dubitare, & consulere peritos. cap. 4. num.2. Nouo 8.

D Potest autem vnus confessor esse idoneus in vno loco, vel alicui personæ, & non in alio, neque alij, vt aliquibus exemplis notis patet. num.4. Nouo 10.

Audiens confessiones ex obedientia, non minùs tenetur scire quàm audiens sponte

sponte sua.num.3.& Nou.num.9. Vnde,qui audit confessiones ex obedientia iudicans se non esse idoneum, peccat:secus si dubitat. num.6.Nouo num.14. confessarius,eo quòd sponte se obtulerit, non tenetur ad amplius quàm ad vitandam culpam latam,& leuem. num.3.in fine,& Nou.num.10.

Confessarius ignorans aliqua communissima,& necessaria,peccat mortaliter.num.4. Nouo num.12. E

Excusabitur tamen in tribus casibus. I. Quando pœnitens est valde sufficiens sibi. II. Quando pœnitens est persona spiritualis, quæ crebrò confitetur. III. In articulo mortis. Et idem est de confessario existente apud infideles; inter quos degunt Christiani.cap.4.num.5.Nou.num.13.

Confessor, vt licitè audiat confessiones, debet esse sine peccato mortali. nu.6. Nou. num.15.

CONFESSOR III.

Ad quid teneatur.

COnfessor, antequam confessionem audiat, vel cùm audire vult, debet cor in Deum erigere ad obtinendum diuinum auxilium.cap.10.num.1. A

Deinde, pœnitentem hilari vultu accipiat, eúmque admoneat, se potiùs Deo quàm homini confiteri, vt sic confidenter sua peccata & conscientiam aperiat. num. 2.

Præuidens autem pœnitentem, quòd vult nominare complices, debet statim admonere ne nominet; aliâs ipse pariter peccabit peccato infamiæ. cap. 7. num. 2. & cap. 10. num. 6.

B Aduertens notabilem defectum circa debitam diligentiam, debet pœnitenti præcepere, vt eam adhibeat, ac posteà redeat, nisi vrgeat articulus mortis, belli, naufragij, vel scandali, vel alia iusta de causa. cap. 9. nu. 13. Nou. num. 16.

Debet etiam considerare, an pœnitens debitam habeat contritionem: quam si non habuerit, iuuet illum aliquibus considerationibus. cap. 10. num. 4.

Cùm verò aliquod peccatum graue ab ipso audierit, nulla signa admirationis, abominationis, aut pauoris ostendat; velut spuendo, vel se cruce signando, vel se ipsum commouendo; quin potiùs ac si nihil audiret, vsque ad finem confessionis dissimulet & tunc cùm iam velit pœnitentiam imponere, peccatorum grauitatem ac deformitatem exponat. cap. 10. num. 6.

C Non debet impendere absolutionem in-

disp-

disposito, quamuis pœnitens dicat, desperationem, vel scandalum subsecuturum. nu. 4.

Debet pœnitentem audire, quamuis absque ordine, & crasso modo peccata recenseat. num. 6.

Si viderit pœnitétem velle occultare peccata, vel illorum obliuisci, vel quia existimat non esse mortalia, debet illum prudenter pertrahere ad dicendum ea. num. 7.

Peccat mort. acceptans officium audiendi confessiones, principaliter ob lucrum, vel fauorem, vel curiositatem, aut voluptatem lasciuam. Secus, si minùs principaliter quæreret tria prima prædicta: non enim esset peccatum mortale, nisi essent causæ finales, sine quibus non. num. 8. in fine. D

Non debet inducere pœnitentem ad vouendum, vel iurandum, se ab aliquo abstenturum. cap. 12. num. 20. Præcipuè si fuerit maximè illaqueatus illo. cap. 26. num. 25.

Quando autem debeat ante absolutionem peccatorum, cautionem iuramenti à pœnitente accipere, vide in tit. Absolutio. I. lit. I.

Quomodo consulet meretricibus, vel aliis delinquentibus, quòd petant sibi promissa ob actum turpem. vide tit. Meretrix.

Quando solus ipse nouit, aut scit, coniugatos per ignorantiam iustam ignorare im-

pedimentum Matrimonij, neutri parti dicere debet, etiamsi fides sit ei adhibenda cap.22.num.83.

Tenetur admonere pœnitentem in his in quibus errat; saltem in his quæ scire tenetur.cap.26.num.1.

G Confessor,siue sit proprius parochus,siue non, tenetur absoluere pœnitentem contra propriam opinionem, quando opinio pœnitentis innititur rationi æquali, vel fere æquali. Secus,si credat se inniti euidenti testimonio,vel rationi; pœnitentem autem dubitare cap.22.num.4.

Cùm dubitat, vtrùm aliquid sit mortale, securiorem partem debet eligere. Cùm verò dubitat, vtrùm pœnitens hoc facere, vel dare, vel pati debeat, benigniorem debet amplecti.num.5.

H Quando absoluit aliquem à casibus, à quibus non poterat, si non potest obtinere licentiam, tenetur admonere pœnitentem, si possit absque scandalo. cap.25. num.96. cap.26.num.14.

Quid debeat Confessor interrogare pœnitentem,vide in tit.Interrogatio.

CON

CONFESSOR. IV.

Quo ad præsentationem.

CONfessores ignari præsentari non debēt. cap.4.num.4.& in Nou.num.10.

Non sunt sublata per ius commune priuilegia Religiosorum, circa modum præsentandi Ordinario confessores sui ordinis. cap.27.num.190.& 261.Nou.num.264.

Episcopo,sine iusta causa,nolente eos admittere, possunt præsentati facere omnia perinde ac si fuissent admissi.num.262.Nou. num.264. etiam post Concil. Trident. additum in Nou.in miscellanea 1. num.264. & num.265.

Religiosos suos tenentur Prælati præsentare episcopis in Confessarios.num.261. Nou.264. Atque Religiosus sic à suo Prælato præsentatus, & admissus ab Ordinario, non indiget ampliùs noua alia præsentatione, quamuis aliquoties exierit diœcesim. num.262.Nou.num.266.

Per priuilegium Innocentij VIII.potest aliter fieri præsentatio.num.267.

Per bullam Greg. XIII. reuocantur priuilegia à Pio V. mendicantibus concessa, quatenus contrariantur Concil.Trid.in fine Manualis.

A Peccans, ob confidentiam veniæ, minùs peccat, & ideo hæc circumstantia non est necessariò confitenda. cap. 6. num. 4. Nou. nu. 3. in fine.

Confidentia *in genere est certa spes de re aliqua quòd ita fuit, est, vel erit*; & est duplex, licita vel illicita. cap. 23. num. 109.

B Confidentia licita est, qua quis ordinatè sperat: illicita verò, qua inordinatè. Quæ etiam distinctio facienda est in Confidentia beneficiali. Nam confidentia beneficialis licita, est illa qua quis ordinatè cõfidit, quòd collator conferet beneficium fratri suo, eo digno. Illicita autem est, qua quis inordinatè confidit quòd collator conferet beneficium fratri suo, eo indigno. Ibidem.

C Illicita rursus est duplex, Simoniaca, qua quis confidit quòd collator conferet beneficium mediante pretio, pacto, modo, vel conditione expressa, vel tacita, digno vel indigno. Illicita non Simoniaca, est, qua quis confidit quòd collator conferet beneficium ob cognationem, amicitiam, indigno, sine interuentione pretij, pacti, modi seu conditionis. Atque ex his duabus prima est vetita per motum proprium Pij IV. & Pij V. Ibid.

Confidentia, quæ ante Extrauagan. horum Pontificum erat, vel licita, vel illicita, & Simoniaca; vel illicita, & non Simoniaca; est

est etiam talis post eam; & nihil est hodie prohibitum de ea, quod non fuerit etiam antea. Ibid.

Coniecturas, quibus confidentia Simoniaca colligi potest, & reliqua alia plura ad Confidentiam pertinentia, vide infrà in tit. Simonia.I. lit. S.

CONFIRMATIO.

COnfirmatio Sacramentalis *est, Sacramentum vnctionis chrismatis consecrati, quo Episcopus vngit frontem baptizati, sub certa forma verborum.* cap.22.num.8. A

Eius materia est Chrisma, quod conficitur ex oleo & balsamo. Balsamum non est de necessitate Sacraméti, sed præcepti. Consecratio autem olei, est de necessitate Sacramenti. Ibidem.

Forma huius Sacramenti est, *Consigno te signo Crucis, & confirmo te chrismate salutis in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti.* Amen. Debétque concurrere vnctio simul cũ prolatione formæ. ibid.

Eius minister est Episcopus: potest ex dispensatione Apostolica esse presbyter. Ibid.

Ante Confirmationem debet præcedere necessariò baptismus. Ibidem.

Peccat mortaliter qui, non existens Epi-

ſcopus, miniſtrat illud: vel, qui Epiſcopus vngit oleo non conſecrato, aut, non ſeruata forma. num. 9.

Peccat etiam mortaliter, qui credens, vel credere debens, ſe eſſe in mortali, ſuſcipit Confirmationem: Et, qui per contemptum non curat ſe ſuámque familiam confirmari. Si verò tantùm ſit negligentia, erit veniale. num. 9.

Ille autem verè contemnere videtur qui potens ſumere commodè, ideo principaliter omittit, quòd parui facit illud. num. 9. cap. 22.

Peccat item, qui patitur ſe ſine patrino confirmari. Ibidem. Qui autem non ſuſcipit Cõfirmationem ante omnem ordinem, peccat quidem, ſed non mortaliter, ſi deſit contemptus. Ibidem.

Cognatio Spiritualis non egreditur confirmantem & confirmatum, illiúſque patrem & matrem, ac tenentem. cap. 22. nu. 37. Hæc cognatio reſtringitur, ſicut illa, quæ naſcitur ex baptiſmo. num. 40.

Concil. Trid. ſeſſ. 7. *damnat ſub anathemate dicentem, Confirmationem non eſſe nouum & verum Sacramentum, vel nullam habere virtutem, vel ordinarium eius miniſtrum non eſſe ſolum Epiſcopum.* num. 8.

CONIECTVRA non habet locum in claris

claris. Prælud. 5. num. 5. Nou. num. 9.

CONIVGIVM, & coniunx. vide plura: in tit. Luxuria, Maritus, Matrimonium, Vxor.

CONIVRATIO.

PResbyter, proditiones, homicidia, & alia delicta parata potest denunciare, nec erit irregularis, si præmittat protestationem. Quod verum est, licèt iurasset non reuelare. cap. 18. num. 54. & quamuis sit religiosus. cap. 24. num. 11. Neque est præmittenda fraterna correctio. Ibidem.

CONSANGVINITAS, vide Matrimo. X. §. IV.

Conscientia est dictamen actuale practicum, de aliqua re facienda vel non facienda. cap. 27. num. 275. Nou. num. 280. Et est triplex; certa, quæ certò iudicat; dubia, quę nullatenus iudicat; scrupulosa, quæ habet argumenta contra id quod iudicat. nu. 27. 6. No. num. 281.

Conscientia erronea obligat. Præl. 7. num. 15. & Præl. 9. num. 9. & cap. 14. num. 26. Nou. Præl. 7. num. 10.

Vt autem obliget ad mortale, non sufficit quòd dictet esse peccatum, sed requiritur quòd dictet esse mortale. Præl. 9. num. 9.

D Conſcientia dubia poteſt deponi, quoad vnum effectum,& non quoad alium. Atque tunc iudicio prudentis perpendendæ ſunt rationes dubitandi.Si enim ſunt graues,neutrum credere aut facere debet.Si verò leues, quoad vtrumque poteſt deponi. Si autem mediocres, poteſt quoad vnum deponi, & non quoad alium, conſideratis conſiderandis.cap.22.num.55.

Conſciẽtia quid agat in animo,& quomodo ſit vera vel falſa.vide in tit.Scrupulus. C.

CONSECRATIO *Virginum.*

MOnialis, quæ cùm eſſet ſæcularis, vel ante profeſſionem, occultè fornicata eſt, peccat, ſi abſque diſpenſatione, aut alia honeſta cautela ſuſcipit conſecrationis velum.Idem de ea quę voluntariè ſeſe polluit. c.16.num.3.§.An Sanctimonialis.

CONSENSVS.

COnſenſus interpretatiuus de actu prohibito eſt malus. Ad quem vt ſit mortaliter malus quatuor requirũtur. I. Quòd ſit de obiecto mortaliter malo. II. Quòd homo plenè aduertat ſe delectari. III. Quòd non

non resistat delectationi. IV. Quòd omissio huius resistentiæ sit absque rationabili causa.cap.11.num.9.& in Nou.nu.9.

Qui consentit peccato alterius, peccat. num.12.Nou.15. Aliquis autem potest consentire peccato alterius nouem modis.Quos vide in tit. Participatio. qui mandat facere delictũ, dicitur consulens:qui exequitur,dicitur faciens.cap.17.nu.19. Vtrùm idem sit consentire sponte & consentire metu non cadente in virũ constantem.Vide tit.Metus.

CONSILIVM.

COnsilium non obligat neque ad venia- A
le. præl.9.num.8. Vnde omittere consilia secluso contemptu,non est malum. Sunt autem consilia seruanda in præparatione animæ.cap.20.num.2.Nou.num.20.

Consilij opus melius est,quàm opus præ- B
cepti.cap.12.num.32.Peccat verò consulens alicui aliquod malum non ex animo,sed solùm ad tentandum eum.cap.14.nu.31.lit.E. Nou.num.37.

Non peccat consulens minus malum.cap. 14.num.31.lit.G. cap.17.num.263. c.24.nu. 1.Nou.cap.14.num.39.40.

Peccat qui consulit scienter, & dolosè, C
imò quamuis bona fide, si non adhibeat debitam

bitam diligentiam ad indagandam veritatem. cap.17.num.132. & qui præbet consilium,antequam dubietatem animi deponat. cap.23.nu.21. Et debet credere,opinionem, quam eligit,esse veram,vel saltem id opinari.cap.27.num.284.in Nou.num.288.

Censura extendens se ad consulentem, non comprehendit consulentes consilio adeo simplici, quòd sine illo delictum tam certo & iniquo animo fuisset commissum cum illo.cap.27.num.51.post medium.

Consulens dicitur qui monet, persuadet, imo etiam qui instruit, & proponit vtilitatem inde sequuturam.cap.27.num.52.

Dicere alicui ex peculiari causa conuenientiorem vitam esse coniugalem, quam cœlibatus,licitum est.cap.20.num.3.

Differentiam inter consulentem & mandantem,quantùm ad imputationem irregularitatis,ex homicidio sequuto,vide tit.irregularitas.5. lit.L.

CONSVETVDO.

COnsuetudo est optima humanarum legum interpres. cap.23. num.58. Potest dare iurisdictionem. cap.21.num.21. Non tamen potest derogare iuri naturali, vel diuino.cap.25.num.128.

Con

Consuetudo immemorialis facit aliquem titulum præsumi requisitum ad eius valorem.c.17.nu.257.

Consuetudo licèt non excuset à culpa; excusat tamẽ à pœna saltem ordinaria: nam ab extraordinaria,fortè non excusat.cap.27. num.86.& 106.

Consuetudo induci potest etiam circa Sacramentalia.cap.22.num.83.vide plura in tit.Sacramentalia.

Consuetudo quæ est contra ius,non est amplificanda.cap.21.num.14.

Consuetudo etiam habet maximam vim circa obseruationem festorum, & ieiuniorum, quædam tollendo, aut addendo, vel moderando.cap.13.num.5. & cap.21.nu.14. Imò & circa leges humanas quas consuetudo contraria potest abrogare. c.23.num.40.

Potest etiam facere,vt quæ lex obligabat ad mortale, postea non obliget, nisi ad veniale. cap.25. num.111. §. vide etiam in tit. lex 1.

Non potest tolli ab Episcopo consuetudo vniuersalis,quæ vim habet iuris communis.cap.21. nu. 5.§.3. Imò excommunicatio quam contra eam ferret,nulla esset. Qualis est consuetudo in toto orbe recepta, vt fideles in quibuslibet monasteriis audiant missam die festo. ibidem.

Quic

Quicquid potest induci lege humana, potest etiam consuetudine. ibidem.

Consuetudine longa circa lacticiniorum esum intelligitur quadraginta annorum. cap. 21. num. 15.

CONTEMPTVS.

VERVS contemptus de consiliis etiam est mortale. Præl. 9. num. 15. cap. 20. n. 2. Nouo. Præl. 9. num. 17. cap. 20. num. 20.

Contemptus legis est *quando aliquis non implet illam principaliter, quòd illam vel eius auctorem parui facit.* cap. 20. n. 2. c. 23. n. 42.

Consuetudo peccandi non sufficit in foro interiori ad contemptum: sufficit tamen vt præsumatur in exteriori. cap. 23. num. 42.

Peccat mort. qui contemnit proximos contemptu per quem notabile damnum honoris, aut bonorum illis infertur. cap. 25. num. 58. §. 7.

De illo autem qui id quod obligat sub veniali, omittit eo solùm quia iubetur. vide in tit. Obedientia.

CONTRACTVS.

A FACTVS per metum regulariter valet. cap. 22. n. 50. Non tamen Matrimonium metu

metu iusto contractum, non est nullum. Præl.6.n.6.cap.22.nu.50. Nouo. Præl.6.n.5.

Contractus per metum factus regulariter, rescindi potest. Præl.6.nu. 6. Nou.num.5. Vel est ipso iure rescissus. cap. 19.num. 13. Nouo cap.20.num.13.

B Contractus quantumuis licitus, dolo tamen aut fraude, aut metu factus, vel est irritus, vel irritandus. Ibidem.

C Factus cum pupillo, vel Ecclesia, valet in præiudicium alterius, non tamen in præiudicium pupilli, vel Ecclesiæ. cap. 19. num. 12.

D Contractus nonnulli sunt, per quos dominium rei de vno ad alium transfertur, & per quosdam non transfertur. Per quos transfertur, sunt Emptio, Venditio, Permutatio, Donatio, & Mutuum. Per quos non transfertur, sunt Depositum, per quod sola rei custodia alteri committitur, fitque regulariter in fauorem deponentis. Item Commodatum, per quod cõceditur vsus rei, quæ vsu non consumitur, fitque regulariter in fauorem accipientis: Item locatio, & conductio, per quas vsus rei, quę vsu non consumitur, pretio conceditur. Denique contractus pignoris, per quem debitor creditori aliquid in cautionẽ pignorat. cap. 17.n.180.

E Faciens contractum, in quo grauat alium, animo tamen non petendi, nec accipiendi id

id,in quo grauat,peccat, quia potest mutare intentionem,vel mori sine illius declaratione,& tunc ipse,vel hæredes vexabunt grauatum.cap.17.num.260. Posset tamen occurri huic periculo, tradēdo ipsi grauato schedulam subscriptam. cap.23.num.84.

CONTESTATIO LITIS vide Litigiū.

CONTRITIO.

A CONTRITIO *est pœnitudo voluntaria cum dolore maximo actuali, vel virtuali peccati actualis, quatenus est offensa Dei super omnia dilecti, cum spe veniæ, & proposito non peccandi,& satisfaciendi.* cap.1.num.1.

Ad contritionem non sufficit dolor non deliberatus.num.4. Nouo num.3.Neque requiritur dolor summè intensus. num.7.No.

B num.4.

Neque requiritur dolor intensior, quàm alius dolor de malo temporali. Vnde fieri potest,quòd verè contritus maiorem dolorem sensus habeat de morte Patris, quàm de offensa Dei.num.23. in Nouo num.20.

Non requiritur dolor sensus,& alia signa exteriora, quamuis hæc conuenientia sunt. cap.1.num. 23. in Nouo num.20. Requiritur autem dolor maximus appretiatiuè.n. 9. Nouo num.4.

Ad

Ad veram contritionem per se loquendo requiritur formale propositum vlteriùs non peccandi; per accidens verò sufficit virtuale. num.10.12.43.in Nouo num.5.9.40.41. Sufficit etiam propositum virtuale satisfaciendi, quando propter defectum temporis vel inconsiderationem inculpabilem pœnitens non habuit formalem.num.15.Nouo num.11. D

Non requiritur quòd pœnitens credat se amplius non peccatutum. cap.1.num.13.& cap.3.num.5. in Nouo cap.1. num.9. cap.3.num.15.

Contritio debet esse de peccato, quatenus est offensa Dei. Et debet esse propter Deum summè dilectum.num.11.No.n.7. E

Contritio autem non est dolor essentialis sed causalis. num.2.& 16.No.num.2.& 14.

Contritus debet plus timere peccatum, quàm quodlibet aliud malum generaliter, non tamen requiritur, nec expedit specificare mala in particulari. cap.1.num.21. in No.num.17. F

Sufficit pœnitentem dolere, quòd non habeat exactam contritionem. num.21.& cap.10.num.4.in Nouo num.18.cap.10.n.4.

Contritionis signum est,se malle mortuũ esse,quàm peccasse. cap.1.num.22.No.num.19. Habens verò signa contritionis præsu- I

ſumitur mori contritus. num. 18. No. n. 15.

Contritio minor ſufficit ad delendum veniale quàm mortale. n. 26. No. n. 23.

Contritionis effectus eſt delere culpam, & pœnam æternam, & aliquam temporalem, imò aliquando delet totam. num. 43. Nouo num. 40.

Delet mortale etiam ante confeſſionem, ſed non ſine voto Sacramenti confeſſionis, quod in illa includitur. num. 27. No. nu. 24.

Non datur vera contritio, per quam non deleatur mortale. num. 29. Nouo 26. Contritio in lege naturæ delebat mortalia. num. 28. Nouo num. 25.

Contritio de peccato, de quo dubitatur, vtrùm ſit mortale, debet eſſe tamquam de mortali. num. 26. Nouo num. 24. Eius præceptum non obligat pro ſemper poſt mortale. num. 31. Nouo num. 27. Bonum tamé conſilium eſt, vt ſtatim poſt peccatum mortale conteratur. num. 33. Nouo num. 29.

H Imminenti graui neceſſitate, cui abſque orationis feruore prouideri non poſſit, neceſſariò eſt habenda contritio. num. 31. No. num. 17. Contritio haberi poteſt in inſtanti. num. 35. Nouo num. 31.

Non eſt neceſſariò habenda de mortali iam dimiſſo. num. 32. Nouo num. 28.

I Haberi poteſt contritio de peccato cu-

ius

ius homo non meminit, neque in speciali neque in generali.num.34.Nouo. 34.

Non requiruntur singulæ contritiones de singulis mortalibus, sed sufficit vna, quæ virtualiter feratur in omnia peccata, siue ante discussionem conscientiæ siue postea. cap.1. num.25. & Nouo num.22.Non tamẽ requiritur necessariò maior contritio de maiori peccato.num.35.& in Nouo. nu. 31.

Circa contritionem definiuit Concil. Trid. sess. 14. cap. 3.& 4. hæc sequentia. I. *Pœnitentiam esse, & fuisse quouis tempore necessariam, ad impetrandam veniam culpæ mortalis.* II. *Contritionem, esse vnam ex tribus partibus, quas sibi tamquam materiam substituit pœnitentia Sacramentum.* III. *Necessarium esse & optimum, examinare conscientiam, ad faciendum peccatorum memoriam cum ipsorum detestatione, & emendationis proposito, quamuis ad gradum integræ contritionis nõ perueniat.* IIII. *Esse de fide, contritionem non solùm includere in se cessationem à peccato, & vitæ nouæ propositum & inchoationem, sed veteris etiam odium continere, & propositum illud cõfitendi tempore debito, cum spe obtinendi veniã, & misericordiam.* V. *Contritionem iustam esse necessariam nunc in lege gratiæ ad culpæ mortalis, post baptismum admissæ, deletionem.*cap. 1. num.43.Nouo num.41.

M Peccat igitur, & est hæreticus, qui aliquid contra prædicta pertinaciter credit: est que excommunicatus per bullam Cœnæ, si id verbo vel scripto proferat. cap. 1. num. 43. Nouo num. 41. quæ autem contritio sufficiat ad remissionem peccati cum Sacramento pœnitentiæ vel baptismi. vide tit. attritio

CONTVMELIA. vide Iniuria.

COOPERATIO.

NON cooperantur peccato, famuli ministrantes mensæ concubinariorum, neque iuuantes concubinam ad se ornandum neque qui vestes & alia ornamenta vendit meretricibus: modò id absque malo fine aut sine consensu in eorum peccatũ, faciant. Cooperantur tamen peccato ij, qui lusores suscipiunt, eisque ministrant mensam, candelas, domum, & alia huiusmodi. cap. 15 num. 16. Nouo cap. 20. num. 16.

Denique ille dicitur cooperari peccato alterius, qui ei consentit, aut in eum malum finem illum iuuat, inuitat, inducit, vel ita assistit ei, vt sit causa vt ille peccet. Idem. vide & in tit. participatio.

CORPORALIA. vide Benedictio, & in tit. Missa. 111. D.

COR

CORPORE VITIATVS.

PECCAT mort. qui corpore vitiatus ordinatur. cap. 25. num. 72.

Non est inhabilis ad ordines claudus, cui scipio in altari non est necessarius, nec habens maculam oculi, quæ non priuat visu, nec inducit notabilem deformitatem. cap. 27. num. 199.

Neque etiam est inhabilis gibbus, non nimium magnus, si non sit notabilis deformitas. Quæ autem sit hæc notabilis deformitas, ad Episcopum pertinet determinare. cap. 27. num. 199. & nu. 200. vide etiam tit. Irregularitas. III.

CORREPTIO.

CORREPTIO *est monitio proximi secreta, vel coram testibus, vt se emẽdet à peccato.* A cap. 24. num. 12.

Præceptum correptionis est naturale, obligans omnes etiam infideles: & Euangelicũ. num. 12. obligans etiam peccatores. ibid.

Obligat autem concurrentibus quatuor. Primùm, quòd sit certum, proximum peccare mortaliter. III. Quòd speretur emenda- B

tio, vel saltem non timeatur deterioratio. III. Opportunitas personæ ac temporis. IIII. Vt commodè fieri possit absque damno notabili corrigentis. Ibidem.

C Laudabile est aliquando differre correptionem; donec in maius peccatum incidat, vt tunc commodiùs corrigatur & emendetur ab vtroque: quoniam hoc non est aliud quàm expectare temporis opportunitatem. n. 13. & c. 14. n. 26. No. n. 27.

D Non peccat mort. qui non corrigit eum qui ex ignorantia probabili nõ ieiunat. Neque qui transiens per terras hæreticorum, non corrigit eos tractantes irreuerenter Sacramenta vel imagines, si non sit Spes emendæ. num. 12.

Confessarius extra confessionem minimè debet, neque publicè, neque secretè corripere pœnitentem de peccatis confessis, nisi pœnitens significaret id esse sibi gratum, inducendo colloquia, vel cõsulendo super eis. num. 13.

Correptio de venialibus non obligat sub mortali. cap. 24. num. 13.

E Ordo correptionis seruandus est, nisi sit periculum in mora, & non sit homo certus suam correptionem profuturã. Si enim dubitat, debet statim iudici denuntiare. Attamen circa coniurationes & hæreses, non est

seruandus

seruandus ordo correptionis, sed statim debet fieri denunciatio ante iudicem. num. 14.

Ordo autē correptionis Euangelicus est, vt primùm secretò, & fraternè peccans corrigatur; deinde, si se ob id non emendauerit, corā duobus testibus: Et postea iudici denuncietur, vt habetur, Matth. 18. Ibidem. F

Non requiritur secreta monitio quando peccatum est publicum. Est autem publicum quo ad hoc, id quod est notorium iure, vel euidentia facti, vel fama. Ibidem.

Quiuis blasphemus statim corripiendus est ab audiente, etiam si nulla speretur emēdatio, si potest id facere absque proprio periculo. cap. 12. num. 83.

Potest quis reuelare patri crimen fratris, adhibita priùs correptione, vel ea omissa, si nulla sit spes emendę per suam correptionē. c. 7. n. 8. & expressiùs. c. 18. n. 33.

Peccat mort. qui potēs impedire ne alius peccet mort. non impedit. Quod tamen solùm procedit in eo, qui sine verecundia, incōmodo & dedecore, id poterat impedire. c. 14. n. 26. No. n. 27. vide etiam in tit. Impedimentum.

Non peccat qui permittit alium committere grauius peccatum, vt ob illud castigatus, faciliùs se corrigat. Ibidem. Quod quidem verum est non solùm permittendo oc- G

casionem, verùm etiam offerendo. cap. 14. num. 31. lit. E. Sed in No. num. 39.

CVLPA.

A CVLPA *est voluntaria inordinatio actus vel deuiatio à bono.* cap. 17. num. 177.

Est autem triplex: Culpa lata, quam regulariter omnes communiter vitant. Culpa leuis, quam regulariter homines diligentes suæ professionis vitant. Leuissima, quam homines diligentissimi vitare solent. n. 178.

B Quando contractus fit solùm in vtilitatem alterius contrahentium, ille regulariter tenetur de dolo & culpa lata, leui, & leuissima. Alter verò tantùm de dolo, &, si fiat in vtilitatem vtriusque, vterque tenetur de dolo, & de culpa lata, & leui, non de leuissima, nec de casu fortuito. n. 179.

C Culpa lata, quæ multoties obligat depositarium & commodatarium ad restitutionem, non necessariò debet esse mortalis. num. 184

CVRIOSITAS.

EST *vitium mouens ad sciendum nimis vel immoderatè.* cap. 23. num. 34.

Peccat mort. qui adinuenit nouas epulas, noua

noua exercitia, & ludos de se mortales, itē nouas vestes, aut alia de se mortalia, vel in finem mortalem. cap. 23. num. 17.

Curiositas de se tantùm est veniale. Mortale verò quando iungitur aliqua circūstantia mortalis. Vt de virgine volente curiosè scire, quanta sit carnalis copulæ delectatio. Item de volente scire alienum peccatū, confessionem Sacramentalem alteri factam auscultando. Item de inquirente alterius vitia animo eum notabiliter infamandi: & de appetente scire aliqua secreta, ab eo qui sine peccato mortali non potest ea reuelare. nu. 26. Nouo num. 25.

CVSTOS.

CVstos piscationis seu venationis quomodo se gerere debeat. vide tit. Venatio. A

Custos agri, aut venationis, qui se abscondit ne ab ingredientibus videatur, vt sic eos capiat, & corripi faciat, non peccat, saltem quando id permittit, vt semel deprehensi iterum ingredi caueant, nec interim sinit, vt illi damnum notabile inferant. c. 17. nu. 123. hoc intelligitur quando ex officio tenetur. Secus verò non: &, si tunc ex malitia faceret, peccaret. nam sublata malitia nec peccaret nec teneretur restituere. num. 136.

Vnde talis custos, etiam ciuitatis, qui dā- B

num notabile quod fieri videbat,non impediuit,saltem vociferatione,tenetur restituere in solidum. num.136.

Custos vrbis, qui iurans se accusaturum, quos post sonitum campanæ inuenerit,si nó accusat,peccat mortaliter.Non tamen tenetur restituere pœnas,quas accusati incurrissent,nec quod recipit ne accuset. c.25.n.34.

Si custos videt damnum facientem,& nõ indicat ei qui damnum accipit,peccat mortaliter,& tenetur restituere.Ibidem.

C Custos & præfectus in portãdis mercibus, & in exportandis eis in confinibus regnorũ, peccant mortaliter,permittentes importari & exportari vetitas. Non tamen tenentur restituere pœnas,quas transgressores soluissent,si denunciarentur: nec merces, quibus priuarentur.num.51. Bene tamen vectigalia quoniam hoc non est pœna sed interesse.nu. 34.ad quod facit id,quod de teste falso dicitur. num.51.

DAMNATVS.

DAMNATVM iniustè,qui cùm possit nó liberat,peccat mortaliter. cap. 15.num. 15. in No. num.17.de Iure naturæ est,quòd nullus damnetur inauditus & indefensus.ca. 25.num.9.

DAM

DAMNVM.

DOMINVS ſerui occiſi ab animali alicuius, habet actionem contra Dominũ animalis, ad petẽdum medicationis impenſas, & ſtipendia quæ lucrifeciſſet: nihil tamen poteſt petere pro cicatrice, vel deformitate, nec etiam ſi occidatur. cap. 15. num. 19. is qui occidit vel percutit aliquod animal brutum proximi vel ſeruum, tenetur Domino reſtituere tantùm quanti valet id quod occidit, imò & quantò minoris valet propter deformitatem ex vulnere relictam. ibidem. is verò ex cuius domo aliquid eiectum, damnificauit alium, tenetur reſtituere. cap. 17. num. 16. No. num. 17. A B

Tabernarius, vel magiſter nauis tenetur de damno per alium facto in ſua taberna, vel naui. Ibidem.

Peccat, qui occidit, vel grauiter percutit animal domeſticum alterius in ſuo prædio damnũ inferens: poteſt tamen illud includere donec Dominus ſatisfaciat damnum. Tenenturque magnates reſtituere damna, quæ ſuæ feræ intulerunt alienis prædiis. n. 120.

Regulariter tamen nemo tenetur de damno contingente caſu fortuito, niſi quando

præ

præcessit culpa, vel mora, vel pactum. cap. 17. num. 179.

Sufficit condonatio damni facta ab eo ad quem principaliter damnum pertinet. cap. 18. num. 46.

DE PARTICIPANTE *in damno alterius.*

QVI cum multis adunatis pergit ad furandum, non tenetur restituere, nisi id quod ad eum peruenit, & id, cuius talis causa fuit, vt sine ipso non fuisset illatum. cap. 17. num. 130.

Si multi alij aliorum ignari ingrediantur vineam, vt vnusquisque suum racemum accipiat, nullus peccat mortaliter, quamuis deuastetur vinea. ibid.

F Qui procurat, quòd iudex cuique tollat suum, vel ne alicui restituat debitum, neve ad id debitor cogatur, tenetur restituere. num. 131.

Qui ratum habet damnum suo nomine illatum alteri, restituere tenetur, quando qui nocuit non nocuisset, nisi existimaret, eum, cuius nomine nocuit, ratum habiturum. cap. 17. num. 133.

Testis, qui à iudice legitimè interroga-
G tus, an sciret tale furtum, sciens tacet, ob quod

quod damnificatus non recuperat suum, tenetur restituere, nisi taceat propter metum periculi sui status, personæ, aut bonorum.num.133.Nouo num.134.

De custode qui damnum notabile non impediuit vide Custos. lit. B.

Curator,procurator alienorum negotiorum, administrator alienorum bonorum,& filius res patris sui tractans, qui nomine sui principalis, & ob eius vtilitatē alteri dānū infert, tenetur ad restitutionem in solidū,si principales non restituant, & ex eorum bonis restituere potest, si adhuc retinet administrationem. Si verò non retinet,& ipse sit inops,debet dicere principalibus(si id ignorant) vt satisfaciant. Quod si noluerint,tenetur restituere si potest,occultè tamen poterit accipere de bonis eorum, vt restituat seruatis conditionibus seruandis à recuperantibus occultè sua debita. num. 137. 138. H I

Impediens euntem ad impediendum damnum, quod tertius inferre volebat quarto,tenetur restituere. num.140.

DEBITVM & debitor ex contractu. vide Restitutio. VII. & vtrùm tertius possit clam accipere debitum à debitore nolēte restituere,& reddere creditori:vide tit. recompensatio.creditor nō petens debitum censetur concedere dilationem. c.17 .n.72.

DEBI

DEBITOR speciei, nempe huius e qui, aut vestium, regulariter excusatur illius speciei peremptione, si absque dolo, fraude, & culpa, & ante moram periit. & etiam post moram saltem in foro conscientiæ, si sciretur, quòd perinde peritura erat apud creditorem: secus si constaret vel dubitaretur, quòd ante quàm res periisset, Dominus vendidisset, vel ea fuisset vsus. cap. 17. num. 80. tit.

DEBITVM Coniugale. vide Matr. 13.

DECIMÆ.

A DECIMA quoad quotam est iuris humani: quoad substentationem ministrorum est iuris diuini. cap. 21. num. 18. Vnde quoad illam potest tolli consuetudine, non tamen quoad hanc. Imò aliquando soluendum est plusquam decima pars, si necessarium sit ad substentationem ministrorum. num. 30.

B Decima triplex est, prædialis, personalis, & mixta. num. 29,

Decimæ personales, vbi est legitima consuetudo non soluendi, non debentur, qualis est fere in tota Ecclesia, exceptis famulorum salariis in aliquibus regionibus Hispaniæ. num. 31.

Decima

Decima personalis non est debita iure C
diuino, prædialis verò,& mixta sic, Ibidem.

In decimis personalibus deducuntur expensæ, vt solum lucrum decimetur: in prædialibus verò & mixtis non deducuntur. Vnde peccat, qui priusquam soluat decimas deducit impensas sationis, vel collectionis fructuum semen satum, vel pensionem solutam Domino prædij. Ibidem.

Si Papa iuberet soluere decimam incon- D
suetam, mandatum esset iniustum, & ab eo supplicari posset. num. 30.

De lucro illicito restitutioni obnoxio non est soluenda decima personalis: de alio autem sic, dummodo non sit acquisitum per notorium peccatum. num. 31.

Peccat qui decimat peiorem partem, quia debetur mediocris. Item qui soluit omnes decimas debitas sed non vbi, & quando vel quibus debet. num. 31. 32.

Subtrahentes vel impedientes decimas E
sunt excommunicandi, nec sunt absoluendi, antequam satisfaciant, nisi excusentur per impotentiam, vel condonationem factam ab eo cui debentur. vel per alias causas concurrentes, sicut si esset talis pœnitens,& tales circumstantiæ temporis loci, & causæ, vt confessarius solo restituendi proposito contentus esse debeat. c. 21. n. 32. c. 17. n. 59.

Peccat

Peccat qui primitias iure, vel consuetudine legitima debitas, non soluit, vbi, quando, & quibus debet. cap. 21. num. 32.

DEFENSIO, & defensor.

PECCAT, qui cùm possit, non defendit inuasum ab inimicis. Quòd si sit persona publica, tenetur armata manu defendere. cap. 15. num. 14.

Reges, & Superiores lege iustitiæ tenentur defendere se, & subditos, & è contra subditi suos superiores: Patres etiam, tutores, heri, pedagogi, parochi, custodes, & alij similes, & è contra. cap. 24. num. 18.

Defendere vitam proximi tenemur cum damno diuitiarum, honoris, pudoris, &c. excepto periculo vitæ. Non tamen tenemur defendere proximi bona inferioris ordinis cum detrimento propriorum altioris. n. 18.

Qui non defendit alium, cùm possit commodè, censetur consentire: secus, si non possit commodè. Sed non omnis, qui iure præsumitur consentire, præsumitur iniuriam auxiliari. num. 18. 19.

Degr

DEGRADATIO.

Seu depositio.

DEGRADATIO realis, & depositio verbalis, non est censura: sunt tamen priuationes, vel inhabilitationes, quæ priuant omnino, vel inhabilem faciunt ad ordinem suscipiendum vel exercendum. cap. 27. num. 152.

Atque depositio ab officio vel beneficio præsupponit culpam mortalem. cap. 19. n. 9.

Clericus depositus, dummodò non sit degradatus realiter gaudet priuilegio canonis. Secus si fuerit incorrigibilis. cap. 27. num. 79. 81.

Prohibitio, seu priuatio seu inhabilitatio totius exercitij, officij, vel beneficij in perpetuũ, est depositio, & nõ suspẽsio. n. 152.

Crimina depositione digna sunt adulterium, concubinatus, stuprum, & similia: & omnia alia maiora illis. num. 248.

DELECTATIO

morosa.

DELECTATIO morosa de opere prohibito est peccatum, habétque locum A

in materiis omnium peccatorum. cap. 11. num. 9. Nouo 11.

Ad delectationem morosam mortalem quatuor requiruntur. I. Quòd sit de obiecto mortaliter malo. II. Quòd homo plenè aduertat se delectari III. Quòd non resistat delectationi. IIII. Quòd omissio huius resistentiæ sit absque rationabili causa. Vnde qui ob iustam causam non repellit delectationem morosam, non peccat: verbi gratia, ne relinquat honestam occupationē, studium rerum impudicarum, confessionem &c. nisi adesset periculum consensus. ca. 11. num. 9. & in Nouo num. 12.

Delectatio morosa haberi potest in instanti. num. 11.

Delectationem morosam luxuriæ habens, si non est certus vtrùm consenserit, expedit, vt se accuset de illa. num. 17.

Delectatio est mortalis, quando nascitur ex cogitatione copulæ habendæ cum ea, quam credit homo futuram vxorem, vel cum hac conditione, si alioquin liceret. cap. 16. num. 9. §. 6.

Delectatio carnalis copulæ cum coniuge vel marito mortuo, seu absente, est mortalis. Licet tamen gaudere de tali copula num. 10.

Delectatio morosa de re venerea est mortalis

mortalis., si ad sit consensus saltem interpretatiuus., & mutat species iuxta circumstantias personarum, circa quas versatur. num.9.

Delectatio de videndo fœminam pulchram,non est mortalis.num.11.

Delectatio de cogitatione iniusti homicidij peccatum est:secus si sit de vtilitate sibi secuta ex morte.cap.15.num.10.

DELEGATVS & Subdelegatus.

SIMPLEX ministerium absoluendi ab excommunicatione potest delegari à delegato Ordinarij, & à subdelegato subdelegati Papæ, non tamen ipsa iurisdictio. cap. 27.num.45.

Delegatus,cui est commissa caussa,potest partes absoluere ad cautelam. cap. 27.num. 273. in Nouo num. 277. vide etiam Absolutio. III. lit.D.

DELIBERATIO.

DEFECTVS deliberationis excusat à mortali. Item defectus iudicij in semidormientibus,vel semiebriis,vel valde perturbatis.

turbati, excusat à mortali. Præl.9.num.10. cap.9. num. 10. & cap. 11. num.4. in Nouo Præl.9.num.11.& cap.9.num. 13. & cap.11. num.4.

DELICTVM
& quasi delictum.

DELICTVM intelligitur nomine peccati, Præl. 7.num. 10. Nouo nu.9.

Obligatus autem ex quasi delicto tenetur restituere, vt iudex qui ob ignorantiam iuris vel imperitiam tulit iniquam sententiam.cap.17.num.16.§.8. & Nouo num.17.

Peccat clam accipiens, quod sibi prætendit deberi propter aliquod delictum. cap. 17. num. 111. qui commisit aliquod delictum propter quod alius est in carcere cum periculo vitæ, non tenetur se prodere cum periculo propriæ vitæ.cap.15.num.16.

DENVNCIATIO.

A PRÆCEPTVM de manifestando delictum per denunciationem, intelligitur, quando homo scit, & probare potest: aliàs non: nisi prælatus talis esset, vt posset prodesse, & non obesse. capite 17. num. 134.

Quando

Quando prælatus præcipit ſub excommunicatione vt ſcientes denuncient tale furtum, qui ſcit & probare poteſt, & præmiſit correctionem fraternam; ſi non denunciet, manet excommunicatus, & tenetur reſtituere damnum. ibid. num. 135.

Quando præcipitur, vt quicumque denunciet talem, vel talem delinquentem, licitum eſt non obedire, etiam ſi mandatum detur non ſolùm, vt reus reſtituat damnum, ſed etiam vt puniatur: quia huiuſmodi mandatum intelligitur ſalua fraterna correctione. cap. 18. num. 40.

Peccat qui rogatus iuridicè in viſitationibus reuelat occulta ſibi ſecretò detecta, vel quę vidit in ſecreto fieri, ſi non erant parata ad aliis nocendum. Imò quamuis vergerent in damnum alterius, ſi alia via dãnum impediri poſſet: Quòd ſi impediri non poſſet, id ſolum detegendum eſt, quod huic fini ſit neceſſarium. num. 61. B

Peccat denuncians, quæ probare non poteſt, ibid. & cap. 17. nu. 134. & ſic interrogatus, quamuis iuret ſe dicturum quod ſcit, reſpondere poteſt ſe illa neſcire, intelligendo intra ſe, quòd non ſcit ita vt detegere teneatur. cap. 18. num. 61. Ibid. C

Peccat qui non denunciat crimen, quod paratur in damnum ſpirituale, vel corporale D

publicum,vel priuatum;quamuis iurasset se non denunciaturum , & delinquens esset occultus. Idem si non denunciat delicta pernicioſa ſoli auctori, à quibus non reſipiſcet per correctionem fraternam , dummodo probare poſſit. Poteſt autem probare habendo vnum teſtem integrum , quoniam denunciator habebit locum alterius teſtis. cap.25.num.33.

E A denunciatione excuſant ſequētia.Primùm,ſi peccatum ſit occultum, & peccator emendatus , vel emendabilis correctione fraterna. II. Defectus probationis delicti. III. Quòd non audiuerit à fide dignis..IV. Denunciatio eiuſdem , à quo audiuit. V. Quod ſcit ille , qui accepit ,vel tenet , eſt per viam recompenſationis. VI. Quod ſcit per confeſſionem , vel per conſultationem ſecretam pro conſilio accipiendo. cap. 25. num. 46. vnde excuſantur confeſſores, aduocati , medici,& alij ſimiles,quibus deteguntur ſecreta dubiorum , litium , & morborum , niſi aliunde illa nouerint , vel niſi ſint talia quæ non detecta redundarent in damnum aliorum. num. 42. ſed in hoc vltimo caſu excipe confeſſorem. VII. Timor notabilis detrimenti proprij, perſonæ , vel bonorum. num. 50.

Hæreticus tamen omnino denunciandus eſt

est iudici: neque est necessarium, vt seruetur ordo correptionis. cap. 24. num. 14. Imò qui non vult denunciare illum, nullo modo est absoluendus; &, qui absolueret, peccaret quidem contra ius diuinum & humanum. cap. 18. num. 58. Imò & filius tenetur denunciare patrem hæreticum, & testificari contra illum. cap. 14. num. 13. & c. 25. n. 50

Qui non denunciat intra tempus præfinitum, tenetur post cũ primùm possit. 25. n. 46.

Vtrùm teneatur denunciare, qui scit impedimentum esse inter volentes contrahere matrimonium, vide Matrimonium. VIII.

DEPOSITIO vide degradatio.

DEPOSITARIVS & Depositum.

QVi gratis se offert ad depositum, non tenetur de culpa leuissima, bene tamen de leui. cap. 9. num. 3. & Nou. num. 10.

Quando depositum fuit gratia solius deponentis, tenetur depositarius de dolo, & lata culpa, non de leui. cap. 17. num. 181.

Si verò depositarius recipiat mercedẽ pro custodia, tenetur de leui. ibidem. & cap. 9. num. cit. non tamen de leuissima & casu

fortuito, nisi præcessisset mora vel pactum. cap.17.num.181.

Non valeret pactum, quod depositarius non teneatur de dolo, quia præberet occasionem peccandi.ibidem.

B Quando depositum fit gratia depositarij, tenetur de culpa leui. Idem,si se obtulit ad custodiendum,ob quod deponens omisit committere alteri diligentiori.Quod limitandum est, quando ille se obtulit ob suam vtilitatem,secus si ob gratitudinem. cap.17. num.181. Tunc enim non tenetur ad amplius, quàm qui propter stipendium custodit.cap.4. num.3. & nouo num.10. depositum regulariter fit in vtilitatem solius deponentis.cap.17.num.181.

C Depositum rerum in numero, pondere, vel mensura consistentium, facta facultate depositario, vt eis vtatur, incipit esse mutuum, simul ac depositarius incipit eis vti. cap.17.num.180.

D Deponens rem consistentem in numero, pondere, vel mensura cum facultate, vt ea vtatur, inito pacto quod aliquid lucri reddat deponenti, peccat peccato vsuræ. Vnde peccatum est vsuræ deponere pecuniã apud mercatorem, cum intentione principali quòd aliquod lucrũ annuum soluatur saltu forte,& tenetur restituere, etiam non interueniet

uemente pacto: secus si accipiat à mercatore gratis donante, quamuis libentiùs suam pecuniam penes hunc gratum, quàm penes alium depositam habeat: & licèt mutuator det illud sperans propter hanc largitatem pecuniam non auferendam à se. num. 243. §. 98. Nou. num. 242. §. 107.

Qui misit depositum per nuncium non habitum pro fideli, cuius culpa, vel dolo periit, tenetur restituere: secus si misit per nuncium communiter habitum pro fideli. etenim depositū quomodocumque pereat, Domino perit, nisi interueniat dolus, pactum, culpa, vel mora. cap. 17. num. 185. peccat depositarius si vtatur deposito contra voluntatem deponentis. num. 181. E

Receptor communitatis, vel domini, peccat negotiando, vel emendo pecunia publica in custodiam recepta. cap. 23. n. 94. Quod tantùm procedit in faciente sine consensu Domini, vel non soluendo; quibus debet statuto tempore, vel soluit, sed cum damno notabili. Ibid. F

Peccat depositarius non reddens depositum deponenti petenti, nisi cùm petit in suum damnum, vel alienum, vel quando bona deponentis confiscata sunt, vel quando latro deponit apud eum, à quo furatus est. cap. 17. num. 181.

DERELICTA.

QVÆDAM bona tam naufragio amissa quàm inuenta censentur derelicta: quædam verò non. cap.17.num.170.& 176. Quænam sint hæc vide in hoc compendio. tit.Naufragiū:& tit.Restitutio. X I. Quoad inuenta.

DERISIO.

DErisio *est significatio inordinata mali, culpæ, vel pœnæ, vel defectus naturæ ad injiciendam erubescentiam.*cap.18.num.15.

Vnde peccat mort. qui notabilem erubescentiam,vel animi perturbationem iniicit alicui. Atque tunc derisio eò maior erit, quò maior fuerit persona, quæ deridetur. Secus tamen de derisione iocosa, quæ fit de aliquo malo exiguo: nam aliquando potest esse actus virtutis: si verò parum excedatur, modus erit venialis.num.16.

DEROGATIO Consilij debet esse expressa,vt aliquid eius derogatum censeatur. additum in Nou.cap.27.num.265.

DESPERATIO, est peccatum contra Spiritum sanctum, qua tollitur spes veniæ. Vnde peccat mortaliter, qui desperat consequi beatitudinem.cap.23.num.125.126.

DETE

DETECTIO.

LIcitum est detegere latronem, & furta eius occulta & alia, vt vitetur damnum Reipubl. & priuatorum, etiã sine correptione fraterna, si non est spes emendæ; aliâs præmittenda erit, nisi de illis specialiter, ac iuridicè interrogetur. Imò aliquando id detegere tenetur. cap. 18. num. 31. vide tit. Detractio. lit. M.

DETRACTIO.

DEtractio *est significatio mali alicuius hominis, non canonizati, qua laditur vel periclitatur eius fama.* cap. 18. num. 17. Et est triplex, materialis tantùm, formalis tantùm, materialis & formalis simul. num. 21. A

Iniuria verborum omnis, & sola illa est mortalis, quæ fit animo notabiliter nocendi, quamuis non noceat. & illa, quæ notabiliter nocet etiam sine tali animo, aduertendo vel aduertere debendo notabiliter nocere. num. 1. & 21. B

Detractio autem tunc est venialis, quando fit animo lædendi parum: vel sine malo animo parum lædit, vel quando licèt lædat notabiliter, excusatur tamen per ignorantiam.

tiam,vel inaduertentiam.Ibidem.

Materia detractionis est malum culpæ Pœnæ,vel defectus naturæ. Et qui se ipsum infamat,detractor est. num.17.

D Detegere propria peccata, vel imponere sibi falsa, ex genere suo regulariter tantum est veniale, quamuis fama notabiliter lædatur, vel omninò amittatur,quia hoc non est iniustitia,sed prodigalitas.In quatuor tamen casibus erit mortale, vt quando sequitur damnum animæ,vel vitæ propriæ, vel alienæ, vel honoris, aut bonorum alienorum. num.27.& 28.

E Regulariter non est mortale; de se confiteri crimina falsa, aut vera occulta metu tormentorum; erit tamen mortale in quatuor prædictis casibus, nisi quando id faciat persuasus torquendum esse,donec confiteatur,aut vitam amittat.eodem cap.num.29.

F Qui alteri præsenti malum significat, vt eum infamet, detractor est & contumeliosus. Item qui lædit bonam existimationem quam quis habebat de aliquo bono, quod putabatur habere, licèt reuera non haberet detractor est.cap.18.num.19.

G Detegere falsos defectus naturales,regulariter, & ex genere suo, non est mortale. num.23.

H Imponere alicui falsum peccatum mortale,

tale, per se est mortale.num.22. Imponere veniale,per se est veniale:vt cùm ex impositione vel detectione venialium, cuiuspiam fama non læditur notabiliter : secus verò si notabiliter.num.24.

Idem est imponere verum crimen, putatum falsum,quod imponere falsum. Atque idem nocumentum famæ est imponere falsum crimen, quàm verum. quamuis in ratione falsi magis peccat imponens, quàm detegens.num.26.

Detrahens generalibus verbis comprehendentibus natura sua tam mortalia quàm venialia,aliquando est peccatum mortale,vt quando fit cum damno notabili,vel periculo proximi, vel coram his de quibus credi potest tam mortalia quàm venialia concepturos, nisi expresse vel tacitè admoneantur tantum de venialibus esse sermonem. num.24. I

Detegere peccatum verum mortale secretum, per se est mortale, nisi excusetur à mortali per aliquam circumstantiam. n.26. Detegere verò notoria facti, vel iuris, vel famosa sine mala intentione nocendi, non est peccatum saltem mortale, quamuis detegantur ignorantibus, vel quamuis in regione vbi deteguntur,non scirentur. cap.18. num.24.26. L

Quæ

Quæ contra ordinem iuris diuulgata sunt, propter infamiam diuulgari non possunt in eo loco, ad quem infamia non peruenit. Sed non est mortale detegere illa quæ citò diuulganda sunt. num. 26.

M Non peccat, qui absque mala intentione detegit peccata vera aliorum secreta, quando reipublicæ conuenit, vt ea puniat, vel vt euitetur damnum proximi, vt qui denunciat proditorem, ne prodat; inhabilem, ne ordinetur; latronem, ne furetur; adulterum & homicidam, vt ab illis caueatur; & maximè hæreticum, ne corrumpat. num. 31.

N Qui absque intentione lædendi detegit mortalia eius qui se de illis iactare solet, non est pluſquam veniale. Neque est mortale absque intentione lædendi detegere mortalia proximi, illi personæ quæ non oberit, & fortè proderit, vt parentibus, & aliis, qui creduntur nullatenus nocituri, neque publicaturi. num. 33.

Qui inuenit peccata alicuius scripta, & detegit ea, seu diuulgat, peccat mortaliter, nisi in casu, quo fama proximi parùm læderetur. num. 34.

O Peccat mort. qui aliena peccata ab aliis audita aliis refert aliter quàm audiuit, augendo illa, vel certitudinem illorum. Si verò non refert aliter, neque affirmat illa esse

vera,

vera, sed solùm audiuisse, nec interueniat aliquid aliud, quod esset iusta causa credendi, vt auctoritas personæ, & additio aliquorum quæ rem certiorem facerent, &c. non est mortale. num. 36.

Qui audit mortaliter detrahentem assentiendo, vel non resistendo, cùm id facere deberet, peccat mort. maximè si est Superior iudex, parens, aut magister, qui resistere tenentur. Aut si aduertit ex eo, magnum dicenti, & alteri euenturum malum, aut damnum vltra infamiam, & quod contradicendo vitare poterat. Item quando fama eius, cui detrahitur, notabiliter læditur. cap. 18. num. 37.

Qui verò audit, nec præbendo causam, nec impediendo, se delectans, tantùm peccat cæteris paribus, quantùm qui detrahit. Qui autem audit sine delectatione, licèt non contradicat propter verecundiam, non peccat mort. nisi in tribus casibus proximè dictis, vt scilicet si sit Superior, si aduertat magnum damnum vltra infamiam euenturum dicenti, vel alteri, si fama eius cui detrahitur, læditur notabiliter. Ibidem.

Dvbis. Rudes credentes Deum esse corporeum, & Patrem esse antiquiorem Filio, regulariter excusantur à pertinacia & culpa. Præl. 1. num. 10. §. 3. in Nou. num. 15.

DIFFAMATIO. vide Infamia.

DISPENSATIO.

A EST *relaxatio legis causa cognita.* Præl.9. num.15. Dispensatio valida licet iniusta, aliquando excusat. Præl.9.nu.11.cap.23. num.44.Nou.Præl.9.num.14.

Facta sine iusta causa in lege humana, valida est, sed illicita: facta verò in lege diuina, nec licita, nec valida. Præl.9.num.11. Nou.num.14.Excusabit tamen dispensatum bona fides illius.

Dispensatio ab inferiori circa suam, vel sui prædecessoris, vel inferioris legem, facta etiam pro libito valet in vtroque foro. Præl. 9.num.14.Nou.num.15. Et hæc dispensatio fit tacitè, quando sciens, & prudens iubet aut concedit aliquid fieri contra eam legem, etiam nulla facta mentione dispensationis. Ibid.

C Quod etiam habet locum in Episcopo respectu constitutionis Synodalis, cap.25. num.74.

Non tamen censetur valida, facta ab inferiori circa legem superiorum, nisi expressè dicat se dispensare, quamuis iubeat aliquid fieri contra eam. Præl. 9. num. 13. Nou. num.15. & cap. 25. num. 74. Quoniam

tiam dispensatio circa legem superioris sine iusta causa non valet: at verò circa legem suam valet. Ibidem. vbi & in Nouo additur quòd dispensatio inferioris sine iusta causa circa legem superioris, etiam si habeat potestatem dispensandi, non valet. Atque idem est de dispensatione Legati circa legē Papæ.

Non creditur in foro interiori dicenti se circa legem Superioris dispensare iusta de causa, nisi probetur illa. Ibidem. D

Dispensatio facta ab inferiori, circa legē Superioris cum caua, non valet in forō cōscientiæ, si sciatur causam esse falsam. Ibidē.

Dispensatio innitens causæ falsæ surreptitia est, & inanis. cap. 12. num. 57.

Multò minor causa requiritur ad dispensandū in lege humana quàm in diuina. Ibid.

Peccatum petendi, & dandi dispensationem sine causa in lege humana, tantum est veniale per se loquendo. Præl. 9. num. 12. ca. 12. num. 57. E

Parua deliberatio in vouendo est sufficiēs causa ad dispensandum. cap. 1[illegible].num. 26.

Episcopus non potest dispensare in voto continentiæ emisso à coniugibus, nisi quando votum esset emissum ex magno timore, qui tamen non esset satis ad annullandum votum. num. 59. F

Quæuis expressio falsi mouentis ad dispen- G

ſpenſandum nocet: non tamen quælibet ra
citurnitas veri impedientis, ſed ſolùm qui
do tacetur verum, quod iura præcipiunt ex
primi. Et qui committit aliquod delictum
vt hac via obtineat diſpenſationem, diſpen
ſatio obtenta eſt nulla. cap.22.num.86.

G Commiſſio Pontificis facta alicui, vt di
ſpenſet cum aliquo, expreſſa perſona diſpen
ſanda, expirat re integra morte Pontifi
quoniam non eſt gratia facta diſpenſatur
ſed commiſſo. At verò commiſſio facta v
diſpenſet cum aliquo non expreſſo, ſed el
ectio perſonæ diſpenſandæ relinquitur diſpe
ſaturo, non expirat, quoniam eſt gratia fa
cta ipſi: additum in No.c.27.num. 253.§.

DISPVTATIO.

PECCAT mortaliter laicus, qui diſputa
de fide.c. 11. num.26.in Nou.n.27.§.

Qui contra perſpicuam veritatem pe
contetionem altercatur circa pertinentia a
fidem vel neceſſaria ad ſalutem animæ, v
corporis, peccat mortaliter, aliâs tantùm v
nialiter.c.23.n.34.

DIVORTIVM. vide Matrimon.XI.

DOCTOR.

Magiſter & Diſcipulus.

Do

DOCTOR vel magister legens discipulis A
fabulas poëtarũ, admonere debet, Deos
illos esse falsos. cap. 11. num. 41.

Peccat mort. qui accipit gradũ immeritum
c. 25. n. 55. & qui dicit se habere gradum quo
caret, & qui notorius peccator prælegit in
scholis sacram Scripturam. nu. 56. 59. Itẽ qui
sciẽs, vel scire debẽs, docet falsa, vel subtilia
magis quàm vtilia, cum dãno illorum. n. 56.

Peccat etiam mortaliter qui inducit au- B
ditores alterius Doctoris, vt eũ non audiant
cum damno profectus eorum. Et qui subor-
nãdo curat, vt indignus cathedram accipiat.
nu. 57. Et qui habens publicum stipendium,
exigit aliquid ab auditoribus. num. 58.

Peccatque mort. qui notabiliter negli-
gens est in studendo, quando alitur alienis
expensis, vel redituum suorum Ecclesiasti-
corum. num. 59.

Peccat etiam mort. legum aut medicinæ
Professor, qui ad suam prælectionem admit-
tit religiosum, presbyterum, aut clericum
in dignitate Ecclesiastica constitutum, vt
eum audiat, & est excommunicatus. Idem si
quilibet, & cuiuslibet facultatis, etiã Theo-
logiæ professor admittat religiosum sine li-
centia Superioris eius, aut cum licentia sed
sine habitu. cap. 25. num. 55. §. 2.

Peccat etiam mort. magister, qui crudeli- D

ter castigat discipulum: quia solùm leui castigatio est ei permissa. Et, si discipulus fuerit clericus, magister erit excommunicatus. Secus, si percutiat sine ira, odio, vel malitia, aut percussio sit moderata, & ratione correctionis, & castigatus non habeat ordinem sacrum. cap. 25. num. 58. §. 7. & cap. 27. nu. 8.

Peccat etiam m. magister, qui discipulos simpliciores contemnit eo contemptu, qui notabile damnum honoris, aut bonorum illis ex iustitia legali debitorum inferat. cap. 25. num. 58.

DOLVS.

A DOLVS *est machinatio, seu circumuentio adhibita ad decipiendum alium.* ca. 17. 177. Differtque à fraude in hoc quòd dolus comprehendit circumuentionem verbo tantùm, vel facto tantùm, vel vtroque modo factam: Fraus autem eam quę tantùm facto. Ita quòd fraus inest dolo tamquam species suo generi. c. 23. n. 77. Quamquam dolus qui fit verbis tantùm, potest etiam vocari fallacia. cap. 17. num. 177. Tamen omnes sub nomine doli comprehenduntur. c. 23. num. 77.

B Dolus est duplex, verus & præsumptus. Verus dicitur, quando signa sunt manifesta; præsumptus verò, quando nō sunt talia. Ibi Nihil

Nihilominus dolus non potest probari, nisi per confessionem partis, vel coniecturas quoad forum exterius. cap. 17. num. 177.

Dolus & fraus ita inficiunt quemlibet cõtractum, quantumuis licitum, vt sit irritus, vel irritandus. ca. 19. n. 13. No. c. 20. num. 13.

C Dolus verus sæpenumero apud iurisperitos vocatur culpa latissima, & præsumptus culpa latior. Vnde qui reliquit noctu librum sibi cõmodatum in loco furibus frequẽtato, & perditus est, dicetur id dolo vero, & culpa latissima fecisse, scilicet, eo fine, vt liber perderetur: Quòd si interdiu reliquit illum in tali loco publico, & perditus est, dicetur dolo præsumpto, & culpa latiori ibi illum reliquisse. cap. 17. num. 177.

D Veruntamen posset fieri, vt coram Deo vtrumque casu fecisset sine vllo dolo: aut posterior fuisset dolo factus, & primus non. Vnde frequenter fit, vt qui in foro conscientiæ, & coram Deo caret dolo, præsumatur de eo in foro exteriori. num. 177. 178.

Omnis dolus & fraus est culpa. Vnde qui promisit indemnitatem alicui, de culpa cõmissa per famulum, tenetur de furto, aut damno ab eo dolosè admisso. num. 178.

E Dolus differt à culpa: nam dolus fit scienter, & studiosè, culpa verò ignoranter, vel negligenter. num. 178.

Hinc est quòd quælibet ignorantia etiam crassa excuset à dolo, nõ tamen à culpa simplici. cap. 27. num. 141.

Pactum quod fit vt depositarius non teneatur de dolo, est illicitum & nullum. cap. 17. num. 181.

Doli actio non datur ob omnem quantitatem, quæ mortalem culpam facit. c. 17. n. lit. E. in Nou. nu. 3. §. Non obstant.

Per dolum verò & fraudem peccat mortaliter qui in contractibus aut quasi contractibus afficit aliũ damno notabili. c. 23. n.

DOMICILIVM. Subiectio ratione domicilij maior est quàm ratione originis beneficij. Beneficium autem requirens residentiam personalem, confert domicilium. 27. n. 111. §. 3. versiculo, principaliter dico.

DOMINIVM.

A ILLVD dicitur dominium directum, quod habet is qui proprietatẽ rei habet sine V fructu. Illud verò dicitur dominium vti quod habet is qui, sine proprietate, habet ius fruẽdi re perpetuò, vel pro sua vita, vel plu aut saltem pro decẽ annis. c. 17. n. 174. &

B Lex non prohibet dominij translationem rei datæ alicui, ne maleficium faciat, sed tantùm concedit condictionem. n. 34.

Dom

Dominium rei furtiuæ permanentis in ſpecie, non tranſit in furem, ſed ſemper manet penes dominum. num. 94.

Dominium rei acceptæ in extrema neceſſitate non tranſit in accipientem. nu. 61. Neque omnis qui licitè vtitur re, fit Dominus eius. num. 62.

De dominio animalium, ferarum, auium, &c. vide Venatio. dominium per quos contractus transferatur. vide tit. contractus.

DOMINVS.

PEccat negligens ea quæ pertinent ad ſeruorum vel famulorum ſalutem ſpiritualem, & qui non curat docere illos doctrinam Chriſtianam, & qui negligit noſſe manifeſta peccata ſeruorum, vt corrigat. Item qui prohibet ſeruis ſuis matrimonium contrahere. cap. 14. num. 21. non tamen tenetur præbere conſenſum, nec concedere facultatem ad contrahendum. ibid.

Quomodo teneatur ſoluere ſalarium famulis. vide tit. Salarium. non poteſt atrociter punire ſeruum. cap. 14. num. 19.

DONATIO.

DOnatio à marito facta vxori, aut è contra poſt matrimonium contractum A

de præsenti,aut antè,pro tempore quo contractũ fuerit, non valet,& donator antequi moriatur,potest reuocare cùm libuerit,quãuis sit per tertiam personam & per modum remissionis debiti. exceptis his,quando imperator,aut Rex donat Imperatrici,aut Reginæ,vel vice versa.Et quãdo donatur pecunia pro restaurãdis igne absumptis. Et quãdo donator non fit pauperior ob talem donationem , quamuis recipiens ditior fiat.Et quando recipiẽs non fit ditior,quamuis donator fiat pauperior.Et quando donatur pro tempore , in quo matrimonium perficietur, scilicet vt res fiat alterius coniugis, quando alter morietur.Et quãdo donatio fit mortis causa, vt donatarius post mortem donatoris id habeat,dummodò in vita facultate reuocandi non se priuet.Et quando vxor marito donat ad aliquem honorem,aut dignitatem consequendam. Et quando maritus extante matrimonio vxori omnẽ dotẽ promissam, aut aliquam eius partem remittit. Remissio tamen alterius debiti non valet. Et quando maritus vxori suæ in mensem,aut annũ, aut quãdiu fuerit superstes pro victu suo,& suorũ,certũ quid pro æstimatione fructuũ dotis, & non amplius deputat.cap.17.nu.149.150.

B

Secluſis igitur his exceptionibus , ſtat quod dictum eſt priùs.

Donatio

Donatio facta à mutuatario censenda est libera, ex qualitate rei datæ, ex lucro, vel iactura dantis,& ex eo quod in tali casu poscebat virtus gratitudinis.num.209.

Donatio ab emente maioris iusto pretio facta in ipsa emptione cẽsetur coacta, secus si fiat post.cap.13. num.88.

Donatio non valet in foro conscientię,nisi fiat liberè,quáuis metus nõ sit tãtus,vt sufficiat ad inualidãdũ eã in foro exteriori.c.17. n.4. vnde talis donatarius tenetur restituere in foro conscientiæ.n. 15.de quo tit.metus.

Donare non possunt Abbates, Religiosi, moniales, serui, filij sub potestate patris. Possunt tamen filij donare cognatis,si liberam administrationem habẽt,& etiam aliis, ex bonis castrensibus,vel quasi castrensibus. Possunt etiam omnes supradicti cũ expressa vel tacita facultate superiorum.Quam tunc censentur habere maximè religiosi, & filij, qui cum eorum facultate student,vel peregrinantur, ad largiendas eleemosynas iuxta id quod alij scholastici suæ conditions faciunt,& etiam in casu extremæ necessitatis, imò & magnæ, si non patet aditus ad superiorem. cap. 17. num. 105. de facultate autem quam isti habent ad ludendum. vide tit. Ludus. lit. H.

Vxor,quæ præter dotem,non habet bona

paraphernalia, sine expresso vel tacito consensu viri donare nō potest, nec furiosus non habēs lucida interualla, nec pupillus absque tutoris auctoritate, nec prodigus, nec minor 25. annorū, quāquam huius donatio valebit, si post illos donationē ratam habuerit. Item non possunt donare personæ Ecclesiasticę de reditibus Ecclesiasticis, nisi ad opera pia vel modis positis. nu. 94. vide Beneficium I I I. A. Nec etiam hæretici rebelles: nec alij, quos ob sua crimina lex ipso facto priuat. Donatarij verò poterunt rem donatam retinere ante sententiam declaratoriam. num. 106.

E Donatio à patre facta filio existenti sub eius potestate non valet, nec è contrario, nisi in quinque casibus. I. Facta à patre in dotē aut matrimonium. I I. Mobilium facta pro bello. I I I. Vsusfructus quem in bonis filij aduentitiis habet pater. I V. Facta pro meritis, & seruitiis, in quantùm pater deberet dare alij extraneo pro similibus aliis meritis. Quæ in foro cōscientiæ, sufficit vt sint vera: sed in foro exteriori debent probari. V. In omnibus casibus, in quibus donatio à marito vxori suæ siue ab vxore marito facta, valet. c. 17. nu. 145. 146. Vnde donatio inter virum & vxorē, & donatio inter patrem & filium, communiter æquiparantur. num. 147.

Donatio excedēs quātitatē lege taxatā, nō

reſcinditur in totũ, ſed iuxta exceſsũ.n.147.

Donatio verò facta à marito de bonis mobilibus,ſine conſenſu vxoris,valet.num.155.

Pater nõ poteſt minuere legitimam filiis per veras donationes, nec contractus ſimulatos forma oneroſos, & re ipſa gratuitos: poſſunt verò per verè oneroſos, & per donationes remuneratorias etiam dando aliquid amplius vltra merita donatarij.cap.26.n.39.

Cui prohibetur donare ſimpliciter, non prohibetur donare ob cauſam. Vnde poteſt pater in vita largiri de ſuis bonis in veras eleemoſynas, & opera pia,pertinẽtia ad cultum diuinum,ad ſalutem animæ, & ſatisfactionem peccatorum.cap.26.num.39.

DOS.

PAter tenetur dotare filias etiam ſpurias. c.14.n.17. Legatũ verò quod pater relinquit filiæ cui debebat dotem, videtur relinquere in ſolutionem debiti.c.17.n.150.

Qui recepit dotẽ,&hęredes eius in caſu diuortij tenẽtur vxori viduæ,vel ſeparatę præbere aliměta,quæ ſalua dote dari poſsũt donec perſoluatur vxori. Iuſta autẽ sũt regionũ ſtatuta,quòd promittẽs dotẽ donec ſoluat,& maritus, & eius hæredes donec dotẽ reddãt, vxori viduę,vel ſeparatæ impendant certum quid ex centũ in ſingulos annos.c.17.n.213.

DVBIVM.

DVBIA ac generalia verba, aut differentem sensum habentia, in meliorem potiùs interpretanda sunt. Præl. 5. num. 5. Nou. 5. num. 8.

Ad peccandum non sufficit dubitare in communi, an hoc liceat, sed requiritur dubitare hîc, & nunc in particulari. Præl. 9. n. 9.

In dubio obedientia excusat à peccato. cap. 17. num. 201. Qui dubitat non iudicat, nec assentitur: secus de eo qui opinatur. cap. 27. num. 275. potest quis dubitare quantùm ad vnum effectum, & non quantùm ad aliũ. cap. 22. num. 54.

DVELLVM.

DVELLVM est illicitum, & habet annexam excommunicationem, nisi in duobus casibus. I. Quando rex iniustè impugnatus, est inferior viribus ad prælium. II. Quando quis falsò accusatus præuidet se passurum mortem, nisi cum accusatore duellum acceptet. cap. 11. num. 39. cap. 15. num. 9.

Duellum acceptatum sola causa ostendendi vires, illicitum est; secus, si acceptetur ad

ad consulendum belli victoriæ, honori & reputationi fortitudinis.cap.15.num.24.lit. B.Nou.num.27.§.Dubium.

Acceptantes duellum etiam sine patrino,& solennitate ; & domini locorum, non impedientes excommunicantur.additum in Nou. cap.27. num.150. Quocirca vide in hoc Comp. ipsa verba Pontificis. tit. Excommunicatio VI.§. VI.lit.I.

EBRIETAS.

EBrietatis vitio peccat mortaliter, qui sciens inebriat, vel procurat alium inebriari. Secus, si id faciat ex ignorantia qualitatis potûs, vel ex inaduertentia nimietatis.cap.23.num.122.

Peccat etiam mortaliter, qui sciens aut scire debens se tali, vel tanto potu solere inebriari, & nihilominus eum bibit,credens se non inebriatum iri, & tamen inebriatur. Non quòd iteratio potuum, aut actûs ex veniali faciat mortale, sed quia consuetudo facit, vt ille scire debeat, se eiusmodi potu inebriatum iri:quod satis est, vt inebriando se,peccet mort. Ibidem.

In semiebriis est imperfecta libertas iudicij sufficiens ad veniale, non tamen ad mortale.

mortale. Præl. 9. n. 10. No. n. 11. & c. 11. n. 4.

ECCLESIA.

A ECclesia dicitur polluta in sex casibus. 1. Quando intra eam effunditur iniuriosè sanguis humanus, vel datur causa naturalis talis effusionis, aut mortis. Secus si extra Ecclesiam etiam desuper in tecto, vel subter speluncam. Non sufficit aliquarum guttarum sanguinis emissio: nec percussio quæ non sit mortifera sine sanguinis effusione, quamuis carnes contundat, aut frangat ossa. cap. 27. num. 251. Nouo n. 257.

B Non sufficit fieri sanguinis effusionem ob iustam defensionem, nec effusio facta per furiosum iudicio carentem. Sufficit tamé vulnus infligi intra Ecclesiam, quamuis sanguinis effusio non fiat intra, & quamuis sanguis recipiatur in aliquo vase. Nec etiam sufficit quòd sanguis effundatur in Ecclesia, si vulnus fuit extra eam inflictum. Sufficit suffocare aut aliàs intra Ecclesiam hominem occidere sine sanguinis effusione. Item sufficit effusio sanguinis ob fidem catholicam vulnerati. Ibidem.

C Non sufficit percussio aliquo telo misso ab existente in Ecclesia contra existentem extra eam. Sufficit tamen mors, vel effusio facta

facta in Ecclesia, per tormentum aut telum foris missum.

II. Casus est per voluntariam effusionem humani seminis, siue viri, siue fœminæ, siue iuxta cursum naturalem, siue contra, imò per coniugalem copulam. Non sufficit tamen emissio facta in somnis. III. Casus est quando in Ecclesia sepelitur excommunicatus. IIII. Quando sepelitur infidelis. V. Quando Ecclesia consecratur aut benedicitur per Episcopum publicè excommunicatum. VI. Quando Ecclesia taliter renouatur, quòd omnes parietes, vel maior pars diruuntur. ca. 27. num. 253. Nouo 257. 258. D

Per Ecclesiam autem quoad effectum, vt maneat polluta, intelligitur etiam ea quæ non est consecrata. num. 251. Nouo 256. E

Ecclesia existente polluta cæmeterium ei contiguum etiam est pollutum, non tamen è contrario. num. 253. Nouo num. 258.

Nulla occulta Ecclesiæ pollutio impedit celebrationem in ea, dum manet occulta, impediet tamen, vbi primùm publicari, aut diuulgari inceperit, maximè effusio sanguinis, aut seminis. num. 251. Nouo num. 256. F

Peccat verò mortaliter qui celebrat in Ecclesia polluta sanguine, vel semine humano,

mano, non tamen erit irregularis. cap.25. num.83.

G Reconciliatio autem Ecclesiæ consecratæ debet fieri ab Episcopo, & cum aqua benedicta à se, vel ab alio Episcopo. Sed reconciliatio non consecratæ potest fieri à presbytero, cum aqua à se ipso benedicta. Non tamen sufficit reconciliatio, quando est Ecclesia polluta ob infidelem in ea sepultum, sed etiam radendi sunt parietes. Sufficiet verò reconciliatio, si aliquis excommunicatus fuit sepultus in Ecclesia. cap.27. num.251. 252. Nou.256. 257.

Ecclesiæ libertas in quo consistat. vide tit. excommunicatio 6.§.4. in fine.

ELECTIO.

ELigens indignum, ex quo malæ gubernationes oriuntur, vnum peccatum committit. cap.11. num.4.

Moniales & monachi qui nullum ordinem habent, facientes tempore interdicti officia prohibita clericis, peccant mort. & licèt non sint irregulares, fiunt tamen inhabiles ad electionem actiuam & passiuam. cap.27. num.187. Similiter etiam religiosi, qui dimittentes habitum suæ religionis ad eam

eam redire sunt coacti priuantur huiusmodi electione & quolibet alio priuilegio suæ religionis. num. 133. ignorantia non facit validam electionem eius qui aliàs est incapax. num. 271. dict. 8. de Papa electo. vide tit. Papa. cap. 27.

ELEEMOSYNA & Misericordia.

MISERICORDIA est *virtus inclinans ad miserendum, patienti aliquod malum ad subueniendum ei.* cap. 24. num. 2. Cuius actus vocantur etiam opera & actus charitatis, quia ex amore proximi procedunt, & immediatè ex misericordia. num. 3.

Vocantur etiam eleemosynæ: sùntque aliæ corporales, vt visitare infirmum, pascere esurientem, potare sitientem, redimere captiuum, tegere nudum, colligere hospitem, aut peregrinum, sepelire mortuum: aliæ verò sunt spirituales, vt docere ignorantem, consulere consilio indigentem, consolari tristem, remittere offensam, onerosum sufferre, peccantem corrigere, orare pro viuis, & mortuis. num. 4.

Actus ergo misericordiæ spirituales me-

liores sunt quàm corporales, idem de eleemosynis spiritualibus.num.5.

Omnia tamen opera misericordię corporalia & spiritualia sunt sub consilio,duobus casibus exceptis. I. Quando quis habet superflua naturæ, & occurrit proximus extremè indigens. I I. Quando quis habet superfluum naturæ, & status, & occurrit proximus egens necessariis ad statum. Et in his duobus casibus sufficit dare mutuando vel commodando. Superfluum autem naturæ est,quod supereſt demptis necessariis ad vitam suam, & suorum. Superfluum statûs est quod supereſt deductis necessariis ad vitam & decentem statum,habita ratione casuum non omnium, qui contingere possunt, sed eorum qui probabiliter timeri vel expectari possunt. cap. 24. numer. 5. & §.V. Nouo num.5.6.

Necessarium autem ad decentiam statûs non consistit in indiuisibili. Et sæcularis congerens pecunias ad ascendendum in altiorem statum ad quem est idoneus,non dicitur habere superflua statûs. ibid.§.6.Nouo num.6.

Nemo tenetur ad eleemosynam de necessariis ad suum decentem statum nisi extremè indigenti.num.7. Neque diues sæcularis potest cogi ad erogandam eleemo-

synam

synam.cap.23. num.73.

Imò neque tenetur diues quærere pauperes, sed sufficit vt occurrentibus det eleemosynam. Præl.7.num.13. in Antiq. nam de Nouo demptum est ibi: habetur tamen.cap. 14.num.9. Nisi ei ex officio incumbat quærere pauperes.cap.24. num.9.§.Circa.

Ecclesiasticus autem qui congerit pecunias ad altiorem gradum ascendendum, aut in tot fines in quot sæcularis potest, superflua status habere dicitur.; Non enim potest instar sæcularium coaceruare pecunias. nu. 6.§.6.

Peccat mortaliter Beneficiarius, qui ex reditibus Ecclesiasticis non erogat superflua, piis operibus, vel pauperibus, quia facit contra iustitiam. cap.23.num.74.

Qui non dat eleemosynam extremè indigenti, non tenetur restituere illam, nec damnum inde sequutum. cap.24. num.7.

Peccat verò mortaliter qui aliquid ex operibus misericordiæ corporalibus non præstat extremè indigenti, & occurrenti. Item non redimens captiuum, saltem mutuando, quem credit aliàs iniustè occisum iri. Non tamen tenetur sub mortali, si ei ex officio non incumbit in carceribus, & hospitalibus, aut aliis locis quærere extremè indigentes, ad subueniendum, neque mor-

tuos insepultos ad sepeliendum. Item peccat mort. qui licèt non extrema necessitate, saltem magna oppressio non præbet eam opem, quam commodè potest, credens neminem alium ei laturum. num.9.

Peccat etiam mort. qui non facit eleemosynam spiritualem, aut aliud quippiam ex operibus misericordiæ spiritualibus, extremè indigenti quoad salutem animæ, etiamsi non possit absque iactura vitæ. cap. 24. num.9. Patitur autem hanc extremam necessitatē peccator fidelis proximus morti, qui credit se quauis attritione saluum fore,& ideo sistit in attritione. Talis enim indiget extremè doctrina vera de contritione. Ibidem. paruuli etiam Christianorum qui morti proximi existunt apud infideles, vel apud fideles,nescientes baptizare, sunt in extrema necessitate spirituali. ibid.

Qui non est parochus, nec prælatus, non tenetur cum probabili periculo vitæ visitare morbo contagioso infectos, & in extrema necessitate corporali constitutos: secus si tali morbo infectus sit in extrema necessitate spirituali. num.10.

Nullo statuto, voto, vel præcepto humano excusatur homo à subueniendo extremè indigenti. num.11.

Extrema etiam necessitas est Reipubli-

cæ,

cæ, quando contra eam parantur proditiones, & coniurationes, & in hoc casu tenetur etiam clericus, & religiosus succurrere ei, scilicet detegendo proditiones, & coniurationes, & etiam ipsos coniuratores: Et non fiet irregularis, quamuis illi morte plectantur: dummodo id faciat cum protestatione, se id facere, vt periculo imminenti obuietur sine sanguinis pœna. ibid. num. 11.

Proximi autem extrema necessitas dicitur, non solùm quando quis iam agit animam, sed etiam quando sunt indicia probabilia animam acturum, nisi ei subueniatur. Atque ratione extremæ necessitatis, non tenemur subuenire existenti in periculo amittendi honorem. num. 5. Bene tamen alia ratione. num. 17.

Quamuis autem nemo regulariter teneatur sub mortali præstare opera misericordiæ corporalia, nisi extremè indigenti, tenetur tamen bouem proximi errantem reducere, quamuis proximus non extremè indigeat illo. & ratio est, quia illic agitur de dando egenti, hic de impediendo damno. num. 22.

Quas eleemosynas possit vxor facere, qualve Religiosus: vide tit. Vxor. lit. C. & Religiosus. IIII.

EMPHYTEVSIS.

A HABENS rem propriã Eccleſiæ in emphyteuſim temporariam, vel perpetuam, & per duos annos penſionem, nõ ſoluens ipſo facto eam perdit, niſi mora purgetur celeritate ſolutionis. Si verò prædium eſt priuatæ perſonæ, non perditur: niſi omittat ſoluere per tres annos: non tamen poteſt purgare moram. Quòd ſi retineat penſionem propter compenſationem, non perdit.

B Quando dominus directus prædij accipit in pignus prædium emphyteuticum, non tenetur computare fructus in ſortem. num. 218.

Donans emphyteuſim non tenetur ſoluere laudemium in foro exteriori, imò nec in interiori. cap. 23. num. 65.

Amiſſio verò emphyteuſis ipſo iure incurſa poteſt eſſe in pendenti. num. 104.

EMPTIO, ET VENDITIO

I. Quo ad pretium.

A PRETIVM iuſtum *rerum eſt pretiũ pecuniarium, quo communiter æſtimatur res valere, attenta eius bonitate intrinſeca, & vtilitate vendentis, loco, tempore, penuria, vel copia illius,*

illius, & emptorum, ac venditorum. Vnde iustum pretium sumendum est ex præsenti tantùm æstimatione præsenti pecunia. Atque pretium quidem taxari potest etiam à Domino oppidi deficiente communi æstimatione, & gubernatore. cap. 23. num. 78. vilitas ex parte vẽdentis potest augere pretium non tamen ex parte ementis, ibidem.

Pretium iustum triplex est, rigorosum, B
medium, & infirmum. num. 79.

Modus etiam vendendi solet augere, vel minuere pretium. num. 78. 87.

Emptores non peccant expectantes tempus, vel locum, in quo res viliùs vendantur. num. 79.

Proloquium illud, *Tantùm valet res quantùm vendi potest*, C
intelligitur de pretio, quo vendi potest in illo loco, tempore, & modo vendendi præsenti pecunia. num. 80.

Emptio lanarum minoris ob anticipatam solutionem est illicita. num. 81. Idem de venditione mercium in magna quantitate delatarum per mare. Res enim non potest cariùs vendi credita pecunia, nec viliùs anticipata solutione. num. 82.

Qui verò credita pecunia vendit cariùs quàm præsenti, animo tamen non recipiendi excessum, si recuperet debitum absque expensis, videtur peccare, nisi occurratur

huic periculo, tradendo ſcripturam ſubſcriptam emptori.nu.84. vide etiam ſuprà contractus lit.E.vbi hoc magis explicatur.

E Quando contingit deceptio vltra dimidium iuſti pretij, debet reſcindi contractus, vel pretium ſuppleri,vel minui.num.84. Et ad reſciſſionem hãc requiritur probare rem valere plus dimidio in illo loco,tempore,& modo vendendi,quo vẽdita fuit.Quæ reſciſſio non ſolùm habet locum in emptione,ſed etiam in aliis contractibus bonæ fidei.num. 85.ſed aduerte hoc implicitè contineri.ibid. non explicitè.

F Qui decipit vltra dimidium iuſti pretij, difficilè conuinci poteſt apud iudices Eccleſiaſticos.Ibidem.

Pactum de retrouendendo licitum eſt,& diminuit pretium, ſeu de pretio. num.86. cap.17. num.247. Nou. 248. Vnde ratione prædictæ deceptionis cõſiderandum eſt huiuſmodi pactum, in reſciſſione contractus. cap.23.num.86. diminuit autem frequenter tale pactum quartam partem pretij vel ampliorem.ibid.

G Qui emit cum pacto retrouendendi, non tenetur reſtituere fructus interim perceptos,niſi à tempore moræ, quam committit ſimul ac non accipit pretium congruo loco, & tempore oblatum, & iuſtè poteſt ſta-

tim

tim locare venditori honesta pensione. cap. 17.num.247.Nou.248.

Ad hoc, quòd pactum de retrouendendo H
sit licitum,requiritur primò,quòd simulatio absit. Secundò, ne fiat pactum,quo redemptio fiat maiori pretio quàm facta est: non tamen requiritur,ne fiat pactum,quòd vltra certum tempus res non possit emi. Hoc autem non habet locum in censibus. cap.17. num.248.& in Nou.249.

Pretium mercium crescit propter multi- I
tudinem volentium eas emere iustè,non autem propter multitudinem volentium iniustè.num.283.lit.K.in Nou.num.295.

Qui vendit triticum maiori pretio notabiliter quàm sit taxatum à republica, peccat mort.& tenetur restituere,nec à peccato excusat pœna statuta in edicto taxante pretium, nec donatio à venditore facta in emptione,quia præsumitur coacta: secus si fiat post emptionem.cap.23.num.88.

Taxatio à republica facta circa triticum L
obligat etiam clericos. Idem quando limitatur pretium rei collectæ in illa ciuitate, & non aliunde asportata: nam hæc limitatio obligat etiam clericos. Rarò tamen ponenda est huiusmodi taxa, & limitatio.num.88.

Qui vendit rem pretio taxato compellando emere aliquid aliud quadruplo ma-

iore, quàm valet, peccat. Ibidem.

M Qui sciens emit vili rem pretiosam ab ignorante, peccat mortaliter. Idem si vendit vile pro pretioso, & tenetur restituere. num. 89. Idem de vendente rem, quam scit vitiosam, non declarando vitium occultum. Nec sufficit dicere se nolle teneri de aliquo defectu, & quòd vendit cum omnibus suis defectibus. cap. 23. num. 88. Non tamen peccat si ignorat defectum, sed postquam sciuerit,

N tenetur resarcire damnum. Nec tenetur declarare vitium manifestum, nec etiam occultum emptori non notabiliter damnosum; nec tale, propter quod desineret emere, licèt ægriùs esset empturus. Et post venditionem tenetur admonere huiusmodi vitij. Idem de vendente rem, quam sciebat statim corrumpendam ementi ad diu seruandum. num. 89.

Qui tempore Messis immoderatè triticum emit, vt caritatem inducat, peccat mortaliter: secus si alio fine. Qui verò pretio rigoroso vendit merces egenti, volentique eas statim reuendere, non peccat. Non tamen decebit illum illas reemere, nisi secretissimè id faciat: licebit nihilominus in rigore, vel emere iusto pretio mediocri, vel pio minori rigoroso, si maius non inueniretur. num. 91.

Qui

Qui iussu alterius emens aliquid dicit pluris emisse, vt illud plus sibi retineat, peccat, nisi pro impensis necessariis acceperit, aut venditor donauit ipsi, & non ei pro quo emit. cap. 17. num. 96. qui recipiens alienam rem ad vendẽdum, pretiosiorem reddit, cùm ad id non teneretur, potest excessum sibi retinere. num. 99.

Vendens triticum paratum ad seminandum, & non habens aliud simile, potest carius vendere. Habens verò aliquid, quod communiter nec sibi nec aliis valet plusquã decem, non potest alteri pluris vendere, quamuis illi multò plùs valeat. nu. 211. Nam vtilitas ex parte vendentis potest augere pretium, non tamen ex parte ementis. c. 23. num. 78. Q

Aliquando tenetur mercator vẽdere minoris, quàm emit. cap. 17. num. 228. & num. 243. §. 97.

EMPTIO II.

Quo ad res vendendas.

Emens bona fide à non Domino, tenetur postquam resciuerit, reddere vero domino, etiam non recuperato pretio. cap. 17. nu. 8. Si tamen compareat venditor, poterit illi reddere, & pretium recuperare. Nec videtur A

cooperari peccato venditoris in retinendo alieno.num.9.& 84.

B Peccat mort. qui vendit aliquid amissum ipso iure propter hæresim, vel crimen læsæ maiestatis emptori ignoranti,& non admonito. Nisi crimen esset ita occultum,vt probabiliter crederet vendens, numquam detegendus.cap.23.num.89.

Emi possunt merces futuræ etiam nondum natæ,imò & spes earum.num.163.

C Qui commodat ballistam ei, qui cum alio rixatus est, & petit eam irato animo, dat ei occasionem peccandi. Idem de vendente eam, vel lanceam, vel ensem. cap.14. num.31.E.in Nou.num.38. Vnde,qui vendit arma ei, quem scit emere ad nocendum iniustè, vel ad bellum, quod scit iniustum, vel dubitat, & non est subditus Principis inducentis bellum,peccat mort. Secus si est subditus.nam iste potest deponere dubium.cap. 23.num.90.

Qui ob iustum lucrum vendit chartas lusorias,taxillos, fucos,& alia huiusmodi,sine consensu in peccatum inducendi, non peccat.Colligitur ex resolutione.cap.19.nu.14. in Nou. cap.20. num.16.vide etiam cap.23. num.90. vendens tenetur de euictione. cap. 17.num.8.

EMPTIO III.

Quoad locum, tempus & personas.

MORTALITER peccat qui emit, vel vendit frangendo festum. cap. 23. numer. 92.

Gubernator potest aliquos designare, vt soli vendant certi generis merces obligando eos ad id. Ibid.

Peccat mortaliter qui ad terras infidelium res vetitas, præsertim arma &c. exportat: & est excommunicatus per bullam cœnæ. num. 93.

EPICEIA, seu Epiceia quid sit vide. tit. Scrupulus. litt. F.

EPISCOPVS.

PROMOTVS in Episcopum tenetur intra tres menses consecrari, aliàs perdet fructus ipso iure; & intra alios tres, perdet Episcopatum. cap. 25. num. 118.

Episcopus potest celebrare ante lucem. num. 85. Tenetur iure diuino prædicare, & residere personaliter in sua diœcesi. nu. 121.

A quacumque excommunicatione reseruata Papæ potest absoluere Episcopus, quando

quando iusto impedimento nõ patet recursus ad Papam, vel ad eius Legatum, vel alium habentem priuilegium ad absoluendum. Quòd si pateat aditus ad legatum, vel ad habentem priuilegium, non poterit tunc absoluere Episcopus, quamuis ille excommunicatus non possit adire Papam. cap. 27. num. 90.

C Quantum autem temporis debeat durare impedimentum vt dicatur iustum: respondeo, primò, non habendam rationẽ temporis requisiti ad accessum ad Pontificem: sed tẽporis requisiti ad discessum à loco, in quo absoluendus residet. Respõdeo secundò, sufficere tantum temporis quantum necessarium est à discessu vsque ad accessum ad Pontificem. itaque si à discessu ad accessum requiritur spatium trium mensium, & habet impedimentum quo per tres menses non possit incipere iter ad Pontificem, dicetur iustum impedimentum. num. 90. in principio. Quòd si impedimentum fuerit falsum, absolutio erit nulla. Et si absolutus cessante impedimento non arripit iter ad Pontificem reincidit. num. 90.

D Iustum autem impedimentum est habere curam animarum, & timere eas passuras magnum detrimentum propter eius absentiam, nisi posset substitui vicarius idoneus.

Iustum

Iustum etiam est non posse adire Pontificem, nisi relinquendo vxorem, & filios in necessitate extrema, vel valde magna. Et licèt quis pro absolutione mittere possit, sufficit tamen non posse adire Papam, vt dicatur habere iustum impedimentum, & possit absolui ab Episcopo. Ibid. De aliis personis huiusmodi impeditis, quæ sint, & quomodo eas possit absoluere Episcopus, vide Absolutio. IIII.

Sed huiusmodi impediti non possunt absolui à simplici Sacerdote, quamuis Episcopus vel Nuncius renuant absoluere. nu. 90.

Episcopus non dat iurisdictionem confessario suo, sicut dat Papa. additum in Nou. cap. 27. num. 260. §. 5.

Episcopus non recipit iurisdictionem aliam iure diuino quàm illam, quæ datur ei à Papa mediatè vel immediatè. Additum ibidem. num. 263. in fin.

Reliqua ad Episcopum pertinentia, vide in tit. Dispensatio, Excommunicatio. Ordo, Residentia.

Vtrùm verò possit absoluere ab hæresi, vide tit. Hæreticus.

EVNVCHVS. vide Irregularitas.

EVCHARISTIA I.

In se.

EVCHARISTIA est *Sacramentum continens sub specie panis, & vini, vel alterius eorum, verum corpus, & sanguinem Christi.* cap. 22. num. 10.

Concil. Trid. sess. 13. sub anathemate definiuit circa Eucharistiam hæc sequentia.

I. *Verum corpus & sanguinem Iesu Christi contineri realiter in hoc Sacramento.* II. *Nihil substantiæ panis, vel vini remanere post consecrationem.* III. *Sub qualibet specie, & sub qualibet parte separata contineri totum corpus & sanguinem Christi.* IV. *Esse idem corpus & sanguinem Christi in hoc Sacramento non solùm dum sumitur, sed etiam ante, & in hostiis consecratis quæ reseruantur post communionem.* V. *Remissionem peccatorum non esse fructum eius.* VI. *Esse adorandum latria.* VII. *Esse celebrandum peculiare festum illius, deferendúmque in processionibus: & proponendum populo vt eum adoret.* VIII. *Sumi totum Christum realiter in Communione.* IX. *Adultos teneri communicare saltem semel in anno.* X. *Qui celebrat posse se ipsum communicare.* XI. *Non sufficere solam fidem ad bene communicandum.*

Qui

EVCHARISTIA II.

Quo ad obligationem.

DECENS est consuetudo, vt pueri priùs vno vel altero anuo incipiant confiteri, quàm communicare. Quod etiam est verum in articulo mortis. Bonum tamen consilium esset tunc communicare, nisi iudicium esset valde puerile. cap. 21.n.33.57.

Tenetur quis communicare in Paschate, vel octo dies ante, vel post. Excusatur tamen qui id differt ex licentia Confessarij. Excusatur etiam excommunicatus, interdictus, vel suspensus, dummodò procuret absolutionem. Qui verò degit in aliqua regione, vbi est consuetudo legitima, & præscripta, vt communicando in quolibet die Quadragesimæ satisfaciat huic præcepto, sufficit vt conformet se tali consuetudini. num.45.

Qui non communicauit in Paschate, tenetur postea eodem anno quàm citiùs possit communicare. Idem dicendum de Confessione semel in anno facienda. ibidem.

Peccat mort. pater, tutor, vel herus, qui notabiliter negligit procurare, vt filij, pupilli,

pilli, vel famuli, domi suæ viuentes non communicent, quando tenetur. Et prædicti qui aliena cura gubernantur, & eorum monitionem expectant non peccant, donec moneantur. quamuis curam eorum gerentes peccet monendo tardiùs quàm par est. n. 57.

Peccat mort. monachus sancti Benedicti qui non communicat semel in mense. Idem de Moniali cuiuscumque ordinis. Ibidem. §. 13. In Nouo num. 59.

Potest ob aliquam causam Eucharistia denegari damnatis ad mortem. Aliquando enim expedit, vt non differatur executio sententiæ. cap. 25. num. 23. vt dicetur. tit. Iudex.

EVCHARISTIA III.

Quo ad vsum & ritum.

A CONSILIVM est non communicare statim post confessionem longi temporis. cap. 21. num. 41.

Peccat mortaliter qui communicat credens, vel credere debens, se esse in peccato mortali. cap. 21. num. 46.

Debet autem id credere, qui id ignorat ex ignorãtia affectata, imò & crassa: secus de illo, qui adhibita diligẽtia nullius culpæ mortalis conscius est, siue ignorantia sit iuris, siue

siue facti. Sed vt quis rectè communicet, nõ requiritur quòd sciat se esse in gratia Dei, satis est id probabiliter credere. n. 47.

Peccat mort. qui habens copiam confes- B
soris communicat ante confessionem mortalium, quamuis sit contritus. n. 49. Imò qui etiã disputando defenderet huiusmodi contrito licere sine confessione communicare, peccaret mort. & esset excommunicatus. n. 10. Secus tamen de illo qui non habet copiá confessoris, quam non habet, qui non potest sine scandalo confiteri, aut relinquere communionẽ: sicut Sacerdos, qui inchoata missa recordatur alicuius peccati non confessi, aut qui iam venit cum aliis, & paratus est ad cõmunionem, & recordatur alicuius peccati mortalis, nec potest decenter ante communionem confiteri, nec abstinere à cõmunione sine nota, poterit tunc celebrare, vel communicare. Sed tenetur postea quàm citissimè potuerit confiteri. c. 2. n. 8. Nouo nu. 10. & cap. 21. nu. 49.

Peccat mort. qui cùm sit excõmunicatus, C
interdictus vel suspensus à communione, communicat: nisi quãdo huiusmodi censuræ essent nullæ, vel iniustæ, & secretò cõmunicat, vel in terris vbi id ignoratur. c. 21. n. 48.

Qui intra vnum diem naturalem post habitam copulam carnalem, vel pollutionem

illicitam, si præmissa confessione, humiliter accedat ad Eucharistiam, non peccat. & multò magis procedit in eo qui absque culpa passus est pollutionem. cap. 21. num. 51.

Peccat mort. qui communicat post sumptionem cibi vel potus. n. 58. Non tamen impedit deglutire reliquias cibi diei præcedentis dentibus insertas; aut lauando os, aliquam guttam aquæ, vel particulam alterius rei, vel etiam gustando ius seu vinum tanquam saluam: nec impedit sumere cibum, parum ante mediam noctem, quāuis posteà nec dormiat nec digerat. n. 53. De celebrāte, vide Missa.

Infirmus sequentem diem commodè expectare non valens, potest etiam nō ieiunus communicare. Sacerdos autem non ieiunus non potest celebrare, vt communicet infirmum non potentem expectare sequentem diem, nec etiam id potest ad vitandū scandalum, quamuis accedat præceptum Superioris inferioris Papa. num. 53.

Non peccat Sacerdos qui non celebrans sed cōmunicās, suscipit Eucharistiā sine stola, & super pelliceo. Peccat verò m. qui plures quàm semel eodē die communicat. Ide de celebrāte nisi in certis casibus. n. 54. Quæ vide in hoc Comp. tit. Missa. 111. G.

Peccat mort. laicus, vel clericus, qui non celebrando communicat sub vtraque specie.

Qui

Quocirca Concilium Trid.sess.21.ca. 1. damnat sub anathemate,dicentē, *Christi fideles teneri præcepto diuino ad Communionem sub vtraque specie,aut Ecclesiam errasse,statuendo, vt laicus, & clericus,non conficiens, sub specie tantùm panis communicet.* Item.c.3.& c.4.definit, *hæreticum esse qui dixerit totum & integrum Christum sub vna tantùm specie non sumi,aut Paruulos vsu rationis carentes ad communionem obligari.* c.21.n.59.

Eucharistia potest ministrari infirmo alienato à iudicio mētis per phrenesim,vel aliâs, qui antea signa contritionis ostendit,quāuis nō fuerit cōfessus per multos ann.c.26.n.27.

Frequenter communicare licitum est, & melius quàm contrarium,idque de se,quamuis per aliquam circumstantiam posset fieri,vt contrarium sit melius per accidens. Et qui ex frequentatione sentit in se maioris deuotionis feruorem erga Deum, & reuerētiam erga hoc Sacramentum, debet illam frequentationem vlteriùs prosequi; sin minùs,debet aliquandiu abstinere.n. 59.

EVCHARISTIA. IIII.

Quo ad Ministrum.

PEccat mort.parochus,qui subdito publicè,& tempore à iure statuto petenti A

communionē denegat eam propter peccati occultum auditum in confessione, à quo ei non absoluit. Si tamē peccatum est publicū & notorium,& ille verè pœnitet,poterit secretò illum communicare:nō tamē publicè donec publicè pœnitētiā agat,vel ipse ex licētia pœnitētis publicet eū pœnitere,vel alia via cōstet de eius emēdatione vitę.c.21.n.51.

Præterea si nouit extra confessionem peccatum occultum denegare non potest communionem publicè petentī. Bene tamen petenti in secreto, quamuis tempore debito postulet. Petenti autem tempore in quo non tenetur iure Communicare debet negare etiam & quando peccatum occultum nouit extra confessionem.cap.25. num.56.

Peccat mort. qui recipit Eucharistiam ab eo,qui non est proprius parochus,nec superior,absque eiusdem licentia expressa, vel tacita,vel priuilegio,etiam extra Pascha,etiā in mortis articulo,etiam si sit religiosus.Nisi ignorantia excusetur,vel nisi talis esset persona,tempus,vel causa,vt probabiliter credi possit quòd parochus contentus foret si id intelligeret. num.52.

Fratres Minores,& qui eorū vtuntur priuilegiis, possunt ministrare Eucharistiā sæcularibus quouis anni die, excepto solo die Paschatis.Quod etiam denuò,& peculiariter

concel

concessum est Patribus Societatis IESV. Verumtamen illa exceptio tantùm habet locũ de sola communione primi diei Paschatis, siue fiat ad satisfaciendum, siue non. Ibidem.

EVCHARISTIA V. Quoad effectum. Hoc Sacramentum aliquãdo remittit mortale. cap. 21. num. 47.

EVICTIO. Vendens rem alienam bona fide, tenetur emptori de euictione. c. 17. n. 8. Nouo num. 9.

EXAMEN.

EXAMEN prærequiritur ad confessionem, & si desit, cõfessio est nulla. c. 9. n. 13. c. 16. n. 14.

Debet autem esse huius examinis diligẽtia tanta, quanta viro prudenti, & æstimatori humano videbitur necessaria hominibus eiusdem qualitatis, & conditionis, cuius est pœnitens, attenta saltem ipsius voluntate, qua cupit interrogari, & de interrogatis respondere. c. 9. nu. 13. Nouo num. 16.

Confessor autem attendens examen non præcessisse debet pœnitentem remittere, vt postea redeat, nisi vrgeret articulus mortis, vel periculum, vt belli, & alia causa. Ibidem. Quando verò aduerterit confessiones esse iterãdas, admoneat pœnitentẽ, vt postea

redeat post examinatam conscientiam, idque si per tempus licet. cap. 10. n. 3.

EXCOMMVNICATIO Primò in se.

A EXCOMMVNICATIO *est censura Ecclesiastica qua priuat vel communione Sacramentorum tantùm; vel Sacramentorum, & hominum.* c. 27. num. 1.

Excommunicatio, Suspensio, & interdictum in nouem conueniunt. num. 164. Quæ vide in hoc Comp. tit. Interdictum. I. D. ibidem & differentias.

B Excommunicatio est duplex, maior & minor. Minor priuat participatione passiua omnium Sacramentorum: Maior verò priuat participatione actiua, & passiua tam Sacramentorum quàm hominum. n. 1.

C Excommunicatio rursus est duplex, generalis & specialis. num. 2.

Excommunicatio *lata à iure est lata generaliter à canone, constitutione, vel statuto:* Lata verò ab homine est, *quam iudex generaliter fert in eum qui hoc, vel illud fecerit, vel non fecerit.* Atque lata ab homine expirat mortuo vel amoto eius latore, secus lata à iure. cap. 27. num. 2.

Excommunicatio autem lata ab homine in

in dubio intelligitur de maiori. num.1. Lata verò in mandatis visitationum,non est à iure sed ab homine. num.2.

Excommunicatio purè lata non potest esse pendens secundùm ius antiquum, quod tamen potest tolli per nouum.c: 23.nu.104.

Excõmunicatio quędam est iusta,quædam verò iniusta. *Iusta est quam fert is qui potest, propter quod, & quomodo debet. Iniusta est,quã fert is qui nõ potest,aut aliter & ob aliud quàm debet.*cap. 27.num.2.3. D

Nihilominus tamen iusta vel iniusta timenda est.num.3.

Excommunicatio iniusta ex defectu causæ solùm operatur in foro exteriori.est tamen vera excommmunicatio, imò etiam operatur in foro interiori,quantum ad effectum peccandi, qui non euitant eum, si sciunt esse excommunicatum,& ignorãt iniustitiam excommunicationis.Ibidem. vnde non priuat à perceptione Sacramentorum, secretò vel in terris, vbi excommunicatio ignoratur,colligitur euidenter ex cap. 21.n. 48.vbi id cõcedit de sumptione Eucharistię.

Excõmunicatio iniusta est nulla in multis casibus. I. Quando excommunicans non est iudex. II. Quando fertur contra tenorem priuilegiorum. III. Quando fertur post legitimam appellationem. IIII. Quando

continet intolerabilem errorem. V. Quãdo excommunicator excommunicat participantes cum excommunicato à se, non nominando eos expresè, trina monitione præmissa cum interuallo aliquorum dierũ. Nec obstat consuetudo in contrarium. Secus si detur contra participantes cum excommunicatis ab alio. Quod quidem verificatur in participantibus cum excommunicatis per constitutionẽ Synodalem, eo quòd non sunt confessi in Quadragesima ante Pascha. hoc enim non datur contra participantes cum excõmunicatis ab ipso denunciante. denuncians etenim non excommunicat, sed declarat. cap. 27. nu. 4.

Excommunicatio lata sine canonica monitione, vel solo verbo valida est. numer. 8. & 11.

Peccat verò mort. qui nisi iusta de causa, excommunicat sine canonica monitione, vel solo verbo, vel sine scriptura publica, vel priuata, & manet suspensus per mensem; ab ingressu Ecclesiæ & diuinis officiis. Quæ pœna non comprehendit Episcopos, bene tamen prælatos religiosorum, nisi constitutiones per summum Pontificem approbatæ aliud statuant. num. 8.

Excommunicatio lata à canone, vel statuto, hac forma, *sub pœna excommunicationũ*

nis lata sententia non requirit præcedentem monitionem. Excommunicatio autem pro peccato merè præterito, non debet ferri nisi præcedenti canonica monitione. Quòd si feratur absque præuia cognitione causæ, vel absque concessione termini ad allegandum causas est nulla: num. 10. & Nou. num. 11. H

Non sunt præscripta certa verba pro forma excommunicationis. Quare nil refert, an iudex dicat *excommunico te, aut separo te à communione.* Quod si iudex dicat, cognosco te aut habeo te pro excommunicato, non sufficit, nisi quando huiusmodi verba ponuntur in excommunicatione canonis vel decreti; aut in excommunicatione conditionali. cap. 27. num. 12.

Hæc verba, *sit excommunicatus*, significant sententiam latam. ibidem. in Antiq. Sed in Nouo mutauit sententiam, dicens significare non latam sed ferendam, nisi quando alia Iura declarant esse latam. Ibidem.

Excommunicatio lata sub hac forma, *excommunicetur, vel sub pœna excommunicationis*, non est lata, sed ferenda. numer. 12. & 249. I

Lata metu iusto valet etiam in foro conscientiæ, si adsit iusta causa ad excommunicandum. Lata autem ex causa falsa non valet.

valet. Data etiam per iudicem contra citatum, non comparẽtem, ex iusto impedimento, non valet. num. 38.

Non debet extẽdi de vno casu in aliũ. n. 51.

Potest suspendi sicut interdictũ, & suspẽsio. n. 163. Appellatio autem non suspendit excommunicationem præcedentem. nu. 159.

Excommunicatio conditionalis impleta conditione non retrotrahitur. Et ab excommunicatione lata sub conditione licitè potest quis appellare ante impletam conditionem, etiam post decendium, & ita impleta conditione Communicare poterit. nu. 272. Nouo num. 273. Denique excommunicatio est pœna extraordinaria & exorbitans. Ibid.

EXCOMMVNICATIO II.

Quoad obligationem & comprehensionem.

A EXCOMMVNICATIO lata propter solum furtum, quę non comprehẽdit alia damna, non ligaret eum, qui acum furaretur à sartore, quamuis sciret sartorem passurum detrimentum vnius regalis. c. 17. n. 3. F. §. 3. & Nouo num. 4.

B Excommunicatio generalis contra eos qui furantur, comprehendit omnes furantes

tes mortaliter, nisi excipiantur propter intentionem excommunicantis, vel alia via. Ibidem. §. 3. Vnde excommunicatio non ligat, si ferens, non habet intentionem ligandi, vel qui petit non habet voluntatem, vt liget. cap. 27. num. 11.

C Excommunicatio lata contra scientes, & nó reuelantes res subtractas alicui, nescienti subtractorem, non ligat recuperantem suum debitum, neque certò scientes eum qui accepit, accepisse, quod suum erat; secus si dubitarent, licèt recuperans id testaretur, nisi is esset tantæ auctoritatis, vt alter meritò posset dubium deponere. cap. 17. num. 114. Quod quidem locum habet, licèt excommunicatio esset specialis de illa re in particulari. num. 115.

D Excommunicatio lata ab Episcopo contra non manifestantes tale furtum, non ligat scientem, nisi præmittat correctionem fraternam, vel si furtum non posset probari. At verò si latro admonitus nollet satisfacere, & admonitor probare potest, tenetur manifestare, aliàs incurret excommunicationem, & tenebitur restituere damnificato. nu. 134. Tamen huiusmodi excommunicatio non comprehendit vxorem, filium; nec cognatum alicuius delinquentis, abscondentes aliqua bona, ne à iudicibus sequestrentur, neque

neque id scientes, si talia bona pertinerent ad compensandum debitum dotis, vel aliud: Alias verò secus. cap. 17. num. 135.

E Ignorãtia inuincibilis excusat ab excommunicatione, quamuis actus sit prohibitus lege naturali, vel diuina, & quamuis excommunicatio sit lata à Papa. cap. 23. num. 47. cap. 27. num. 16.

Excommunicatio non comprehendit ferentem illam. Secùs si Episcopus solùm esset denunciator excommunicationis summi Pontificis, vel alterius Episcopi, vel eius Vicarij. cap. 27. num. 6.

F Excõmunicatio maior non comprehendit nisi peccantem mortaliter. num. 9. Lata etiam sub conditione ante impletam conditionem non ligat. num. 11.

Excommunicari non potest non baptizatus etiam catechumenus. nu. 13. Nec vniuersitas, nec collegium. num. 13. & 165. Nec resuscitatus denuo iam non moriturus: nec Papa: & nemo à seipso, nec ab inferiori. Nec locusta, nec alia id genus. num. 13.

G Excommunicatio potest incurri propter solam omissionem. num. 19. etiam propter omissionem defensionis clerici ab iniusta percussione. nu. 78. de quo infrà excommunicatus. §. 2. lit. E.

Excommunicatio generalis non compre-

hen-

hendit non potentem parere, vel restituere, vel denunciare. num. 14. nec eum qui habet iustam causam non denunciandi. num. 16.

Excommunicatus sub conditione si non soluat ante terminum præscriptum, & ante incursam excommunicationé prorogetur à parte terminus, non erit excommunicatus; si autem non soluat in termino prorogato, incurret si prorogatio facta fuit consensu iudicis. alàs non incurret. num. 15.

Excommunicatio lata ad petitionē par- H
tis, tolli potest de consensu eiusdem antequam incurratur. Sed non potest suspendi, nec differri, nec ita mutari, vt semel sublata iterum incurratur. Non soluens autem pensionem in termino, non est excommunicatus donec pensionarius id declaret. cap. 27. num. 15.

Lex excommunicans facientē non com- I
prehendit regulariter consentientem, etiam mandando, consulendo, auxiliando, nisi ex eius tenore colligatur. Excommunicatio verò lata contra dantem licentiam faciēdi aliquod malum, non extenditur ad vtentē illa, nisi exprimatur expressè. nu. 51. Imò extendens se ad consulentem non comprehendit eum, qui consulit consilio ita simplici, quod sine illo tam certo & iniquo animo cōmissum fuisset delictum, quàm cum illo. idem

dicen

dicendum est de mandato, iussu & fauore, sine quibus perinde omnino peccatum admissum fuisset. nu. 51. & Quãdo lex excommunicans loquitur principaliter de faciente, & secundariò de præcipiente & consulente, non comprehendit consulentem, vel mandantem antequam fiat opus. Vnde mandans percutere clericum, non incidit, antequam percussio sequatur. At verò quando principaliter loquitur de omnibus, qui mandat, incidit etiam antequam fiat opus, vt qui mandat interficere aliquem per Assassinos. num. 51. in fine.

L

M Episcopi incurrunt excommunicationem generaliter latam à iure, quamuis non fiat specialis mentio eorum: secus de suspensione. num. 161.

Excommunicatio Episcopi non ligat extra Episcopatum, quamuis id ipse velit. cap. 27. num. 272. Comprehendit tamen parochos existentes in aliena diœcesi non residentes. num. 6.

EXCOMMVNICATIO. III.

Quoad excommunicantem, & causam.

A EXcommunicare potest omnis qui habet iurisdictionẽ Ecclesiasticam ordinariam, vel delegatam in foro exteriori, vt Papa, Episco

Episcopus, Abbas, Præpositi, & Priores Ecclesiæ collegiatæ Regulariũ, & sæcularium, item Capitulum sede vacante: non tamen Parochus. Nec requiritur, vt sint consecrati, aut benedicti, sufficit, vt sint confirmati, aut prouisi. Et inter hos numerantur delegati summi Pontificis, & Episcoporum, Vicarij, & delegati, & denique omnes, qui consuetudine præscripta sibi compararunt iurisdictionem, qui possunt excommunicare, & non alij. cap. 27. num. 5.

Abbates verò, & Priores, qui sunt rectores Ecclesiarũ habentium beneficiarios non viuentes collegialiter, non possunt excommunicare iure Communi: Neque Abbates, & rectores, qui tantùm sunt velut Parochi Ecclesiarum simplicium parochialium; nec ipsimet parochi in communi possunt, neque generaliter, neque specialiter excommunicare suos parochianos. Possent tamen habere iurisdictionem ad hoc ex consuetudine præscripta, & tunc tantam habebunt, quantam eis dederit consuetudo. num. 5. B

Itaque inter Prælatos, qui vocantur Abbates, soli ij possunt excommunicare iure communi suos subditos, qui sunt Præpositi Ecclesiarum collegiatarum regularium, aut sæcularium. colligitur hoc ex toto num. 5.

Episcopus extra suum episcopatum non C

potest excõmunicare suos subditos, quam uis esset vi expulsus, nisi in loco viciniori episcopatui, vel de consensu episcopi, vbi manet, vel habet domicilium, vel in re adeò manifesta, vt non requirat cognitionem causæ.num.6.

Mulier non potest excommunicare; neque laicus sine priuilegio Apostolico.nu.6. Neque quisquam seipsum.num.13.

Consuetudo absque sententia, vel constitutione, non excommunicat aliquem, nisi sit legitimè præscripta à Papa, vel Prælato. num.7.

Excommunicatus non denunciatus potest excommunicare. Item suspensus ab ingressu Ecclesiæ tantùm, potest excommunicare, & absoluere.num.7.ibid.

D Peccat mort. qui cùm non possit excommunicare, excommunicat. Idem de excommunicãte iniustè. Idem de excommunicante sine canonica monitione, vel solo verbo, sine scriptura publica, vel priuata, nisi iusta de causa: excommunicatio tamen ligat, sed excommunicans manet suspensus per vnum mensem ab ingressu Ecclesiæ, & à diuinis. Quæ pœna non comprehendit Episcopos, nec Prælatos Religionum, quando constitutiones cõfirmatæ à summo Pontifice præscribunt aliam formam.num.8.

Excom

Excommunicatio maior non est imponenda nisi pro mortali.num.9.

Solus Episcopus potest ferre excommunicationes generales. Nec istæ sunt ferendæ in ciuilibus, nisi in subsidium aliorum remediorum iuris,neque in criminalibus, nisi cum executio personalis, vel realis fuerit valde difficilis.num.10.

Ob culpam meré præteritam non est ferenda, nisi trina canonica monitione præmissa. Trina autem canonica monitio est cum interuallo saltem duorum dierum inter vnam & aliam, aut etiam vnam pro tribus concedendo sex dies quãdo non est periculum in mora. & quando fuerit huiusmodi periculum, diminuendum est tempus, prout oportuerit. Quòd si excommunicatio feratur propter peccata præterita, erit nulla,nisi præuia cognitione causæ vel dato termino ad allegandum causas. num.11.

Excommunicatio cum participãtibus solum potest dari à Papa.num.32.hoc intelligẽ de excommunicatione, quæ datur sine expressa nominatione eorum, de qua excommunic.1.lit.E. casu V.

Excommunicatio verò minor quamuis possit ferri per iudicem,communiter tamen non fertur, nisi per ius. Idque in octo casi-

bus : quorum ſolus vnus eſt in vſu, ſcilicet, participatio cum excommunicato excommunicatione maiori. num. 25.

Excommunicatio autē minor non tranſit in tertiam perſonam, ideo qui participat cum excommunicato excōmunicatione minori, non eſt excommunicatus. num. 25.

EXCOMMVNICAT. IV.
Quo ad effectum.

A COmmunicatio fideliū eſt triplex, Omninò interior, vt charitas, & gratia: Omninò exterior, humana; ſcilicet inter homines Mixta ſeu media, vt ſacramentorum & ſuffragiorum. cap. 27. num. 17.

Collatio Sacramentorum facta excommunicato, illicita eſt, valida tamen. cap. 9. num. 2.

Profeſſio facta ab excommunicato valida eſt, & etiam matrimonium. ibid. & cap. 22. num. 81.

B Confeſſio facta excommunicato valida eſt, quamuis dans & accipiens ſcienter ſacrilegium committant. cap. 9. nu. 3. ſi tamen pœnitens non ſolùm ſciat ſe eſſe excommunicatum, ſed etiam ſciat eſſe peccatū mort. recipere vel procurare abſolutionem à peccatis, antequam abſoluatur ab excommunicatio

nicatione, confessio erit nulla.num.4.Nou. num.5.

Collatio beneficij Ecclesiastici facta excommunicato non valet. num.4. Imò nec conualescit per absolutionem, nisi renouetur, & tenetur restituere fructus perceptos. cap.27. num.21. Atque hæc annullatio habet etiam locum in eo qui ignorabat se esse excommunicatum.num.271. §.8. vide plura tit.bonorum.

Sufficeret tamen dispensatio Episcopi, si C ad illum spectabat collatio. Sed hæc non procedunt in collatione facta à Papa, vel legato,cum clausula absolutionis quoad effectum præsentium consequendum.num.271. §.8. excommunicatus, per quem stat, quin absoluatur,nihil potest percipere de fructu beneficij ne ad sustentationem quidem.cap. 25.num.124.

Excommunicati denuntiati actus pertinentes ad potestatem, & iurisdictionem ecclesiasticam humanam non valent,vt ad beneficia præsentatio,electio, postulatio, confirmatio,institutio,collatio,prouisio, & nominatio.cap.27.num.36.ad 6. Reliqui verò actus qui innituntur iuri naturali gentium, regulariter valent,vt testari,contrahere matrimonium.Ibid.

Excommunicatus quamuis sit negligens D

in procuranda absolutione, non peccat non audiendo missam die festo. cap.21. num.3. Neque peccat omittendo confessionem annualem, si aliàs non negligit procurare absolutionem. num. 34. Idem dicendum de Communione.num.45.

E Excommunicatus denunciatus non debet admitti in actorem, aduocatum, vel testem.cap.25.num.24.Quod quando sit mortale,vel veniale.vide tit.iudex. Vnde iste repellitur à iudicio, ita vt nõ possit esse actor, nec procurator actoris,nec rei:potest tamen esse reus ad se defendendum. cap.27. nu.23. potest constitui procurator vt post absolutionem procurare possit. ibidem.

F Excommunicatio iniusta ex defectu causæ operatur in foro exteriori, & etiam in interiori,quantum ad effectum peccãdi, qui non euitant eum qui sciunt esse excommunicatum,& ignorant iniustitiam excommunicationis. Excommunicatio verô nulla,nil operatur in foro exteriori,neque in interiori, nisi per accidens,ratione scandali.num.3. In quibus casibus sit excommunicatio nulla.vide tit.Excommunicatio I.lit.

G Excommunicatio maior priuat communione Sacramentorum, & suffragiorum generalium. Sed quando excommunicatus est verè contritus, & procurat pro viribus absolu

solutionem, fruitur communione charitatis, & gratiæ, & suffragiis: non tamen communione Sacramẽtorum actiua, nec passiua. Idẽ de excommunicato absque iusta causa, & de illo qui nõ potuit soluere ante tempus præfinitum sub pœna excommunicationis. n. 18.

Excommunicatio maior excludit etiam H
à diuinis officiis: & aliis precibus, cum aliis simul faciendis, vel audiendis. Poterit tamen excommunicatus solus precari etiam in Ecclesia, quamuis alij precentur ab eo seiuncti. num. 19. num. 34.

Excommunicato ingrediente in Ecclesiam, quid debeant facere existentes in ea vide Excommunic. V.

Denique ea quibus excommunicatio ma- I
ior priuat, continentur in hoc versiculo.

Os, orare, vale, communio, mensa negetur.

Per, *Os*, intelligitur participatio, colloquendo, osculando, amplexando, recipiendo, mittendo, vel dando literas. Per *Orare* partici- L
patio Sacramentorum, & diuinorum officiorum, & quarumlibet aliarum precum in Ecclesia intra vel extra eam cum aliis dicendarum. Per *Vale* includuntur mu- M
tuæ salutationes, quæ fiunt per collocutionem, aut per litteras, aut etiam assurgendo, aperiendo caput, mouendo labia, & alia similia, quæ significant salutationem

siue locutionem. Quæ signa salutationis si fiant sine animo salutandi, sed in animo dicendo *Deus te conuertat*, non includuntur sub hoc verbo. Per *communio* intelligitur participatio quæ habetur in operando, exN ercendo, aut faciendo aliquid simul cum excommunicato, aut habitando in eadem domo, aut in aliqua eiusdem parte, aut conuersando cum eo aliis modis. Per *mensa* intelligitur comedendo in eadem mensa, dormiendo in eodem lecto, quamuis domus sit aliena. num. 20.

Q Communio Sacramentorum & diuinorum officiorum principaliter est prohibita cum excommunicato excommunicatione maiori. num. 31.

Excommunicatus ob delictum occultissimũ potest post pœnitentiã & ante moram petendi absolutionem celebrare, ne fama eius periclitetur num. 229.

R Excommunicatus maiori excommunicatione sit irregularis vtens aliquo astu peculiari ordini suo. num. 29.

Excommunicatio maior facit infamem, si materia est manifesta, & est lata ob causam afferentem infamiam iuris, vel ob contumaciam in causa inurente infamiam cap. 27. num. 21.

S Priuat etiam facultate actiua, & passiua eligendi,

eligendi. Suspendit ab officio & beneficio. Quòd si officium fuerit publicum, valebunt gesta quamdiu toleratur. Eximit subditos à seruitute ratione fidelitatis, vel subiectionis iurisdictionalis durante excommunicatione. Annullat rescripta obtenta à Pontifice præterquam super articulum eiusdem excommunicationis, nisi detur absolutio ad effectum illorum consequendum, & non inforduerit per annum. num. 21. 22.

Facit etiam vt perseuerans in ea per annum in causa criminali, videatur confiteri crimen. num. 23. & habetur suspectus de hæresi. num. 10. T

Priuat sepultura sacra. Quod tamen post Extrauagant. *Ad euitanda*, intelligitur de notorio excommunicato. num. 10. & 32. ad secundum.

De Minore excommunicatione. V

Excõmunicatio minor solùm priuat participatione passiua Sacramentorũ, & ita potest eligere, & vti omni sua iurisdictione, nõ tamen eligi. nu. 24. Potest ministrare Sacramenta, si dando non recipiat. ibid. & num. 249. in fine. Et non peccat conferendo, nec venialiter. ibidem.

Excommunicatio minor non priuat hominem facultate audiendi missam, nec sumendi pacem, nec absoluendi ab excõmunicatione

nicatione maiori vel minori : imò nec absoluendi à peccatis , nec dandi communionem infirmo sine celebratione missæ. num 24. Nec transit in tertiam personam. nu. 25.

EXCOMMVNICATIO V.

Quoad Participantes.

A CONFESSARIVS audiens excommunicatum non incidit in excommunicationem minorem. cap. 10. num. 3.

B Non licet participare cum notoriè excommunicatis , quamuis non sint excommunicati ob notoriam percussionem clerici. cap. 9. num. 6. & cap. 27. num. 35. not. 3. Quod tamen retractauit in Nouo cap. 9. n. 8. cap. 27. n. 35.

C Non tenemur euitare specialiter excommunicatum antequam declaretur, ac denuncietur, vt habetur in Extrauag. *Ad euitanda*. Sed hæc Extrauagans nihil prodest ipsi excommunicato quantumuis occulto. num. 35. cap. 27. de quo plura. tit. Hæreticus.

D Semel excommunicatus semper præsumitur talis. num. 42. Vnde talis & publicus semper vitari debet , donec constet, de eius absolutione , nisi persona sit talis cui affirmanti se absolutum esse, fit adhibenda fides , num.

num.36. Sed participans cum excommunicato minori non incurrit excommunicationem. num. 25.

Peccat qui cum excommunicato maiori E communicat aliqua communicatione prohibita illo versu *Os, orare, vale, communio, mensa negetur.* num.20.cuius explicationem vide tit.Excommunicatio I V.à litt.I.

Excusant tamen contenta in hoc versu. F *Vtile, lex, humile, res ignorata necesse.* Per verbum *vtile* excluditur, qui participat cum excommunicato ad vtilitatem eius animæ, quamuis interponat nonnulla alia, vt melius persuadeat: item ad vtilitatem propriam temporalem sibi debitam, petendo in iudicio, vel extra: item ad consilium spirituale pro se, aut pro aliis, & etiam temporale valde necessarium, quando non occurrit alius similis à quo petatur. num.26.

Per *lex* excluditur vxor excommunicati, G quam lex coniugij obligat ad communicandum cum vxore. quod non solùm habet locum in vxore, sed etiam in marito. num. 26. & 27.

Per verbum *humile* excluduntur filij, quos secum habet, serui, famuli vrbani & rustici, qui erant ei subiecti ante excommunicationem, nisi eorum fauore, consilio, & auxilio perseueret in contumacia. Item è contrario

trario possunt communicare maritus, pater, mater, Dominus, herus, vxori, filiis, mancipiis, & famulis excommunicatis. Sed hi partim per verbum lex, & partim per vtile, videntur excludi. cap. 27. num. 26. 27.

Per verbum *Res ignorata* excipitur ignorans excommunicatum esse denunciatum, per Extrauagantem *Ad euitanda*, nisi à fide dignis audierit esse denunciatum. tunc enim tenebitur eum vitare. Qui autem dubitat non tenetur vitare præsertim coram aliis.

H Per verbum, *Necesse*, excipitur qui communicat cum excommunicato propter magnam necessitatem propriam vel excommunicati, vt quia alter alterius eleemosyna indiget, quam ab aliis commodè habere non potest. num. 27.

I Participatio cum excommunicato maiori, etiam quando non licet, tantùm est venialis, nisi in sex casibus. I. In Sacramentis, vel diuinis officiis. II. Nimis frequès qua animet ad delinquendum. III. In contemptum clauium. IV. Contra speciale præceptum iudicis. V. cum excommunicato à Papa cum participantibus. VI. In peccato mortali. à. num. 28. vsque ad. 32.

Participare metu mortis cum excommunicato etiam in diuinis non est peccatum, nec inducit aliquam excommunicationem.

cap.

cap.27.num.36. §.11.

Participans cum excommunicato ante commissum, vel cùm committitur crimen habens annexam excommunicationem, non incurrit eam: si verò conuenit post commissum crimen, incurrit.num.33. dummodo sciat illum esse denunciatum.num. 112. & tunc toties incurrit quoties dicuntur iteratæ participationes. ibid. L

Excommunicato ingrediente in Ecclesiam ad orandum, existentes in ea debent exire, vel precibus aut vi, eum cogere, vt egrediatur: alioquin cessandum est à diuinis, etiam missæ inceptæ, si nondum est inceptus canon. Si verò inceptus est, finienda erit cum vno ministro: non tamen tenentur exire eo quòd trãseat excommunicatus per Ecclesiã, vel non orando maneat in ea propter alia negotia. num. 34. M

Mortale est orare pro excommunicato oratione publica. Oratio autem publica dicitur, Missa, horæ canonicæ, consecratio Ecclesiæ, altaris, & virginum, benedictio solennis Episcopi, & aquæ benedictæ, officia defunctorum, & sepulturarum. Non tamen est mortale oratione priuata, qualis est Salutatio Angelica meridiana & vespertina, simplex benedictio mensæ: *imò in quibusdam harum* est licitum. Nec est mortale orare pro

re pro excommunicato nulliter, seu inualidè, nec pro excommunicato validè sed ex iniusta causa. Nec pro excommunicato iustè, quem tamen credimus verè pœnitere, dummodo non fiat expresse publicè pro illo.num.36.§.1.ad 1.& 5.

Qui in missa orat,& applicat eius valorem quibus Ecclesia iubet,potest pro infideli,vel excommunicato applicare hunc actum particularem orandi, vel applicandi valorem missæ. num.36.§. 12.ad 1.

Pro excõmunicato non denunciato nec notorio potest orari publicè. ibid.ad 2.

Qui participat cum excommunicato contra præceptum iuris, vel iudicis,incurrit excommunicationem maiorem, nisi quando iudex excommunicat sine monitione participantes cum excommunicato à se.n. 36.ad quartum, de qua vide in 5. Compendio.tit. Excommunicatio.1.lit. E. casu.V.

Licet cum excommunicato legere aliquam partem Euangelij vel psalmi, siquidem eius animæ conuenit, & audire concionem cum eo. num.36. ad. 5.

De notorio excommunicato: & Extrauag ante *Ad euitanda*, vide, titul. Hæreticus.

EXCOM

EXCOMMVNICATIO VI.

De excommunicationibus iuris, Et primùm de excommunicationibus in Bulla Cœnæ contentis.

§. 1.

EXCOMMVNICATIONES Bullæ Cœnæ editæ à Gregorio XIII. non sunt ab homine, sed à iure, latæ, quia mens fuit eiusdem Gregorij, vt non finirentur sua morte. cap. 27. num. 74. in Nouo num. 73. A

Prima excommunicatio contra hæreticos. Hæc non comprehendit magos, qui aliàs nõ sunt hæretici. Solùm comprehendit fautores, receptatores, & defensores hæreticorum formaliter, scilicet eo respectu, quo sunt hæretici. num. 55. B

Comprehendit eos, qui hæresim quam credunt, exprimunt verbo, aut scripto, aut nutu, vel signo verbis æquipollente: quamuis nullus hominum id viderit, seu audiuerit, aut probari non possit. Sufficit enim, vt ex natura sua sit probabile, vt consequenter ipso facto subiaceat pœnis. num. 56. cap. 27.

Non comprehendit hæreticos purè mentales: nec etiam purè exteriores saltem in foro conscientiæ. Nec habentem, vel legentem

tem libros Catholicorum, in quibus referuntur dicta hæreticorum: nec elucidatos per annotationes hæreticorum. num. 6. Licèt iſte vltimus incidere poſſet in cenſuram Indicis librorum, Pij IV. Ibidem.

II. *Contra Schiſmaticos.* Quamquam omnis hæreticus eſt ſchiſmaticus, quia ſeparat ſe à fide, & ab obedientia, & vnitate Eccleſiæ, non tamen omnis ſchiſmaticus eſt hæreticus. Vnde hæc cenſura comprehendi, eũ qui ſe ſeparat ab vnitate Eccleſiæ, nolendo ſubeſſe ei, vel membris eius, quatenus ſunt eius, licet aliâs credat eſſe vnam Eccleſiam, & vnum Vicarium Chriſti ſupremum. num. 57. Quid ſit ſchiſma. vide tit. Schiſma.

III. *Contra appellantes ad futurum Concilium* Conſulens & auxilium præbens, non incurrunt, donec appellatum fuerit, ſeu appellatio ſubſequatur. Quòd ſi vniuerſitas, collegium, aut capitulum ſit ad id conſulens, aut auxilians, incurret non excommunicationem, ſed interdictum, cùm appellatum fuerit. num. 58. vide infr. §. litt.

IV. *Contra Piratas* &c. Hæc ſolùm comprehendit principaliter verſantes in agendis prædis, percutiendis aut interficiendis occurrentibus in mari. num. 59.

Comprehendit conſulentem, & auxiliantem. Non tamen comprehendit gerentes

tes sua negotia vel mercimonia cum amicis, vel bella iusta, siue iniusta cum inimicis, & deprædantes aliquando incidenter. Nec facientes hoc in fluminibus tantùm: non tamen requiritur quòd id faciant omnibus nationibus, vel ferè omnibus, sed sufficit id facere illis aut illis nationibus. num. 59.

V. *Contra accipientes naufragorum bona.* Hæc explicatur num. 117. & in hoc Comp. tit. Excommunicatio VI. §. IV. & tit. Naufragium.

VI. Contra imponentes noua pedagia. Per verbum noua intelliguntur etiam incrementa veterum. Per pedagia & gabellas intelliguntur portoria, & alia vectigalia. Per illa verba (*ad id potestatem non habentes*) includitur solus, & omnis, qui recognoscit superiorem in temporalibus. num. 61. Per illud *exigit* intelligitur hæres imponentis, publicanus, conductor, & etiam famulus. Per illud *prohibita* intelliguntur simpliciter prohibita, id est, quæ nec à laicis nec à clericis iustè possunt exigi: Quæ verò prohibita sunt exigi à clericis, & non à laicis, dicuntur prohibita secundùm quid. Vnde qui ea petit à clericis, incurrit excommunicationem, non hanc, sed aliam. cap. Quamquam, de vsur. lib. 6. vide in Auctore. cap. 27. num. 128. & in hoc Comp. tit. Excom.

VI. §. v. excommunicatione. 21.

Qui autem minuta pedagia exigunt clericis, sicut à laicis, non habita ratio fructuum Ecclesiasticorum, non incurr excommunicationem, neque hanc, neq aliam eiusdem Bullæ cœnæ, quæ est x in Antiq. & in Nouo est x VIII. hoc hab tur num. 69. incurrunt tamen isti excom municationem in dicto cap. quamquam.

VII. *Contra falsarios bullarum.* Non cluduntur supplicationes signatæ à Pap (quas signaturas vocant) sub appellatio litterarum Apostolicarum in materia od sa. II. Excommunicatio hæc in iis sol est reseruata Papæ, quæ continentur sub h clausula: nam quatenus continetur in ill capite, *Ad falsariorum*, non est reseru quamuis illud hìc. innouet, ac extendat. Il Non comprehendit falsarium litter Episcopi, vel Nuncij vel Pœnitentiar comprehendit tamen falsarium Breu Papæ. IV. Nec etiam includuntur, qui ptitiè impetrantes litteras Apostolicas, vtentes illis: neque vtentes falsis litte nisi soli laici, & hi quidem non in hac cen sura, sed in illa capitis *Ad falsariorum*, inclu duntur. Ille autem dicitur habere falsas lit teras, aut vti illis, qui sciens aut scire debe esse tales, vtitur eis. V. Non comprehen

dit corrigentem aliquod punctum aut litteram, sine mutatione sententiæ, saltem in foro conscientiæ. cap. 27. num. 62.

VIII. *Contra deferentes arma Turcis.* Per *equos* intelliguntur etiam debiles, vel morbosi, traditi à Turcis, & arte Christianorum in eorum terris curati: & equi alij quilibet apud nos nati, & nutriti etiam intelliguntur. Per *arma* intelligũtur generatim omnia arma bellica ad pugnam principaliter facta, seu destinata, vt ligna, trabes, ferrum & alia metalla: denique omnia offensiua etiam, cultri & cultelli: item omnia defensiua. Sed inter arma bellica possunt computari lapides, fustes, baculi, ligna, trabes, & alia quatenus à deferente destinata fuerint directè vel indirectè ad pugnæ cõmoditatem: aliqui inter merces numerãda sunt. Per *ferrum, & alia metalla, aurum & argentum &c.* intelliguntur tam facta quàm infecta: & forte posset includi sub nomine auri & argenti ipsum numisma & pecunia signata. Vena tamen ferri, & aliorum metallorum non cõprehenduntur, nisi iuxta intentionem deferentis. Per *instrumenta bellica* intelliguntur tubæ, cornua, fistulæ, litui, tympana, & alia musicalia. Per *lignamina* includuntur omni genera trabium & lignorum ad nau[illegible]s, & triremes, aut machinas bellicas fab[illegible]s, &

R[illegible]candas,

non

non tamen ligna ad ignem fouendum. Per *funes* non solùm linei, canapei, sed etiam lanei, spartei & ex alia materia conferti intelligi debent. Per *Turcas* non intelliguntur heretici, nec Iudæi, nec alij Gentiles, quibuscum nō est bellum Christianis, neque etiam alij Turcæ, & Sarraceni, qui contra alios Turcas & Sarracenos adiuuant Christianos.

Excusantur principes, vel duces Christiani qui donant Turcis, vnum vel alterū ensem, hastam, vel sclopum, vel equum in gratiam beneficij accepti, vel accipiendi. c. 27. 63. Denique generaliter comprehendit deferentes huiusmodi res prohibitas etiam solo animo lucrandi, quamuis paciscerentur, quòd nunquam vterentur eis contra Christianos. Non tamen comprehēduntur Christiani, qui motu mortis remigāt in triremibus Turcarum contra Christianos, quamuis peccent mortaliter, nec possint absolui, nisi firmiter proponant se numquam id facturos, etiam si ob id vitam amittant. c. 27. n. 63. Secus de illis, qui sponte remigant in eisdem, aut certè qui Turcarum & Sarracenorum naues regunt contra Christianos. nam hi videtur excōmunicati per c. *Ita quorundam*, & per c. *Ad deliberādam*. Hoc colligitur ex eodem n. in fine, vbi speciatim loquitur de regentibus naues Turcarum. Item ex libro illo Repetitionū in c. ita quorundam,

rundam, quẽ citat hoc eodem num. in initio.

Christiani autem, qui metu, vel sponte remigant aut regunt naues Turcarum contra alios infideles, neque excommunicantur, neque peccant. num. 63.

IX. *Contra impedientes, necessaria adducentes Romã.* Includit omnes Christianos omnia in hac clausula contenta facientes, nõ tamen comprehendit eos qui iustè impediunt propter vtilitatem suæ Reipublicæ, aut ob salutem corpoream suorum, timore pestis in Curia grassantis. num. 64.

X. *Contrà malè tractãtes venientes vel recedentes à Curia.* Hæc est vndecima in Nouo. Nõ loquitur de Roma, sed de eius Curia, vbi cumque illa sit. Roma enim, & Sedes Apostolica, vel eius Curia diuersa sunt. n. 65.

Tantùm loquitur de euntibus aut redeũtibus ratione Curiæ. Sed hoc mutatum est in Nouo. Comprehenditur qui cùm nullam habeat iurisdictionem facit id, sicut Iudex, vt Caietanus ait, sed non est ei assentiẽdum in hoc. non enim requiritur quòd ad incurrendum careat iurisdictione, sed in genere dicit omnes quosuis tam iurisdictione carentes quàm non carẽtes. in Nou. Atque voluntas, & propositum percutiendi, seu interficiendi, non solùm requiritur, vt cõcipiatur tempore animi pacati, sed sufficit, vt concipiatur

piatur animo irato & turbato, dūmodo cō-cipiatur ante rixā, & percussionē. c. 27. n. 65.

XI. *Contra malè tractantes Romipetas.* Hæc est decima in Nouo. comprehendit omnes facientes principaliter, aut accessoriè contenta in hac clausula. Requiritúrque quòd ij sint peregrini euntes Romam causa deuotionis, vel peregrinationis, vel manentes in ea, vel recedentes ab ea. n. 66. Nouo n. 65.

XII. *Contra iniuriosos Cardinalibus.* Comprehendit eos, qui iniuriant non solùm Cardinales, sed etiam qui iniuriantur Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, Legatos, & Nuncios. Comprehendit eiicientes à terris suis Legatos, & Nuncios Sedis Apostol. Patriarchas, Archiepiscopos, & Episcopos è suis diœcesibus. Et comprehenduntur iudices sæculares id iubentes, aut exequentes, eorúmque lictores, executores, auxiliantes, & consulentes. Quòd si iuberent eos exire è curia regis, aut alio loco qui non sit eorum diœcesis, non ligarentur. Non tamen comprehendit eum qui hæc faceret cum moderamine inculpatæ tutelæ: aut cum probabili ignorantia, noctu aut interdiu eos in alieno habitu repertos. Hæc clausula innouat Clem. Si quis Suadente. de pœnitent. & cap. fœlicis de pœnit. lib. 6. & continet plura & efficaciora quàm illa, licèt pauciori-

bus

ribus verbis. Episcopus autem hîc solùm intelligitur, qui est consecratus, non qui solùm est electus & confirmatus, licèt adierit possessionem. num. 67.

XIII. *Contra impedientes cursum caussarum Curiæ.* Comprehendit omnes qui impediunt cursum caussarum ad Curiam recurrentium, vel in Curia prosequentium: item impedientes executionem litterarum Apostolicarum, item eos qui impediunt, & malè tractant caussarum gestores, quouis modo sua negotia procurantes: item eos qui impediunt instrumenta super his petita dari: denique eos qui impediunt impetrationes literarũ gratiæ vel iustitiæ à Sede Apostolica. Comprehenduntur non solùm, qui hæc faciunt auctoritate iudiciaria laica, sed etiam qui Ecclesiastica, vel quauis alia priuata. Hæc clausula in Nouo includit plures alios, quàm in Antiquo.

XIV. *Contra vsurpãtes fructus.* Hæc distinctiùs & explicatiùs ponitur in No. hoc modo XIV. *Contra aduoca[illegible] causas iudiciarias Curiæ, seu Apostolicas.* XV. *Contra trahẽtes ad suum tribunal personas Ecclesiasticas: aut quid statuẽtes contra libertatem Ecclesiasticã.* XVI. *Contra impedientes iurisdictionẽ Ordinariorũ.* XVII. *Contra vsurpantes fructus, &c.* XVIII. *Contra imponẽtes Ecclesiasticis collectas,*

taleas, &c. sine auctoritate Papæ. Hæc clausula, quæ longissima est, cõtinetur in Antiquo sub eodem numero scilicet Excommunicatione. XIII I. & in Nouo, vt hic distinctum est. Solùm comprehendit facientes hæc auctoritate iudiciali, vel laica. c. 27. n. 69. No. 70 Per illa verba (*prætextu violẽtiæ*) includit impedientes executionem litterarum Apostolicarum sub prætextu tollendæ violentiæ. Quales sint illi, an semper maximè in tẽpore & forma, supplicatione, seu appellatione facta, dubium est à Sede Apostolica determinãdum. Quamquam satis videtur hic determinari quoad eos, qui propter illas nullatenus ad tribunal eius, ad quẽ supplicatur, vel appellatur, adductas, vel adducendas impediũt. Quod verò multi iure munire conãtur id quod in Hispania & Gallia pro indubitato habetur, scilicet quòd possint Reges defendere possidẽtes colorato titulo beneficia Ecclesiastica, ne sine iusta causæ cognitione deturbentur, vel spoliẽtur virtute illarũ litterarum etiam Apostolicarum, remitto definitioni Domini nostri Papæ, an satis muniant. Non tamen videtur iure probari posse consuetudinem illam quorundam recentiorum, qui decernũt bene, vel malè esse appellatum ab interloquutoriis, ob actus, quos iudices à quibus facient vel desinent facere post

appella

appellationes ab eis interpositas. Cũ omnis sententia interlocutoria ex solis ante illam actis sit approbanda, vel reprobanda : Additum in Nouo cap.27.num.70.

Per illa verba (*prater iuris canonici*) in clausula. XV. in Nouo addita, quæ sunt noua, excluduntur iudices sæculares qui in casibus à iure permissis vocant Ecclesiasticos ad sua tribunalia. Per illa verba quæ in ead. clauſ. XV. habentur (*nostris iuribus præiudicatur*) comprehenduntur solùm, qui per statuta, & decreta id faciũt. Ibid. Clausula quæ in No. est. XVI. inseritur in fauorem Ordinarij, cuius iurisdictio est fouenda & fauorabilis. Per illa verba (*Quiue iurisdictiones seu fructus*) prouidetur indemnitati fructuum Ecclesiasticorum. Et vt incurratur hæc censura, quinque requiruntur. I. Quòd sint reditus Ecclesiastici, & non prophani, etiam si ad Ecclesiasticum pertineãt. II. Quòd capiãtur tamquam reditus Ecclesiastici. III. Quòd pertineant ad aliquem. IV. Quòd capiãtur absque licentia Papæ. V. Quòd capiãtur auctoritate, & potestate vsurpata. Quare latrones, & milites qui rapiũt eos, vt quęlibet alia bona prophana, nõ incurrunt hanc censurã. Secus de iis qui rapiunt eos à tempore vacationis Sedis Apostolicæ. Per illud quòd pertineant ad aliquem, intelligũntur etiam

bona communia pertinentia ad Conuentus, Monasteria, Ecclesias, licèt ad nullam aliam personam peculiarem attineant, imò intelliguntur commendatarij, œconomi, successores etiam futuri & personæ etiam fictę ob paritatē æquitatis & rationis. c. 27. n. 69. No. 70. De exigentibus ab Ecclesiasticis minuta portoria, &c. vide suprà excōmunicatione. §. XV. in Antiq. & in Nouo. XIX. *Contra laicos cognoscentes de criminalibus Clericorum.* Hæc tollit omnia priuilegia circa hoc data imperatoribus, regibus, & aliis principibus & Rebuspublicis. num. 70. & in No. nu. 71.

XIV. *Contra occupantes Terras Ecclesiæ, & alia bona Sedis Apostolicæ.* Hæc diuiditur in Nouo in XX. & XXI. Per hanc declaratur quòd Ecclesiæ Romanæ iura & bona nulla taciturnitate, vel patientia perditur. c. 27. n. 72.

XVII. *Contra malè absoluentes à censuris Bullæ Cœnæ.* Hæc non est reseruata, & potest Ordinarius absoluere ab ea, siue sit lata à iure, siue ab homine, quia est generalis. Solùm comprehendit præsumentes absoluere. n. 73.

DE EXCOMMVNICAtionibus Papæ reseruatis extra Bullam Cœnæ. §. II.

I. Con.

I. CONTRA *transgressores Canonum.* Hæc A
iam reducta est ad primam Bullæ cœnæ. num. 75.

II. *Contra percussores clerici.* Verba canonis B
huius censuræ, hæc sunt, *Si quis suadente diabolo iniecerit manus violentas in clericum vel monachum, subiaceat excommunicationi, & à nullo præterquã à Papa, nisi in articulo mortis, absoluatur, donec conspectui Apostolico repræsentetur.* Hæc incurritur toties quoties percutitur clericus, ita vt sint diuersæ percussiones. Per illud, *Si quis*, comprehenduntur viri, fœminæ, iuuenes, senes, laici, clerici, & religiosi id facientes. Per illud (*suadente diabolo*) colligitur quòd iniectio manuum debet esse mortalis. Nam excommunicatio generalis iuris, vel hominis, non incurritur nisi per mortale. Attamen, quidquid dicat Cardinalis, rarò contingit quòd percussio sit mortalis, & non sit satis animi mali ad inferendum iniuriam, quo incurratur excommunicatio, nisi quando percussor ignorat illum esse clericum. Nec requiritur, iniuriam esse immeritam, sed sufficit vt fiat vel immeritò, vel in iniusto modo, vel per quem non debet. cap. 27. num. 76.

Per *manus* comprehenduntur omnes par- C
tes corporis, quibus fit percussio. Per *ma-*

nus

nus violentas inicere) comprehenditur, qui immediatè per manus, aut partes corporis, aut mediante aliquo instrumento, aut armis percutit clericū: imò si eum aqua, vel saliua, seu puluere aspergit. Item qui è manibus, aut corpore vi eripit aliquid: Item qui capit, in carcerem coniicit, aut includit aliquo loco: vnde egredi sine pudore non potest: & qui manus ad frænos equi admouet, in quo insidet clericus, aut abscindit cingulū ephippij, aut clericū adeò furiosè persequitur, vt cogat eum se dare præcipitem in flumen, vel aliud discrimen ad se liberandum: Secus si alias fugiens cadat & vulneretur. num. 77.

D Neque comprehenditur laicus qui capit clericum, ne committat delictū: potest enim eum capere ad euitandum malum futurum: non tamen pro commissis. cap. 24. num. 23.

Comprehenditur etiã mandans percutere, aut consulens, si percussio fiat: item præbens auxilium, vel fauorem percutienti. Item ratificãs percussionem suo nomine factam: aliàs non. c. 27. n. 78. Non enim qui malitiosè cõsentit percussioni clerici incidit in censurã, si non eius, sed alterius nomine facta fuit. cap. 24. num. 19.

E Cõprehenditur tamen qui licèt nõ iusserit, tamen dixit suis se expetere vindictã de tali clerico, & ab hoc percussus fuit à suis. c. 27. num. 78.

Item

Item comprehenditur non impediens percussionem cùm ex officio teneatur, & possit: Imò quoad forum exterius etiã quilibet alius, qui videns percussionem, & potens obuiare, non obuiat. ibid.

Vt autem quis tali percussioni censeatur F
consentire, & auxiliari, debent quatuor concurrere, scilicet potestas impediendi, obligatio id faciendi, commoditas eiusdem, & notorietas delicti, hoc est, vt manifestum sit & manifestò fiat: tunc enim qui non impedit præsumetur consentire, & iuuare, & censebitur excommunicatus. cap. 24. num. 19. circa finem.

Distinguendum est tamen quòd quantũ ad effectũ peccandi omnes tã publicæ personæ quàm priuatæ, quæ dolo vel negligentia omittunt opem deferre vel non deferre, modò lege iustitiæ vel charitatis ad id teneantur; peccant: sed quoad effectum incurrendi censuras & restituendi damnum, intelliguntur, illi solùm qui ad illud sunt obligati, non solùm lege charitatis sed etiam lege iustitiæ. cap. 24. num. 20. & 22.

Ex his infertur, quòd qui commodè potest, & non defendit clericum ab iniuria manifesta, & manifestò illata, est excommunicatus, vel censendus excommunicatus, quòd opitulatur, vel præsumitur opitulari;

dicitur

dicitur autem opitulari, qui verè omittit defensionem ad opitulādum: ille verò præsumitur opitulari qui omittit defensionem ob timorē, pudorem vel ignauiam: sed quòd non impedit cùm commodè posset, præsumitur velle opitulari. cap. 24. num. 20.

Comprehenduntur etiam ministri Iustitiæ laicæ qui vt tales percutiunt clericum: nam quamuis isti leuiter percutiant, remittendi sunt ad Papam. cap. 27. num. 78.

In reliquis verò, qui non sint ministri iustitiæ, leuis percussio clerici, non est casus Papalis sed Episcopalis. cap. 6. num. 8. cap. 27. num. 91.

H Comprehenditur etiam clericus, qui præ ira seipsum percutit quouis modo: & etiam monachus. cap. 15. num. 11. cap. 27. num. 78. Non tamen consentiens, vt ab alio percutiatur: potest tamen excommunicari. cap. 27. num. 28. Neque monachus, aut clericus, qui ex zelo deuotionis seipsum flagellat, palmis cædit, pectus contundit: aut si ob mortem patris, vel amicorum, capillos vel barbam vellit, aut alias percussiones leues sibi infligit, quas licitè potest per semetipsum sibi inferre, non tamen consentire, vt ab alio ei inferantur. cap. 15. num. 11.

I Per *clericum* intelligitur etiam initiatus prima tonsura. Etiam coniugatus, dummodo

do cum vnica, & virgine, gestétque habitum, & tonsuram clericalem. Et quamuis sit excommunicatus, suspensus, irregularis, & depositus verbo, dummodo non sit degradatus realiter vel incorrigibilis. cap. 27. num. 78. Intelligitur etiam ordinatus ante vsum rationis, etiam si sit infans. num. 202.

Per *monachum* intelligitur quilibet religiosus, professus, vel religiosa religionis approbatæ, & conuersus, & nouitius cuiuscuis religionis approbatæ: item Beguini, & fratres tertij ordinis S. Dominici, vel sancti Francisci, qui viuunt gregatim, & gestant habitum religionis; & etiam Eremita, si sic subiectus est alicui Superiori, vt gaudeat hoc priuilegio. num. 79.

Ab hac excommunicatione quilibet simplex Sacerdos potest absoluere in articulo mortis. ibidem.

QVÆ MANVVM iniectiones excusant ab hac excommunicatione.

NONNVLLÆ manuum iniectiones excusant ab hac excommunicatione. I. locosa, quamuis sit grauis, tamen intra limites ludi, imò etiam extra, dummodo non L.

sit

sit dolosa, & sit subita turbati animi. II. Ignorantia probabilis clericatus, vt si percutit nocte, non videns tonsuram. III. & V. eius qui se immiscens militaribus, vel sæcularibus actis, si ter admonitus non abstinet, etiam si deferat habitum clericalem, & tonsuram. Quæ tamen trina monitio faciendi
M est cum interuallo aliquorum dierum, & non sufficit, vt fiat vna pro tribus. VI. Eius qui relictis habitu & tonsura, se immiscet enormibus, licèt non sit admonitus. VII. Bigami. VIII. Coniugati etiam cum vnica, & virgine, sed non gestantis habitum, & tonsuram clericalem. IX. Degradati realiter. X. Depositi verbo, si simul sit incorrigibilis. XI. Eius qui priuilegium clericale quoquomodo amisit. XII. Circulatoris, & scurræ per annum, vel si ter admonitus non abstinet. XIII. Exercentis per se ipsum
N tabernam, vel lanienam publicè, si ter admonitus non desistit. XIIII. Qua quis percutit principaliter, vt corrigat, tamquam magister, pater, herus, propinquus, senex, aut Superior in Ecclesia: modò principaliter non fiat odio, malitia, vel ira, & percussio sit moderata, saltem iuxta suum propositum, & modò castigatus non habeat ordinem sacrum, nisi corrigens sit magister, vel pater: & in rigore idem posset dici de aliis. XV. In-

uadentis

uadentis in suam necessariam defensionem, aut sui honoris, quando fuga esset ei ignominiosa. XVI. Quando est necessaria ad iustè recuperandum bona, quæ iniustè capiens asportat, vel vi occupat clericus. Et qua detinetur clericus debitor fugiens vel parans fugam, ad præsentandum eum suo prælato. XVII. Quando minister iustitiæ sæcularis capit clericum in flagranti delicto, vt præsentet illum eius prælato: aut inuentum nocte, dummodo præsumat probabiliter illum aliquod scelus intendere: aliàs secus, maximè si ferat lumen, aut socium, vel est persona à tali suspicione aliena. Secus etiam si in capiendo illum, iustum modum excedit, puta si permittentem se capi, & quietè duci, calce, aut pugnis cædat, aut mittat in carcerem eum qui offert fidei iussionem præsentandi se: quod nō potest facere neque iudex Ecclesiasticus, nisi grauitas delicti, vel alia iusta causa id exigeret. XVIII. Quando clericus volens delinquere, arcetur, vel qua liberatur ab inimicis, vel alio incommodo. c. 27. n. 83. XIX. Qua in suam necessariam defensionē ei ensem aufert, aut qua cogit equo desilire, vt super eo fugiat. XX. Inueti inhonestè ab aliquo cum sua vxore, matre, sorore, aut filia etiam naturali, modò faciat id ex

continenti, & subita passione. Sufficit vt inueniat eum amplexantem, aut osculãtem eam in loco suspecto, quamuis non inueniat eos in ipso actu turpi: modò non sit dolus, qualis esset, si maritus & vxor conuenirent, vt accerseretur clericus ad voluptatem, vt sic posset ab eis percuti, & affici iniuria. Neque excusaretur quis à censura, si percuteret clericum inuentum cum aliis fœminis sibi in remotiori gradu consanguineis, neque etiã cum filia adoptata. cap. 27. num. 84. XXI. Quando detinetur clericus domi inuentus honestè colloquendo, post monitionem, vt se ab illo colloquio abstineret, modò nihil aliud mali ei faciat quàm detinere spatio viginti horarum continuarum ad tradendum eum suo iudici: quòd si illum percuteret, esset excommunicatus. XXII. Qua mulier percutit clericũ de stupro tentantem, non solũ verbo sed etiã facto, si clericus de facto tentauit eam. Quòd si verbo tantùm tentaret, mulieri etiam verbalis solùm defensa liceret: esséque excommunicata, si illũ verbo tantùm inhonestè alloquentem percuteret. XXIII. Tam subita vel tam parua percussio, quòd illata laico, non esset mortalis. XXIIII. Qua prælatus capit suum clericũ per se, vel aliũ etiam laicũ, aut verberat per se, vel per clericũ (non tamen per laicum) in

pœnam

pœnâ iustâ probabili suo, & alieno iudicio. Clericus enim potest à prælato capi per laicum, non tamen verberari per illum, nisi per aliũ clericum, aut monachum, neque etiã id per hos, si ipse potest cõmodè se se flagellare. Episcopus autem non debet id suis manibus facere, nisi quando deesset alius. Igitur laici per quos iudex Ecclesiasticus torquet clericos, erunt excommunicati, nisi deessent clerici ad id idonei, vel consuetudo contraria eos excusaret à pœna excommunicationis, licèt non à culpa. XXV. Qua eiicitur iustè ab Ecclesia clericus excommunicatus, aut alius clericus diuina officia perturbans. XXVI. Qua eiicitur è Sede Apostolica ille, qui sine canonica electione Cardinalium eam occupat. XXVII. Qua includit cardinales in conclaui ad eligendum Papam. XXVIII. Qua vult & tentat percutere etiam, & non percutit, quia errat, num. 87.

A censura huius canonis possunt Abbates absoluere. num. 173. & in No. num. 275.

Quando verò possint idipsum Episcopi, & ob quæ impedimenta; vide tit. Absolutio. ILL. A. & tit. Episcopus. B. C. D.

De triplici autẽ percussione clerici, & quæ harum sit Episcopalis. vide tit. Percussio.

SEQVVNTVR RELIQVÆ excommunicationes reseruatæ Papæ, extra Bullam Cœnæ.

III. EXCOMMVNICATIO *reseruata Papæ extra Bullam Cœnæ* est lata à Delegato Papæ, elapso anno. c.27. nu.93.

IIII. *Contra falsarios.* Hæc quoad aliquos casus, reducta est ad Septimam Bullæ cœnæ.

V. *Quæ lata ab Episcopo contra habentes bullas falsas*, reseruatur Papæ si intra viginti dies eas non destruant, vel resignent.n.93.

VI. *Contra clericos qui scienter ac sponte admittunt ad diuina officia excommunicatos Papa.* Ad incurrendam hanc censuram requiruntur hæc, quòd sit clericus, & communicatio fiat cum excommunicato à Papa admittendo illũ ad diuina officia, quod sciens fiat, & sponte, etiamsi interueniat metus leuis, & non iustus. Hoc tamẽ procedit quoad forum exterius: nam quoad interius etiam metus iniustus excusaret à censura, quando est causa, sine qua non fieret communicatio: quoniam talis metus in foro conscientiæ exæquatur iusto: non tamen ille metus iniustus excusaret clericum à peccato mortali. Denique requiritur, vt sit ille

excom

excommunicatus à Papa iudicialiter, vel nominatim, & sit denunciatus. cap. 27. numer. 39.

VII. *Contra incendiarios post denunciationem.* Sed neque hic canon, neque aliquis alius in iure excommunicat incendiarios etiam Ecclesiarũ, sed solùm prohibet quòd denunciati non absoluantur nisi à Papa, & quod dictum est de incendiario Ecclesiarum, intellige nisi vbi sit consuetudo tolerata, & approbata à prælatis quæ vim habeat statuti excommunicantis. num. 94. Z.

VIII. *Contra sacrilegos, infringentes & spoliantes Ecclesias.* Hic etiam Canõ nonexcõmunicat, sed præsupponit esse excommunicatos, & iubet eos denunciari. Atque ad incurrendam hanc censuram non sufficit infringere, nisi etiam spoliet, vnde qui infringit Calices, & alia Ecclesiæ ornamenta, non tamen spoliat aut furatur, non incidit. num. 95. aa

Nec sufficit quæcunque fractio seræ vel arcæ, sed requiritur Ecclesiæ, vel forium eius. Per Ecclesiam intelliguntur etiam monasteria, hospitalia, & alia ædificia pia auctoritate Episcopi ad id dicata & non alia. Effringere Ecclesiam est effodere eius parietẽ, frangere fores, diruere seras, impetendo, aut alio modo violẽto ingressũ sibi parare: non

tamen eas reserare claue, siue eam surripuerit, vel extorserit, siue non. Denique non sufficit denunciatio generalis. cap. 27. num. 94.

bb IX. *Contra malè eligentes Senatorem Romanum.* Hæc est de rarò contingentibus.

X. *Contra clericos soluentes talias.* reuocata est iam.

XI. *Contra insectantes Cardinales.*) Hæc reducta est ad Bullam Cœnæ, Excom. XII. Et extenditur ad Archiepiscopos & Episcopos. Mandans verò non incidit in eam, nisi subsequatur insectatio: sequuta verò sic, quamuis nulla sit percussio. Principes vero & Domini, & alij iudices sub eadem censura tenentur procedere contra huiusmodi insectantes: excusantur, si intra mẽsem postquam sciuerunt, incipiant procedere, quãin non fiant processus, neque puniant. nu. 97.

XII. *Contra vexantes cognatos excommunicantium.*) Ex datione facultatis ad vexandum non incurritur, neque ex eius exequutione, si ante initium reuocetur, aut saltem, si non fiat vexatio nisi in bonis & illa intra septẽ dies restituantur. Hæc non comprehendit iustè vexantes, etiam si interim vindictam, & odium misceant, dummodo vexatio non fiat plus & alio modo, quàm postulat Iustitia. Per cognatos excommunicantis intelliguntur eius filij, consanguinei,

pro

propinqui, famuli, & etiam intimi amici, & omnes illi, quorum grauamen videtur grauari esse grauamen excommunicantis. nu. 99. cap. 27.

XIII. *Contra Inquisitores, qui odio vel timore malè procedunt.* Requiritur vt sit Inquisitor, aut deputatus ad hoc officium ab Episcopo, ad incurrendam hanc excommunicationem. Episcopus autem malè procedens solùm incurrit suspensionem officij in tres annos. Requiritur quòd procedat sicut non debet, vel non procedat quando & quomodo debet: & quòd id faciat contra iustitiam, & sciens illud esse iniustum, aut faciat ex odio, amore, fauore, vel lucro. Sed non sufficit, si faciat ignorantia, timore, aut ad euitandum scandalum. num. 100.

XIIII. *Contra religiosos qui absque licentia parochi administrant Sacramenta.* Intelligitur, qui administrant Sacramentum Extremæ vnctionis, aut Eucharistiæ, clericis, aut laicis; aut qui benedicunt nuptias, aut absoluunt excommunicatos, nisi in casibus eis permissis, aut à sententiis promulgatis per statuta prouincialia, vel synodalia, aut à peccatis à pœna & culpa. num. 101. Per religiosum, intelligitur quilibet etiam nouitius; dummodo non sit aliâs Rector, aut curatus Ecclesiæ Parochialis. Quando

verò daretur licentia à Parocho, vt religiosus ministraret, satis erit exprimi Sacramentum, pro quo petitur, quamuis non exprimantur nomina personarum, quibus administrandum sit. Comprehendit religiosum, qui præsumendo facit prohibita in hoc canone, non tamen qui sine præsumptione facit. Non comprehenditur qui hæc facit per ignorantiam, vel credens quòd Parochus æquo animo feret, saltem quoad forum conscientiæ. Neque religiosus administrans alteri religioso exempto, quia non est clericus, neque laicus, neque subiectus presbytero parochiæ. Per parochum verò seu presbyterum parochialē intelligitur Rector, quamuis non sit Presbyter, vel eius Vicarius, & Episcopus. Incurritur ob administrationem factam in articulo mortis, quamuis fiat ob defectum parochi. Non comprehendit administrantem Sacramentum pœnitentiæ, vel baptismi, nec absoluentem ab excommunicatione lata ab homine. cap. 27. num. 102.

XV. *Ex clem. Si quis suadente, de pœnit.* Hæc est contra percutientes, capientes vel bannientes episcopū, & reducta est ad XII. Bullæ Cœnæ.

XVI. *Contra religiosos facientes eligere sepulturas.* Ad hanc cēsuram requiritur quòd sit Religiosus, aut clericus. Et solùm comprehen

prehendit inducétem ad iurandum, vouendum, aut promittendum, de electione sepulturæ, aut de non mutando electam, & requiritur, quòd persuasus aliquid horum faciat, & quòd sepultura pertineat ad Ecclesiam persuadentis, & quòd temerè faciat, nõ existimando probabiliter id facere posse. Non tamé sufficit precari, aut inducere ad eligendam sepulturam, si non promittit, iurat, aut vouet. num. 103.

XVII. *Contra facientes celebrare in locis interdictis*, comprehendit nobiles, & dominos temporales, qui cogunt aliquem ad celebranda diuina officia siue compulsio fiat personæ clericorum: siue eorum consanguineis: & qui voce præconis, vel sonitu campanæ vel tubicinis, vel buccinæ, conuocant populum ad audiendam missam in loco interdicto, præcipuè excommunicatos & interdictos: & qui prohibent, ne excommunicati, aut interdicti eiiciantur ab Ecclesia dum diuina celebrantur. qui admoniti à Sacerdote nominatim nolunt exire. Et in his prędictis comprehendũtur, item Prælati, qui habent iurisdictionem temporalem, & ista faciunt. num. 104.

XVIII. *Contra absoluentes per confessionalia Sixti IIII. à quinque votis Papæ reseruatis.* Hæc vota sunt, videlicet Religionis,

castitatis, peregrinationis in Hierusalem, Romam, & Compostellam. quorum dispensatio est reseruata Papæ. Atque hæc extrauagans *Et si Dominici.* nunc nihil, vel parum prodest, quoad contentum in ea principaliter, quia confessionalia illa iam desierunt. num. 105.

XIX. *Contra exenterantes mortuos.* Comprehendit non solùm exenterantes mortuos, ad conseruandos eos, sed etiam eos, qui in frusta illos concidunt, & ea coquunt, vt ossa carnibus denudata deferant, & in alio loco sepeliant: & eos qui hoc fieri iubent. Non comprehendit eos, qui ista faciunt in terris infidelium, vbi non est sacer locus ad sepeliendum mortuos Christianos: neque eos, qui hoc faciunt viuo, neque etiam mortuo, si alio fine quàm ad sepeliendum faciunt, quamuis ad vindictam, seu ad vescendum faciant. Neque eos, qui ne cadauer fœteat, vel per anatomiam, vel ob honorem cadaueris regij id faciunt. num. 105.

XX. *Contra dantes vel accipientes ob ingressum monasterij.* Non comprehendit accipientem absque pacto vel ex consuetudine, vel sine præsumptione: nec accipiétem eum pacto in victum ingredientis ob necessitatem. Non comprehendit Moniales per declarationem Martini V. & Clementis VII. qui

qui etiam concessit nullam Simoniæ pœnam illas incurrere, quamuis per pacta & conuentiones contrahãt in dotibus monialium in commodum earum victum: Posset consuetudo contraria excusare ab hac excommunicatione non tantùm peccato mortali.num.106.

XXI. *Contra committentes Simoniam in ordine vel beneficio.* comprehendit etiam mediatores: & solùm Simoniacos reales: Non tamen comprehendit Simoniam mẽtalem, neque solam conuentionalem, neque eam quæ committitur extra ordinem, & beneficium.Ibidem.

XXII. *Contra mendicantes migrantes sine licentia Papæ ad non mendicantes, excepto ordine Carthusianorum.*

XXIII. *Contra dantes aut accipientes aliquid ad obtinendam iustitiam, &c.* Comprehendit ista facientes, & etiam promittentes in Curia Romana ad obtinendam iustitiam vel promerendam gratiam alicuius rei. Hæc fuit olim reuocata per Clementem V. Sed nunc fuit innouata & maioribus pœnis aucta per Gregorium XIII. in extrauag. quæ incipit, Ab ipso.additum in Nou.num.106.

XXIIII.

XXIV. *Contra eos qui dicunt peccare mortaliter credentes, B. Virginem fuisse conceptam sine peccato originali, aut oppositum,* Hæc fuit renouata per Concil. Trid. sess. 4. & solùm cõprehendit præsumentem. n. 107.

XXV. *Contra eos qui malè auctorant alienationes Ecclesiasticas* num. 108.

XXVI. Hæc comprehendit septem excommunicationes Papales. Prima est, contra ingredientes monasteria Monialium, Minorum, & Prædicatorum sine licentia eorum qui possunt dare illam. Non comprehendit ingredientes ex ignorantia iusta, vel quasi iusta, nec eum, qui scienter, sed persuasus iustam esse causam ingrediendi. Mulieres autem, quæ praua intentione ingrediuntur, incurrunt quidem, sed possunt absolui à Confessariis eiusdem ordinis. Secunda, contra præsumentes edere libellos famosos in infamiam ordinis Prædicatorum seu minorum. Non comprehenditur qui edit huiusmodi libellos in ignominiam ipsorum religiosorum sine mentione status. Tertia, contra præsumentes prædicare, docere, vel defendere prædictos religiosos non esse in statu perfectionis, vel non licere illis viuere ex eleemosynis, nec prædicare, nec confessiones audire cum licentia Papæ, vel aliorum prælatorum sine licentia Rectorum

Eccle

Ecclesiarum. Quarta, contra præsumentes inferre violentiam locis Prædicatorum, vel Minorum. Qui in hanc incurrunt, possunt absolui vel à Conseruatore, vel à Prælato Ordinis. Quinta. contra detinentes in suis monasteriis, vel Ecclesiis apostatas prædictorum, nisi eiecerint postquam eis fuerit denuntiatum. Possunt etiam prælati horum Ordinum,& Carmelitarum, & qui gaudent eorum priuilegiis excommunicare omnes clericos & laicos, qui retinent apostatas sui ordinis. Sexta, contra monachos Minores præsumentes recipere professos Prædicatorum, absque licentia Papæ, vel sine licentia petita & obtenta suorum Priorum. Septima, contra eos qui conantur ex vniuersitate Parisiensi expellere prædicatores, vel Minores. num. 109.

XXVII. *Contra peregrinantes in Hierusalem absque licentia Papæ.*

XXVIII. *Contra appellantes à Papa ad futurum Concilium* Hæc iam facta est Bullæ Cœnæ: Non comprehendit consulentem, nisi appellatum fuerit: comprehendit tamen consulentem, licitum esse appellare. nu. 110.

XXIX. *Contra Cardinales reuelantes secreta acta in consistorio Papæ.*

XXX. *Contra prædicantes miracula falsa vel incerta.* Sed hæc non est vsu recepta.

XXXI.

XXXI. *Contra Cardinales committentes Simoniam sede vacante.* Comprehendit prædictos, qui sede Apostolica vacante contraueniunt, ordinant, disponunt, aut aliquo modo præsumunt facere, vel attentare contra ordinata à Iulio II. vt sine Simonia eligatur Papa. cap. 27. num. 111.

XXXII. *Contra exercentes confidentiam Simoniacam.* De hac dicit Pius V. in extrauag. Intolerabilis: & in iuris subsidium excommunicationis sententia innodamus, a qua nullus nisi in mortis articulo constitutus, ab alio quàm à Romano Pontifice valeat absolui. Comprehendit ipso facto non solùm exercitores talis confidentiæ, sed etiam mediatores. cap. 27. num. 110. & 111. De hac materia vide tit. Confidentia: & plura cum ipsa extrauag. vide tit. Simonia. I. lit. T.

EXCOMMVNICATIONES reseruatæ partim Papæ, partim Episcopis. §. III.

I. REseruata Episcopo est propter letalem percussionem cleric. c. 27. num. 111. Nou. num. 112. de qua plura tit. Absolutio IIII. & Percussio.

II. Quam

II. Quam fert Episcopus per suum statutum reseruando sibi absolutionem. ibid.

III. Papalis, cuius absolutio ob aliquod iustum impedimentum, quo intercluditur recursus ad Papam, conceditur Episcopo, & non alij inferiori. cap. 27. num. 112.

IV. Est partim Episcopalis, partim non. Contra participantem cum excommunicato in crimine, propter quod est excommunicatus, & cum reseruatione ei cui esset reseruata absolutio excommunicationis propter illud crimen, in quo participando eam alius incurrit. Requiritur ad incurrendam hanc, vt participet post crimen commissum, & post incursam excommunicationem, & vt sciat non solum esse excommunicatum, sed etiam denunciatum: & qui incurrit, toties incurrit quoties participat. num. 112.

V. Partim Episcopalis, partim non, contra eum qui in periculo mortis, vel ob aliud impedimentum, absolutus ab eo qui alias non potest, non se præsentat superiori. Et contra eum qui absolutum à Papa, vel nuncio, præcipientibus, quòd se præsentet ordinariis, vt exequatur eorum mandata, vel vt satisfaciat læsis, non facit quàm cito commodè potest. Tempus autem quo

tenetur

tenetur præsentari, si commodè potest, relinquitur determinandum iudicio boni viri quoad forum exterius, sed quoad interius, conscientiæ ipsius absoluti. num. 113.

EXCOMMVNICATIONES, nemini reseruatæ. §. IIII.

A I. Contra sæculares non reddétes ius Ecclesiasticis. num. 114.

II. Contra consentientes suæ electioni in Papam non factæ canonicè, & contra recipientes eum. Ibid.

III. Contra Episcopum, qui in ciuitate diuersarum linguarum, suscipit gubernationem eorum qui sunt suæ linguæ, priusquam suscipiatur à proprio Episcopo in coadiutorem suum. num. 114.

IV. Contra scholasticos Bononiæ, qui conducunt domos alterius Doctoris, aut scholastici sine consensu eius ante finem termini. ibid.

B V. Contra imponentes Ecclesiis, vel Ecclesiasticis personis taleas, & vectigalia, si admoniti non desistant, & omnes, qui præbent consilium, fauorem, vel auxilium, & eorum successores. Requiritur vt sint Gubernatores, Rectores, aut potestates sæculares.

res. & sufficiet vna admonitio. Non comprehenditur Gubernator, qui, quando, & quo modo, & quantùm debuit, contradixit. Incurritur autem hæc propter onera merè personalia, & mixta, quæ imponuntur personis & bonis: non tamen propter tributa omninò realia, quæ clerici debent ob sua bona, nec ob realia extraordinaria, quæ immediatè spectant ad eorum bona, vt ad reficiendum iter, vel callem qui est ante prædium vel domum suam. num. 115.

VI. Contra clericos presbyteros etiam C nullam habentes dignitatem aut Ecclesiam parochialem, & contra clericos non presbyteros, personatum, aut dignitatem habentes; & contra religiosos, qui audiunt leges vel medicinam. Hæc non comprehendit religiosum audientem intra monasterium, vel extra in eadē tamē ciuitate, in qua degit, vel redit ad monasteriū ante prædictos duos menses. clerici sæculares quamuis obtineant beneficia, & etiamsi diaconi sint, dummodo non habeant dignitatem, vel personatum, non incurrunt. clerici verò presbyteri, etiam non habentes beneficium, & qui habent dignitatem, vel personatum; quamuis tamen sint in minoribus constituti, incurrunt, si audiunt duos menses, etiam si non egrediantur è suis terris vel domibus. Nemo

autem istorum omnium incurrit docendo leges, aut medicinam, etiam extra domum. num. 116. cap. 27.

VII. *Contra clericos suscipientes præfecturas seculares.* Non incurrit hanc initiatus minoribus, nec prælatus, qui habent hanc procurationem annexam suæ dignitati, vel suo patrimonio. Incurrunt Prælati, qui sunt Gubernatores, vel præsidentes cancellariarum. num. 117.

VIII. *Contra Schismaticos*: Sed hæc hodie continetur in Bulla cœnæ.

IX. *Contra capientes bona naufragorum.* Hæc etiam facta est Bullæ Cœnæ. Comprehendit etiam tantùm accipientes scienter, non tamen eos, qui bono animo, aut saltem non malo accipiunt, donec sint in mora restituendi. Neque qui solùm accipit, sine mora, aut voluntate restituendi: nisi acceptio fuerit scienter patefacta, quia tunc illa sufficit, licèt sit absque monitione. Quòd si quæ lex statueret bona naufragorum esse tribuenda illi, vel illi, esset iniqua. num. 117.

F X. *Contra eos qui faciunt observari statuta contra libertatem Ecclesiasticam.* Hæc est iam facta Bullæ cœnæ. Solùm comprehenduntur violantes per viam statutorum, aut consuetudinem contrariam. Non comprehendit eos qui faciunt observari talia statuta

nta si radunt è libris intra duos menses: nec eos qui si non radunt, tamen non faciunt ea obseruari vmquam. Comprehendit quosuis Gubernatores, qui quamuis non obseruent, aut obseruari præcipiant, tamen non impediunt obseruatiã quam sciunt. Nã ex huiusmodi omissione incurritur censura. Non incurrunt qui bona fide talia statuta condunt, vel faciunt obseruari, arbitrantes salutaria esse maximè ex consilio viri eruditi, & pro bono habiti: donec contrariũ sciuerint. num. 119.

Libertas autem Ecclesiastica *est illa quam habet Ecclesia vniuersalis, quatenus est talis in spiritualibus, & temporalibus; concessam à Deo, vel Papa, vel Imperatore.* Ibidem.

Vnde qui statuit aliquid contra hanc vel illam particularẽ Ecclesiã, non incurrit hãc censuram, nisi illa etiã pertineat ad Ecclesiam vniuersalem. Non sufficit aliquid esse cõtra Societatem humanam, vt dicatur esse contra libertatem Ecclesiasticam: nam statuere ne laici coquant, molant, aut vendant clericis panem, non est contra libertatẽ Ecclesiasticam: benè tamen præsumitur esse talis quia licèt per se non tagat nisi congregationẽ hominũ, tamen per aliquid tangit personas, quę sunt ministri Ecclesię vniuersalis. Tunc verò tanget per se, & ex sua natura

libertatem Ecclesiasticam, ,quando sit aliquod statutũ intentione derogandi ei, aut quod ex sua natura aduersetur eidem: quale est statuere, ne Ecclesiis, vel Ecclesiasticis dentur eleemosynæ, vel decimę: vel, vt vectigal, gabellam seu scissam soluant ex eis quæ emunt sibi; non tamen ad negotiandum sed ad reuendendũ causa lucri. Non incurrit qui statuit, ne in funeralibus, primis missis, vel nuptiis, extra modum offeratur, vel ne fiant conuiuia immoderata, neque sumptus circa luctus & aliæ pompæ: quia suapte natura non tangit hoc libertatem Ecclesiæ, quamuis per accidens inde sequatur, quòd Ecclesiæ, earúmque ministri minùs lucrentur. nu. 120.

Incurrit tamen qui statuit aliquid contra ea quæ de se diriguntur ad Ecclesiã, vel ad salutẽ animæ defuncti, vel ad cultum diuinũ in funeralibus; & sic intelligendum est cap. vlt. de reb. Eccles. quatenus dicit quòd laici non possunt statuere de funeralibus. Ibid.

EXCOMMVNICATIO VI.

De libro sexto decretalium excommunicationes nulli reseruatæ. §. I°.

A XI. IN ordine. *Contra mittentes litteras, vel nuntios, vel clam loquentes Cardinalibus existentibus in conclaui ad eligendum*

gendum Papam. Non comprehendit ipsos Cardinales intus existentes: atque secretum intelligitur tantùm quoad loquutionem non quoad duo priora. num. 121.

XII. *Contra magistratus & gubernatores qui in electione Papæ non faciunt ea quæ debent, & sunt eis mandata.* cap. 27. n. 121.

XIII. *Contra molestãtes electores, eo quòd non eligunt optatum ab eis.* Ad hanc incurrendam requiritur quòd interueniat grauamen spolij, vel iniusta persecutio, & quòd id fiat, quia noluit eum eligere pro quo fuit rogatus, vel suasus, & quòd persona eligenda sit Ecclesiastica, & quòd grauamen, vel molestia fiat rogato, vel eius consanguineis, vel eius Ecclesiæ, monasterio, aut pio loco. Vnde non incurrit qui hac de causa omittit dare Ecclesiæ eleemosynas consuetas. num. 122.

Per spolium autem intelligitur acceptio occulta, vel violenta quorumlibet bonorũ mobilium, vel immobilium. Prætereà quod dicitur de electione, idem dicendum de Præsentatione spectante ad personam Ecclesiasticam: sed non ad laicam. Idem de confirmatione, electione, institutione, ac postulatione. Ibidem.

XIV. *Cõtra nouè vsurpantes ius custodiendi aliquam Ecclesiam Sede vacante.* Duo re- B

quiruntur ad hanc censuram, ita vt alterum sine altero non sufficiat, scilicet, quòd conetur nouè vsurpare tale ius, & quòd capiat illius Ecclesiæ bona. Non tamen comprehenditur ille, qui hoc facit, quòd ad eum pertineat ex fundatione, vel antiqua consuetudine, vel præscriptione. Noue autem vsurpare dicitur, qui nondum possedit quadraginta annos. num. 123.

XV. *Contra vocatum vt dirigat electiones Monialium, non temperantem à rebus ex quibus oriri vel foueri potest discordia.* Non comprehenditur qui non accersitus in directorem, interest electioni: neque qui excitat, vel fouet discordias post electionem factam. Atque persona ad directionem accersita, potest esse etiam laicus, etiam fœmina. Vnde Moniales cuiuscũque ordinis possunt accersere quamlibet aliam personam extraneam, scientia & conscientia præditam ad suarum electionum directionem. Æquius tamen esset accersere ad hoc virum eiusdem ordinis. num. 124.

C XVI. *Contra partem incitantem conseruatorem ad procedendum in his quæ non continent apertam violentiam, & quæ requirunt altiorem indaginem.* Non incurrit qui non est pars in iudicio, neque si est, & procurauit, aut incitauit, si aliâs Conseruator id non fecit. num. 125.

num. 125. Nam cùm lex loquitur principaliter de faciente, & secundariò de mandante(quale est hic)mandans, aut cõsulens, aut faciens, non incurrit pœnam, donec fiat id, quod mandat, consulit aut procurat. Secus si æquè & principaliter loquatur de vtroque. num. 51. circa finem. Neque incurrit cùm conseruator datur cum clausula, *vt possit cognoscere etiam de eo, quod requirit altiorẽ indaginem*, vt cõmuniter hodie cõceditur. n. 125.

XVII. *Contra facientes, vi aut metu se absolui à censuris, aut eas reuocare.* Non sufficit iniicere metum, si absolutio non fuit impetrata. Requiritur ad incurrendam hanc censuram timorem esse iustum: quod tamen procedit quoad forum exterius. nam in foro conscientię videtur sufficere quamuis nõ sit iustus. Nihil refert an sententia sit iusta, vel iniusta, an lata à iure, vel ab homine, an excommunicatus timorem ingerat, an alius pro eo. c. 27. n. 125.

XVIII. *Contra fingentem aliquid, vt iudex vadat ad mulierem, ad accipiendum testimonium eius.* Per illud *fingentem* intelligitur vel ipse iudex, vel alius; Per *iudex* comprehenditur etiam laicus. Non sufficit fingere si ipsa profectio personalis non fuit subsecuta. Neque ipse iudex incurret eundo, si ipse non finxit aut fingi fecit.

D XIX. *Cõtra compellentes ſubmittere bona Eccleſiaſtica perpetuò vel ad longum tempus perſonis laicis.* num 126. Ad incurrendam hãc debent concurrere hæc, ſcilicet quòd huiuſmodi compulſio fiat ad ſubmittendum perpetuò vel in longum tempus Eccleſias, bona immobilia earum, vel iura, laicis, in caſibus iure prohibitis, & accepta referendo illis tũquam Superioribus, patronis, & defenſoribus. Comprehendit etiam eos, qui aliquid horum habentes per aliquem cõtractum licitè factum, vſurpant pluſquam per illum illis eſt permiſſum, & admoniti ab eo non deſiſtunt. Per longum tempus excluditur id quod eſt breue, quod eſt minus decem annis vnde qui iſta ad breue tempus faceret, non incurreret. Monitio autem illa ſufficit, vt ſit vna. Etenim monitio excommunicationis quæ fit in iudicio alteri quàm partibus litigãtibus, vel extra iudicialis (qualis eſt hæc quæ neque fit partibus litigantibus, neque ad ferendam excommunicationem, ſed ad incurrendam iure ſtatutam, ſufficit, & debet eſſe vnica. Submiſſio autem huiuſmodi prohibita eſt etiam per leges Hiſpaniæ, & vocatur *Commenda*: & quibus fit, *Commendatarij*. ibid.

XX. *Contra inuentores nouarum religionũ, abſque facultate Papæ.* Non incurrit hanc qui nouum

nouum habitum sibi accipit, vt per se solitarius degat, dummodo non instituat ordinem viuendi in Societate. num. 127.

XXI. *Contra exigentes portoria ab Ecclesiasticis.* Hæc partim redacta est ad bullam Cœnæ. Per illa portoria intelliguntur non quæ licitè petuntur à laicis quibusuis, sed quæ illicitè petũtur tam à laicis priuilegiatis & immunibus, quàm à clericis. Et clausula sexta Bullæ Cœnæ, quæ excommunicat eos qui exegerint aliqua onera ab Ecclesiasticis etiam sponte concedentibus, loquitur de oneribus impositis, petitis, & rogatis saltem ratione prouentuum Ecclesiasticorum, non tamen de iis, quæ petuntur, vt ab aliis quibuslibet laicis. Vnde exactores portorij, seu publicani, qui exigunt à clericis portorium, seu vectigal, vel gabellã, vel scissã in casibus prohibitis, incurrunt censuram huius canonis, & nõ illam illius clausulæ bullæ Cœnæ. E

Ille autem clericus dicitur negotiari, seu exercere mercaturam, qui emit, vt vendat absque mutatione eius: & non qui emit in suos vsus, & posteà per accidens non mutando, nec qui emit vt vendat mutatam in aliã formam. Vnde monasterium, vel clericus, qui habet venam ferrariam suam, & exportat eam in alias terras, vt inde ferrum conficiat & vendat, non debet vecturam, nec

etiam si sui patrimonij, vel Ecclesiasticos prouentus deueheret. Secus si emeret solam venam, & aliorum ministrorum manibus conficeret. Atque locatores & agricolæ partiarij prædiorum Ecclesiasticorum debent soluere pro sua parte. Non incurrunt hanc qui accipiunt guidagia, seu ducatus, seu mercedem, ob id quod ducant, & portent à clericis persoluentibus sua sponte. Qui verò recipiunt taleas, vel vectigalia illis imposita, quamuis sponte soluant, incurrunt non hanc, sed illam bullæ Cœnæ. c. 27. n. 118.

Resolutio ergo quã ego colligo ex excõmunicatione sexta & decima quarta bullæ Cœnæ, & excommunicatione capitis quamquam, est, quòd qui petit pedagia simpliciter prohibita, id est (quæ neque ab Ecclesiasticis, neque à laicis licitè petuntur) incurrit excommunicationem sextam Bullæ Cœnæ positam. num. 61. quæ incipit *excommunicamus omnes qui in terris.* Qui autem exigit pedagia, seu minuta portitoria, habita ratione fructuum Ecclesiasticorum, incurrit excommunicationem decimam quartam Bullæ Cœnæ positam. num. 69. quæ incipit *excommunicamus omnes & singulos cauellarios.* Denique qui exigit pedagia à personis Ecclesiasticis de his rebus, quas non deferãt causa negociandi, si sint prohibita secundùm

dùm quid:id est, quòd iustè possunt peti à laicis, nullam incurrunt excommunicationem Bullæ Cœnæ, sed excommunicationem capitis, quamquam.

XXII. *Contra impedientes iurisdictionem Ecclesiasticam.* Hæc etiam redacta est ad decimam quartam excommunicationem Bullæ Cœnæ.

XXIII. *Contra Dominos sæculares prohibentes subditis, ne emant vel vendant clericis, neque eis molant frumenta, neque coquant panes, neque præstent eis aliqua alia officia, & subsidia.* Quanquam hoc non sit suapte natura contra libertatem Ecclesiasticam, sed contra societatem humanam, tamen præsumitur esse contra illam, quum præsumitur quòd intētio est vexare eam. ad incurrendā hanc, non est necesse vt statutum fiat super hoc, sed sufficit verbo imperare subditis, vt supradicta clericis exhibeant. Non incurrit, neque facit contra libertatem Ecclesiasticam, qui statuit, ne vllus vendat sua prædia ei qui non confert in communia vectigalia: quoniam intelligendum est, ita vt nō comprehendat Ecclesiasticos. Secus, si habeat prauam intentionem, & faciat iniustam extensionem. n. 130. E

XXIV. *Contra religiosos temerè dimittentes habitum sui ordinis.* Non incurritur ob

hone-

honestam dimissionem, quæ fit iusta de causa. Neque ob quamlibet temerariam venialem, imò neque ob quamlibet temerariam mortalem, qualis est eius qui dimittit, vt expeditiùs indulgeat fornicationi. incurrit tamen qui habitu dimittit, vt dissimulatus vadat ad fornicandum. Incurritur etiam ob dimissionem, quę fit ad vtendum alio habitu ad scelus aliquod mortiferum, vel ob talem causam & in tantum tempus, vt iudicio boni viri dicatur dimisisse illum: secus si pro exiguo spatio illum dimittens alium sumat intra vel extra monasterium. Non incurrit qui illum ita occultat, vt saltem familiaribus appareat religiosus, secus si adeo occultaret, vt etiam familiares non agnoscerent eum esse religiosum. Incurrit tamen, qui illum dimittit ad accipiendum habitum alterius religionis, quamuis immediatè sumat illum. cap. 27. num. 132.

XXV. est decretum quoddam Concilij Tridentini circa religiosos vagantes, vel dimittentes habitum. de quo vide Religiosus 111.

XXVI. *Contra religiosos euntes ad studia sine licentia*: hæc licentia quando ei datur, debet esse non solùm Prælati, sed etiam sui conuentus; ad alia negotia sufficit Prælati. Non incurrit hanc qui vadit ad locum studiorum,

diorum, vbi etiam habet monasterium sui ordinis. Neque licet tale non sit monasterium, dummodo ferat licētiam sui Prælati, à quo solùm pendet dare eam ad habitandum extra monasterium, quale est apud Mendicantes. Neque incurrit Abbas, vel Prior, qui sine licētia sui Superioris, aut cōuictus proficiscitur ad studia. Quod per locū à speciali probatur non esse quem excōmunicatum eo solo quòd exeat monasterium non dimisso habitu, nam in extrauag. Viam, de regul. dicitur, monitionem prærequiri, vt talis exiens excommunicetur, in Nouo cap. 27. num. 133.

XXVII. *Contra doctores docentes leges vel medicinam religiosos, qui reliquerunt habitum.* Non incurrit doctor hanc censuram, si ignorando illum esse religiosum, eum doceat: neque etiam si sciat, si illum non detinet arroganter in scholis: neque incurret, si ille non dimisso habitu sine licentia prælati illas facultates ab eo audierit, benè tamen incurret doctor aliam excommunicationem docendo religiosum leges, seu medicinam, etiam si non dimiserit habitum. num. 134. G

XXVIII. *Contra clericos, vel laicos sepelientes hæreticos in loco sacro*: Comprehendit præsumentes, & eorum defensores, fautores, aut

aut receptatores: non sunt absoluendi donec sepultum extrahant. 134.

H XXIX. *Contra iudices non auxiliantes contra hæreticos. Item contra non obedientes Episcopis, aut inquisitoribus circa hæc opportuna mandantibus. Item Contra non exequentes sine mora sententiam ab eisdem in hæreticos latam, & illorum brachio sæculari remissam: Contra dimittentes quoscumque comprehensos, sine licentia Episcopi, vel Inquisitoris. Contra eos qui quouis modo se se intromittunt ad cognoscendum vel iudicandum de crimine hæresis, vel impediunt Episcopos, seu inquisitores in illorum processibus. Denique contra talium iudicum fautores, cõsultores, aut præbentes eis auxilium*: Hæc censura non est reseruata. Verùm illi contra quos datur, toties incidunt & in hanc, & in illam primam bullæ Cœnæ, quoties se faciunt fautores hæreticorum. Quòd si alicubi Episcopus iuberet vnum, & Inquisitor aliud, debet iudex supersedere. num. 135.

XXIX. *Contra interficientes Christianos per Assassinos.* Non comprehendit eos, qui faciunt interficere propter pecuniam, nisi sint certi quidam pagani cuiusdam Domini ditionis cuiusdam, ita persuasi, vt putent præcellens opus esse interficere quem suus Dominus iubet. num. 135.

XXX.

XXX. *Contra permittentes in terris suis fœneratores publicos alienigenas, vel non expellunt eos, vel locant illis, vel alio prætextu concedunt eis domos ad usuras exercendas.* Non incurrit, qui eis dat vel locat domum, ad habitationem vel hospitium tantùm: secus si concedat eam ad fœnerandum, actualiter. num. 136.

XXXI. *Contra dantes represalias contra Ecclesiasticos.* Hæc explicatur infr. tit. Represaliæ.

XXXII *Contra negligentes persequi, & vindicare iniurias Cardinalibus illatas.* Hæc iam facta est Bullæ Cœnæ: comprehendit quosuis principes, aut alios Dominos, vel iudices. num. 96. &, 136.

EXCOMMVNICATIONES Clementinarum nulli reseruatæ.

§. *VI.*

XXXIV. IN ordine. *Contra frangentes sequestrum*: Hæc hodie non incurritur, quatenus est lata à iure, sed alia quam fert iudex, qui decreuit sententiam num. 137.

XXXIV. *Contra sepelientes in loco sacro.*

cro interdicto, nominatim interdictos, vel publicè excommunicatos. Comprehenduntur omnes Ecclesiastici etiam Prælati, & Laici, etiam fœminæ ista facientes. Locus sacer intelligitur etiam Ecclesia, licèt in textu non exprimatur, nisi cæmeterium: Non tamé ager vel locus profanus loco sacro coniunctus. Nominatim interdicti, aut publicè excommunicati intelliguntur quo ad hoc solùm pro talibus denunciati. Comprehenditur vsurarius manifestus, qui sine palliatione, aut simulatione interesse, vel aliorum contractuum, fœnerat: alioquin neque dicetur manifestus, neque comprehendetur, quoad hoc. Solùm comprehendit sepelientes, & collocantes corpus in sepultura, non tamen eos qui efferunt, vel prosequuntur, aut peragunt officia diuina. Neque comprehenduntur sepelientes, aut collocantes, si id faciant non præsumentes, aut ignoranter, aut credentes illum esse absolutum, aut dedisse cautionem. Incurrentium verò absolutio sine debita satisfactione est nulla, & iniusta. num. 137.

B XXXV. *Contra religiosos appropriantes sibi decimas.* Non comprehenditur religiosus translatus ad ecclesiam sæcularem, neque religiosus, qui aliàs habet beneficia regularia. Non comprehenduntur non soluen-

tes,

tes nisi approprient, vel vsurpent, vel prohibeant, vel non permittant. Imò neque appropriantes, qui hoc faciunt sine præsumptione, & credentes illas pertinere ad sua beneficia, per priuilegium, seu præscriptionem. num. 138.

XXXVI. *Contra religiosos adeuntes aulas principum animo nocendi suis prælatis, vel monasterijs.* Incurrit qui hoc facit, quamuis proficiscatur cum licentia, & facultate. num. 139.

XXXVII. *Contra monachos habentes* C *arma in monasterio.* Comprehenduntur qui habent talia etiam defensiua sine licentia. Nō dicuntur arma, lapides aut baculi, quoad hunc canonem. Nō intelliguntur inter monachos Canonici regulares. Non incurrunt qui habent arma etiam offensiua, per ignorantiam, vel negligentiam, vel obliuionem suis, sine malo animo offendendi: neque qui haberet illa ad resistendum suo Abbati, quem probabiliter credit se inuasurum. Nō comprehenditur, qui illa habet in alio monasterio, vel foris venit cum illis, dummodò non seruet in eodem. Per claustrum intelligitur locus vnde non licet exire sine facultate. num. 139.

XXXVIII. *Contra impedientes visitationem Monialium: nisi cessent ab eo cùm sint*

admoniti. Hæc admonitio debet esse posita iam impedimento, vt non cessantes incurrant. Non sufficit illa, quam visitatores dant antè. Sufficiet tamen, si est generalis.

D XXXIX. *Contra imitantes statum Beguinarum, vel illum consilio, auxilio vel fauore iuuantes: vel de nouo instituunt.* Non includuntur fœminæ, quæ sine regula aliqua priuatim degunt cælibes, Deo seruientes iuxta instinctum eius, neque Moniales tertij ordinis S. Dominici, & S. Francisci. num. 140.

E XL. *Contra eos qui scienter in gradibus consanguinitatis, vel affinitatis constitutione canonica prohibitis, aut cum Monialibus contrahunt matrimonium. Item contra Religiosos vel moniales, & clericos in sacris constitutos matrimonia contrahentes, & inter eos scienter eadem celebrantes.* Non incurritur hæc censura nisi intra septem casus, vel septem genera hominum hîc contenta, etiamsi cum infideli, vel affine spirituali, vel alio impedimento dirimẽte contrahatur matrimonium neque in istis septem, nisi quando sine iusta dispensatione Papæ, vel sine conditione, *si Papa dispensauerit*, contrahitur. num. 144.

In tribus prioribus casibus, & etiam in vltimo, habet locum ignorantia probabilis facti, vel iuris, quæ excusat à censura: in reliquis verò communiter non habet locum.

Qua

Quæ verò ignorantia, vel in his vel in aliis excusat probabiliter, intelligendum est in foro conscientiæ: nam in exteriori aliud præsumendum est. Denique hæc censura requirit dolum, à quo etiam ignorantia crassa excusat, maximè in foro interiori. Non comprehendit contrahentes sponsalia de futuro, etiam secuta copula, quamuis sit cum affectu maritali, post Trident. huiusmodi enim sponsalia non transeunt in matrimonium, & ad incurrendam hanc non sufficit quod habeatur scientia, & notitia impedimentorum post contractum matrimonium, sufficiet tamen ad peccandum mortaliter, si non separentur. Non comprehendit consulentes, fauentes, auxiliates, de quibus nullus est sermo. Comprehendit solum contrahentes & clericum celebrantem, non tamen testes, nisi quando per constitutiones Synodales extenditur ad eos. Non comprehendit contrahentes ob iustum timorem: peccarent tamen mortaliter cõtrahendo etiam in quarto gradu consanguinitatis. num. 141.

XLI. *Contra Inquisitores, & eorum commissarios, vel Episcoporum, vel capituli sede vacante, qui prætextu sui officij illicitè sumunt pecuniam aliquam, & qui scientes confiscant bona ecclesiastica.* Per commissarium intelli-

gitur etiam Vicarius Episcopi : & per pecuniam quælibet alia res pecunia æstimabilis Casus hic est Episcopalis : & absolutio erit nulla, si sine præuia & debita satisfactione impendatur, si commodè potest satisfieri, nisi in articulo mortis. & ad valorem absolutionis, non est necesse soluere pœnam, vltra id quod fuit acceptum. num. 142.

XLII. *Contra facientem statuta ad soluendas vsuras, vel ad non repetendum solutas & contra eos, qui talia statuta non vadunt libris, aut non abolent consuetudinem vim legis habentem.* Comprehenduntur officiales ciuitatum ista facientes : Qui verò sententiam scribit, non incurrit hanc, sed aliam cap. Nouerit. de sent. excom. vide supra § IV. Excom. X. lit. E. Non comprehendit soluentes, quòd nemo accipiat pro vsura, nisi tantum quid, pro viginti in mense. ibid.

XLIII. *Contra Mendicantes, qui accipiunt nouas domos, seu loca ad habitandum, seu alienant acquisita ante Concil. Lugdunense.* Sed hæc iam cessauit per priuilegium Iulij II. & Leonis X. c. 27. n. 144.

XLIV. *Cõtra mendicantes qui cõcionantur, vel aliàs dicunt aliquid ad auertendos audientes à soluendis decimis debitis Ecclesiæ.* Quatuor requiruntur ad incurrendum hãc. Primò: quòd sit religiosus. Secũdò: quòd habeat intẽ

intentione auertendi. Tertiò; quòd decimæ debeantur Ecclesiæ. Quartò: vt audiētes sint qui eas debent. Ab hac nullus religiosus excluditur & nulla religiosa includitur, nec vllus laicus, nec clericus sæcularis. num. 145.

XLV. *Contra religiosos, qui de industria nullum scrupulum iniiciunt in confessionibus, pœnitentibus, de solutione decimarum, & posta non expiata hac negligentia cùm commodè possent, præsumunt concionari.* Quinque requiruntur ad incurrendā hanc. Primò: quòd sit religiosus. Secundò: quòd fuerit negligens incutiendo scrupulo pœnitenti. Tertiò: facere hoc scienter, & non purgare hāc negligentiam, cùm commodè posset. Quartò: concionari absque purgatione illius. Quintò: quòd non sit religiosus monasterij, quòd accipit decimas: non tamen requiritur ad incurrendam hanc, quòd præcedat requisitio. n. 145.

XLVI. *Contra religiosos, qui non seruant interdictum, vel cessationem à diuinis, quam seruat Ecclesia Cathedralis vel matrix, vel parochialis oppidi.* Comprehenduntur omnes religiosi, & religiosæ, qui scientes obseruationem interdicti non seruant. Non habet locum in interdicto vel cessatione speciali. Sed solum in generali, etiamsi tam interdictum, quàm cessatio, sint inualida, vel nulla.

Non tamen sufficit quod ab aliquibus canonicis obseruetur, si reliqui capellani non seruant. Et vbi sunt multæ parochiales æquè diuisæ, & nulla matrix, aut cathedralis, necesse est ad obligandum religiosos, vt ab omnibus obseruetur, quamuis aliqua parochialis intra cuius fines est situm monasterium obseruet. Quòd si interdictum, vel cessatio sint valida, tenentur religiosi illa obseruare, licèt matrix non seruaret: Et, si non seruant, incurrerent alias pœnas per alios canones positas. Hæc autem censura habet locum in omnibus interdictis & cessationibus positis à iure, vel ab homine quacumque authoritate fulto. Concil. Trid. statuit sess. 25. cap. 12. de Regul. Quòd censuræ, & interdicta non solùm à sede Apostolica mandata, sed etiam ab ordinario promulgata mandante Episcopo, à regularibus in eorum Ecclesiis publicentur & seruentur. 146.

XLVII. *Contra impugnantes litteras Papæ electi.* Intelligitur in canonicè electo. nã hic eodem puncto, quo ritè eligitur, immediatè confirmatur à Deo, habétque tunc eandem potestatem, quam habet post coronationem. Non tamen habet locum in eo qui fuit ob iustum timorem electus. n. 147.

XLVIII. *Contra interpretantes Clementinam, Exiui de paradiso.* Hæc suspensa fuit à Ioanne

Ioanne XXII. Per quandam extrauagantem quoad caput exiuit de verb.sign. Quoad excommunicationem quam continebat, ea non tamen quoad eam quæ data est contra interpretantes prædictam Clementinam. num.147.

XLIX. *Contra Vizochos* eadem est quæ XXXIX.

L. *Contra imprimentes libros sine examine.* M Hæc, quæ est Concil. Later. videtur derogata quo ad censuram, non tamen quoad solennitatem. quæ confirmata à Trid. seruatur certo modo.

LI. *Contra impedientes receptionem nunciorum Papæ, aut eorum officii, & commissionis fũ-ctionem, non obstante consuetudine de non mittendo Legato, nisi ei qui petitur.* Hæc iam est reseruata Papæ, & continetur in bulla cœnæ. num.148.

LII. *Contra alienantes, vel locantes Ecclesiastica bona, in plures quàm tres annos.* Attẽdenda est consuetudo: & videtur nusquam esse omnino recepta. Atque post Trid. nullæ locationes beneficiorum anticipatis solutionibus factæ valent in præiudicium successoris, non obstante quocumque priuilegio: nec huiusmodi locationes in Romana Curia, vel extra confirmentur. num.150. N

De locationibus iurisdictionum, & rerum

Ecclesiasticarum, vide tit. Locatio in fine.

EXCOMMVNIC. VI. TRIdentini, Pij V. Gregorij XIII. &c. §. VII.

LIII. IN ordine. *Contra mulierum raptores, et illis consilium, auxilium, & fauorem prebentes*, qui etiam sint perpetuò infames & dignitatum incapaces: & si fuerint clerici, de proprio gradu decidant. ex Trid. sess. 24. cap. 26.

LIV. ex Trid. sess. 24. cap. 9. Contra eos qui quouis modo subditos suos, vel quoscumque alios cogunt minus liberè matrimonia contrahere. cap. 27. num. 150.

LV. *Contra eos, qui virginem viduam vel quamlibet mulierem quomodocumque cogunt (præterquam in casibus à iure expressis) ingredi monasterium*, suscipere habitum, vel profiteri: & contra dantes eis consilium, fauorem, & auxilium, ex Trid. sess. 25. ca. 18. de regul. num. 150.

LVI. Ibidem. *Contra impedientes virginum voluntatem accipiendi velum, vel profitendi*: & etiam aliarum mulierum. ibid.

LVII. *Contra concedentem locum ad duel-*

lum,

lum, in terris suis inter Christianos. Qui si habuerint terras Ecclesiæ, priuantur iurisdictione & dominio illius ciuitatis aut loci, in quo fieri permiserint: quòd si feudalia fuerint, statim acquiruntur dominis suis directis. Trid. sess. 25. cap. 19. de Reform. cap. 27. num. 150.

LVIII. *Contra eos qui duellum commiserint*, & eorum patrinos, cum bonorum proscriptione, & perpetuæ infamiæ, ac homicidij pœna: &, si in conflictu decesserint, careant sepultura Ecclesiastica. ex Trident. ibidem.

LIX. In eos, qui consilium dederint in causâ duelli, vel illius spectatores fuerint, non obstante quocumque priuilegio. ibid.

Huic Tridentini C. statuto, addidit denuò Gregorius XIII. aliud in hæc verba.

Statuimus, omnes illos qui ex condicto statuto tempore, & in loco conuento monomachiam commiserint, etiam si nulli patrini, sociive ad id vocati fuerint, nec loci securitas habita, nullæve prouocatoriæ litteræ, aut denuntiationis chartulæ præcesserint, censuris & pœnis omnibus à dicto Concilio propositis teneri, perinde ac si publico & consueto abusu singulare certamen iniuissent. Volentes etiam, locorum Dominos, si certamen ex condicto permiserint, aut quantum in se fuerit non prohibuerint,

rint, omnésque illud fieri mandantes, instigantes, auxilium, consilium, vel fauorem dantes, equos, arma, pecuniam, commeatum & alia subsidia scienter subministrantes, aut ex composito spectatores, vel socios, quouis modo sese præbentes eisdem pœnis & censuris subiacere, etiam si illi qui ad locum destinatum pugnaturi accesserunt, impediti pugnam non commiserint, si per ipsos non steterit quominus illa committatur.

Hactenus verba Gregorij. Quæ tota additio est ius nouum. cap.27.num.150. additum in Nouo.

LX. *Contra non habentes pro authenticis libros omnes Sacræ Bibliæ* (exceptis 3. & 4. Esdræ) *iuxta editionem vulgatam*: & contra scienter contemnentes constitutiones Apostolicas. ex Trid.sess.4. canon. de script. canon.cap.27.num.150.

LXI. Pij V. *Contra mulieres ingredientes clausura monasteriorum etiam Monialium virtute facultatum Apostolicarum, quas reuocat.* Comprehendit etiam ingrediẽtes sine prætextu licentiæ. Concedentes verò licentiam, comitantes, & recipientes, & prælatos, ac monachos eas introducentes, vel admittentes, suspendit in nouo. ibid.

Gregorius autem XIII. reuocauit denuò omnes facultates ingrediendi concessas.

sas. Extenditque excommunicationem Pij V. ad omnes ingredientes etiam cum licentia Episcopi, vel aliorum prælatorū absque necessitate: Imò extendit eam ad ipsos Episcopos intrātes monasteria Monialium, nisi in casibus necessitatis: atque tunc non ingrediantur nisi comitati à paucis senioribus & religiosis viris. Nou. num. 150.

LXII. Pij V. *Contra quomodolibet malè tractantes Inquisitores, aut Episcopos id munus in sua diœcesi vel prouincia obeuntes*, & alios quosuis S. Inquisitionis ministros. ibid.

LXIII. Pij V. *Contra scientes & non reuelantes iniurios Cardinalibus*; vel iam damnum perpetrantes, vel perpetrare parantes. Hæc extendit & innouat, XI. lib. 6. ex reseruatis Papæ. vide supra. §. II.

LXIV. Pij V. *Contra quosuis Moniales exeuntes à monasteriis, nisi in casu magni incendij, aut ægritudinis lepræ vel epidimiæ*, & cum approbatione scripta Superioris vel Episcopi. cap. 27. num. 150.

LXV. Contra capientes fructus beneficiorum primi anni. eiusdem Pij V. Hæc est reseruata Papæ. ibidem.

LXVI. Pij V. Contra capientes in seruos, Christianos habitantes in terris occupatis à Turcis, & nolentes eos relinquere liberè cum suis bonis. ibidem.

LXVII.

LXVII. Pij V. Contra omnes principes & dominos totius orbis (nullo excepto) non parentes S. Inquisitioni generali Romæ.

De absolutione ab excommunicatione, vide tit. Absolutio III. & IV.

EXECVTOR.

QVi exequuntur Superiorũ mandata cõtra ius naturale vel diuinum, peccant grauissimè. cap. 25. num. 9.

Neque excusat eos obedientia, quam suis regibus id præcipientibus debent. Quoniam contra ius naturale, vel diuinum, non est eis obediendum. ibidem.

De executore testamenti, vide in tit. testamentum.

EXCVSATIO.

CAusa rationabilis excusat semper transgressorem legis humanæ, saltè à mortali. Ea verò dicitur causa iusta, propter quam si legislator adesset, eum pro excusato haberet. Præl. 9. num. 14. in Nou. num. 16.

Causa autem, quæ bona fide putatur iusta, licèt non sit omnino talis, excusat à mortali circa legem humanam; peccat tamen venialiter, qui ob talem causam transgreditur illam. Ibidem. & cap. 21. num. 20. & cap. 23. num. 43.

Quando

Quando verò excuſent à peccato, vel cenſuris timor iuſtus, ignorantia, obliuio, & obedientia: vide tit. Ignorantia. Metus. Obedientia. Obliuio.

EXHÆREDATIO: vide Hæreditas.

EXORCISMVS: vide Adiuratio, & Baptiſmus.

EXTREMA NECESSITAS: vide Eleemoſyna.

EXTREMA VNCTIO: vide Vnctio.

FALLACIA: vide Dolus.

FALSARIVS ET *Falſitas.*

FAlſans ſcripturam in damnum alterius, vel qui ſciens eſſe falſam, vtitur ea, tenetur reſtituere damnum. Et, ſi ſint litteræ Papæ eſt excommunicatus, cum reſeruatione. Non tamen erit excommunicatus, ſaltem quoad forum conſcientiæ, ſi demat vnam literam, vel apicem, quæ non mutat ſententiam. Neque minùs, ſi hoc facit, vel falſat litteras Apoſtolicas, quæ iam non valent. cap. 17. num. 168. & Nou. nu. 169. vide etiam tit. Literæ.

Qui verò falſat ſubſcriptionem, vel ſigillum Prælati, vel aliorum, peccat, & tenetur

tur restituere damnum sequutum. Idem de eo qui falsat pondera, vel mensuras, aut falsis scienter vtitur. Ibidem.

De falsante nummos: vide Moneta.

FAMA, ET *Infamia.*

A FAMA est existimatio bona de aliquo, qua putatur bonus, vel habilis in aliquem bonum vsum. Gloria verò est clara cum laude notitia. cap. 18. num. 19. 20.

Fama nullum habet pretium. cap. 17. nu. 89. & num. 90. Atque eius & honoris bona, altioris gradus sunt, quàm bona fortunæ seu pecuniaria. Et non tenetur quis restituere bona ordinis inferioris cum iactura bonorum ordinis altioris, saltem communiter. cap. 16. num. 44.

Bonum autem notabile animæ, corporis, famæ, honoris, aut pecuniarũ dicitur, quod viro prudenti, & bono tale videbitur consideratis circumstantiis personæ, loci, temporis, & aliis. cap. 18. num. 20.

B Qui infamat aliquem, iniustè peccat contra legem diuinam, & naturalem. cap. 7. nu. 1. Vnde fama proximi ablata necessariò est

resti

restituenda. cap. 18. num. 42.

Qui verò grauissimè infamauit aliquem, non tenetur restituere cum periculo vitæ. cap. 17. num. 91. Quia bona vitæ & salutis altioris gradus sunt, quàm bona famæ & honoris, & non tenetur hæc restituere cum iactura illorum. cap. 18. num. 44.

At verò, qui ob periculum vitæ, aut ob alias causas non potest famam restituere, tenetur compensare. num. 42. & debet compensare pecunia. cap. 17. num. 90.

Damnum illatum iniustè infamato, durante infamia, non est integrè restituendum, C
sed ad arbitrium boni viri: quod intelligitur de damno boni acquirendi, non tamen iam acquisiti. cap. 18. num. 44.

Qui detrahit alicui apud aliquos animo infamandi, si illi non conceperunt malam opinionem, nec sic infamatus bonam famam amisit, non tenetur restituere. Ibidem.

Qui laudando vnum, immodicè famam D
alterius notabiliter extenuat, tenetur restituere. num. 44.

Qui mentiendo infamauit alium, tenetur restituere, asserendo se fuisse mentitum, vel saltem se dixisse falsum: non tamen tenetur testes adducere, satis erit iurare, si aliàs ei non crederetur. num. 45.

Qui infamauit dicendo verum, licèt minùs

nus peccet, tamen ad tantam restitutionem tenetur, sicut qui infamauit mentiendo. Heres autem detractoris non solùm in iudicio exteriori, sed etiam in interiori tenetur famam restituere. num. 46.

E Qui infamauit detegendo delictum verum, sed occultum: tenetur etiam restituere: modus autem restitutionis aptior, (maximè apud viros prudentes) est laudare sæpius virtutes infamati, nulla facta mentione mali à se detecti. num. 45.

F Nemo tenetur sibi famam restituere, nisi in 4. casibus. I. Quando indigens notabiliter fama ad se continendum eam prodegit. II. Qui pro iusto habitus alia sua turpissima delicta detegit, ita vt probabile sit, forte causam, vt alij in eadem incidant. III. Quando crimen detegit ob quod eiusdem, aut alicuius alterius vitæ, seu membri iacturam meretur. IV. Quando ex eius infamia sequitur damnum honoris, aut bonorum aliorum hominum. cap. 18. num. 28. 46.

G Persona publica se infamans, vel quæ se notabiliter infamantibus non resistit, aut famâ restitutionem non petit, peccat. num. 61. Vnde huiusmodi persona infamata, ex cuius infamia respublica patitur damnum, tenetur procurare restitutionem famæ. nu. 61. 43.

Non

Non tenetur famam restituere, qui aliena delicta à se audita refert absque affirmatione, quamuis audientes ea credant, nisi circumstantia personæ referentis daret iustam causam ad credendum. num. 49.

Nec quando dicens est adeò leuis, & audientes adeò graues, vt eius dicto nil moueantur. Nec quando is, de quo dicitur, nullam habet famam in illa materia, ita vt nihil notabiliter perdat. Nec qui solam causam vel occasionem remotam præbuit infamiæ, vt qui ioco rogauerit ab aliquo, cur fecerit tale delictum, quod re vera non fecit, & ipse valde queritans se ipsum reddit suspectum apud aliquos. num. 50. H

Nec etiam tenetur detractor illustris restituere famam homini infimo. Videtur tamen requiri aliqua compensatio. num. 50. I

Abundantia famæ infamati non excusat infamatorē à restitutione, imò magis obligat. num. 42. nec excusat eo quòd in aliis duplo vel triplo magis eiusdem famam augeat, saltem quando infamator infamauit mentiendo. nu. 43. nec excusat mutua compensatio iniuriæ. num. 46. ad primum.

Nec etiam excusatur infamans, eò quòd infamatus se ab infamia liberauerit suis optimis operibus falsitatem mali sibi impositi ostendens. ibidem. Excusat tamen, si L

mala opinio, quam audientes conceperant, sit abolita, eo quòd audientes detrahentis vanitatem intellexerunt. Quia iam est recuperata fama. cap. 18. num. 43.

Excusat etiam timor mortis, vel salutis, tenetur tamen alia via resarcire. num. 47. Item condonatio, quæ aliquando erit iusta, & meritoria. num. 46.

N Atque infamiæ condonatio facta petenti generaliter veniam omnium delictorum detractionis, excusat à restitutione earum, ad quas verisimiliter intentio condonantis extenditur, non tamen reliquarum detractionum. Infamatus autem conuersando familiariter cum infamatore, videtur remittere ei iniuriam, non tamen obligationem restituendi famam. num. 46.

O Qui suo mendacio fuit causa quòd alius perderet maxima bona, si restitutis eis perderet locum honoris habita ratione diuitiarum, excusatur quoad talem restitutionem, quæ non posset fieri sine tantæ falsitatis detectione, non tamen quoad aliam. num. 47.

P Excusat etiam tanta obliuio infamationis, ac si nunquam dictum fuisset, debet alia via resarcire, pecunia, beneficiis, vel laudibus. Si verò aliqua eius rei durat memoria, tenetur restituere. Atque hæc obliuionis excusatio,

excusatio, posset etiam locum habere in impositione falsi criminis. Excusat item diuulgatio mali detecti iniustè, facta alia via, tenetur tamen restituere damnum acceptum tempore intermedio à tempore infamiæ vsque ad diuulgationem. Ibidem. Excusat etiam quoties homo non dedit iustam causam credendi, vel non fuit ei data fides. numer. 48.

FAMILIA, & Famulus.

PEccat mort. famulus, qui notabiliter contemnit Superiorem. cap. 14. num. 22. A

Magistri mechanicarum artium, & scholastici Salmantini, si tyrones, vel famulos, quos nullo vel exiguo dato stipendio conducunt, ita illos occupant, vt non possint artes addiscere, vel studere, tenentur restituere, siquidem eos accipiunt, vt doceant suas artes, vel concedant tempus ad studendum. cap. 17. num. 108.

Nobiles, qui absque conuentione expressa accipiunt pueros precibus parentum, & præbent illis victum, & vestitum, qualem gestabant, quando acceperunt eos, & faciunt eos instrui artibus, & moribus honestis, non B

tenentur ad amplius de iustitia, nisi interuenerit lex, promissio, vel consuetudo.numer.109.

C Qui accipiunt œconomos,architriclinos, pueros, satellites, & alios similes, cum obligatione, vt sint parati ad seruiendum illis omnibus horis, quibus eis placuerit, & tantùm eis præbent certam pecuniam,quæ non sufficit ad ipsorum victum, tenentur soluere reliquum quod fuerit necessarium, & insuper honestam aliquam mercedem. Quòd si tantùm accipiunt eos, vt sint parati ad inseruiendum illis, tres quatuórve menses solùm tenentur præbere id quod obsequia illorum mensium promerentur.num.110.

D Peccat Dominus qui exigit iuramentum à famulis ea intentione, vt in omnibus casibus declarent auctorem alicuius facti. Solùm enim est licitum, in illis casibus in quibus externi possent reuelare.cap.12.nu.21.

FESTVM.

A QVi omittit missam occurrentibus duobus festis, committit duo peccata.cap.11.num.4.

Præceptum diligendi Deum, non obligat pro diebus festis. num.6. Nec præceptum contritionis.cap.13.num.17.

Omnia

Omnia festa, etiam dies Dominicus, sunt B
solùm iure humano introducta. num. 1.

Festa ab Episcopo præcepta seruanda sunt
à religiosis etiam exemptis. Festa verò præ-
cepta per ius commune consuetudo auget,
vel restringit. num. 5.

Festorum obseruatio non est tam stricta C
nunc, sicut obseruantia sabbati in lege vete-
ri. Et præcepto de colendis festis solùm præ-
cipitur cultus exterior, qui consistit in au-
dienda missa, & abstinendo ab operibus ser-
uilibus. num. 2.

Opus autem *seruile est illud, quod propriè*
conuenit seruientibus. num. 3.

Possunt tamen in festis exerceri septem D
opera. I. Ea quibus seruimus Deo in di-
uino cultu. II. Quibus exercemus spiri-
tualia, nempe docere verbo vel scripto. III.
Quæ sunt necessaria ad propriam salutem.
IV. Quę sunt necessaria ad vitādum damnū
sibi, vel proximo. V. Quæ sunt necessaria ad
salutem corporalem proximi. VI. Quibus
parantur cibi. VII. Piscari. num. 2.

Quinque verò opera non seruilia prohi- E
bentur in festis, scilicet Nundinæ, Iudicium
ciuile, vel criminale, Iuramentum, nisi præ-
stetur pro pace, vel alia necessitate. Omnis
processus & strepitus iudicialis, nisi pietas
aliud suadeat. num. 3.

Necessitatis gratia possunt fieri multa opera seruilia, quæ non possunt pietatis causa exerceri, sicut ædificare, pontes reficere, & alia huiusmodi. cap. 13. num. 4.

Ea quæ sunt præambula operibus quæ natura sua tendunt in cultum Dei, si simul, vel paulò antè fieri solent, licita sunt, secus si ante festum commodè fieri possent. Ibidem.

Opus quod in festo est licitum, quia factum est gratis, erit etiam licitum, si fiat ob pecuniam. num. 5.

Intentio enim lucrandi non facit opus seruile, id quod ex se non est tale. Ibidem.

Festa non sunt seruanda à primis vesperis vsque ad secundas: atque hoc propter consuetudinem. num. 5. §. 11.

Festa regionis obseruanda sunt à commorantibus in illa etiam alienigenis. nu. 5.

Licitum est à proprio oppido discedere in vigilia festi, vel in ipso die in aliud oppidū (vbi festum non seruatur) laborandi gratia, ita tamen, vt si in ipso die discedunt, audiāt missā. Et qui iter faciens transit per locum, vbi festum seruatur, tenetur missam audire, quamuis nō ita strictè sit obligatus. n. 5. §. 6.

I Ab obseruatione festi excusant paruitas materiæ, consuetudo, necessitas salutis spiritualis, vel corporalis suæ, vel proximi, vel detrimentum imminens suis vel proximi

ximi rebus,quod nec differri potest,nec præueniri. Vnde excusantur, qui deferunt frumentum ex area in horreum,vel vuas ex vinea quando timentur pluuiæ, & qui equos iter agentium soleas ferreas calcant. Qui vendunt carnes in festis, eásque præparant, quando anteà non potuerunt præparare. Et Tabernarij vendentes cibos, etiam si vendant eos ad ludendum,vel inebriandum,vbi viget consuetudo. Et agasones qui iumentis onerariis diebus festis non interrumpũt iter. Non autem qui diebus festis proficiscuntur de suis domibus;cùm tamen se continere potuissent, vel in aliud tempus differre, nisi antea vel pòst audiant missam. si verò conducant iumenta deonerata, excusantur:licèt non interrumpant iter:quia hoc non est aliud quàm iter facere:& iter faciẽtes,licèt toto die iter faciant,excusantur.similiter etiã excusantur excoquẽtes vitrum, ollas,tegulas,calcem,quorum decoctio non potest intermitti in alium diem:& tonsores, qui infirmis venas aperiunt:& serui,qui cõpelluntur ab heris ad aliquod opus seruile (dummodo non sit in cõtemptũ festi)qui si resisterent,paterentur damnum magnũ personale,vel reale. Et idẽ est de liberis & vxoribus existentibus sub potestate maritorum, vel patrũ,ad id iusto metu cõpulsis. Quòd si

famuli sint stipēdiarij, finito tempore cōductionis discedāt. Serui verò qui cōpelluntur violare festū, in contēptum festi, debent potiùs pati mortem quàm violare. c. 13. n. 6. 7.

Violāt autem festū, qui emunt, vendunt, aut cōmutant per multū temporis, præterquá in nundinis, & hoc propter consuetudinē præscriptam. Non violat qui emit, aut vēdit res, de quarum pretio nil conueniendum est, eo quòd sint iam æstimatæ, & parum temporis insumatur. Neque barbitonsor, qui vni, vel alteri barbam tondet, secus si multis. Nec qui piscatur certum genus piscium, quod tantum certis diebus aduenit. num. 8. 9.

Non violat, qui molit in molendinis fluminum, seu ventorum, qui sine magna occupatione molunt, maximè si adsit cōsuetudo. Violat tamen qui laborat etiam pro pauperibus, principaliùs propter aliquod commodum, vel amicitiā, quàm propter eleemosynam vel etiam paupertatem quæ nō sit adeò magna. Et qui laborat in reficiēdis pōtibus, aut viis absque magna necessitate. num. 10.

Licitum est venari in festo etiam quæstus gratia, dummodò missa audiatur, secus pecc. mort. Neque etiam peccant vacantes bellorum simulacris, torneamentis vel choreis n. 11. 15. quæ non licent in maiori festo, non licebunt in minori: solùm erit differentia in

hoc, quòd Maius festum maiorem causam requirit ad excusandum laborantes. nu. 10.

Non violat festum doctor consulens etiã ob lucrum. Nec informans iudicem etiam cum procuratore, verbo vel scripto. num. 12.

Peccat iudex in festo audiens litigatores, nisi ob iustam causam. n. 13. & faciens vt testis iuret vel exercens aliquem actum iurisdictionis, qui non sit meræ executionis, nisi excusetur iusta causa. num. 25.

Peccat tabellio propter auaritiam sine ne- O cessitate conficiens instrumẽta de rebus quæ in alium diem differri possent. c. 25. nu. 54.

Peccat qui transcribit librum propter lucrum. Non tamen scribendo etiam propter lucrum literas, consilia, nec instrumenta de rebus quæ licitè fiunt in festo, quoniam scribere, de se non est seruile, etiam ob lucrum: transcribere autem, sic. ca. 13. n. 14. nec etiam peccat pulsans aut cantans. ibid.

Laborans ex necessitate in festo nec peccat P nec incurrit excõmunicationẽ ab Episcopo latã contra laborãtes. Et quãdo necessitas est clara, non requiritur licentia Episcopi. n. 15.

Peccat Parochus qui violantes festum cogit ad petendum veniam publicè, cum eorum infamia: & multò magis si violatio fuit occulta; & multo peius si illam parochus nouit ex sola confessione. num. 16.

Peccat mortaliter, qui non audit missam in die festo, vel non attentè. num. 17. Sed de his vide. tit. Missa. I V.

Oblatio inter missarum solemnia in die festo quando sit de præcepto. vide, Oblatio.

FIDEIVSSOR, potest retipere aliquid pro fideiussione cessante fraude. cap. 17. num. 283. lit. A. in Nou. num. 284.

Non tenetur soluere ante excussionem principalis. num. 267.

FIDES.

A OMNES Christiani adulti tenentur sub peccato mortali credere explicitè articulos fidei, maximè quos Ecclesia Catholica Romana solemniter celebrat: quique cõtinẽtur in symbolo Apostolico. Reliqua autem omnia quæ credit eadem Ecclesia Catholica, tenentur credere saltem implicitè; hoc est, credere in genere esse vera. Præl. 1. num. 10. No. num. 15. & cap. 11. num. 18. & in No. num. 22. §. 5. & 6.

B Olim ante aduentum Christi redemptoris nostri satis erat credere vnum Deum remuneratorem bonorum, & punitorem malorum. Sed post promulgationem Euangelij non satis est credere hoc, quamuis in genere, & implicitè credat quicquid credit Sancta mater Ecclesia. Vnde peccat mortaliter, qui negligit

negligit scire explicitè & in particulari vnũ Deum creatorem & gubernatorem mundi, vnicum in essentia & trinum in personis, & qui negligit scire fidem incarnationis Iesu Christi.

Imo peccat mort. qui ignorat articulos fidei contentos in Symbolo Apostolorum, quos solennizat Ecclesia. cap. 11. num. 18. & in No. num. 22. §. 5. & 6. C

Ignorantia autem cæterorum articulorum qui neque ab Ecclesia celebrantur, neque in Symbolo continentur, non est mortalis, dummodò Christianus saltem implicitè & in genere credat, quicquid credit Ecclesia Romana. ibid. §. 6.

Qui verò adultus non ediscit vel scit memoriter Symbolum Apostolicum, & orationem Dominicam, peccat peccatum veniale graue. ibid. §. 7.

Ignorantia, & rudis simplicitas ferè semper excusat à nota hæreseos, & à censura (licèt non semper à peccato) eos qui in diuinis personis credunt aliquam antiquiorem prioritatem, aut aliquid corporeum, vel humanum. ibidem. §. 8. E

Peccat mortaliter fidelis, qui id quod credit de sacro Euangelio, peruersè intelligit, aut contra sensum ab Ecclesia definitum, vel ignorat aliquid tale quod explicitè

explicitè credere tenetur.num.12.§.1.

De eo qui credit contrarium fidei, aut dubitat.vide tit.Hæreticus.

F Peccat mortaliter laicus,qui disputat de fide, sciens id esse laicis prohibitum sub excommunicationis pœna. cap. 11. num.25. Nou.num.27. secus si ignorans ius id facit maximè gratia exercitij.ibidem.additum in Nouo.

An peccat qui mentitur in materia fidei: vide tit. Mendacium.

FILIVS.

A HOnor à filiis debitus parentibus, consistit in amando, obediendo, & honorando.cap.14.num.4.

Peccat mort. filius qui odit grauiter parentes, vel graue damnum eis desiderat: vel quamuis amet, nunquam tamen,vel rarò illis signa amoris ostendit.num.11. filius potest obligari sub mortali. præcepto patris. nu.2. vnde peccat mort. qui non obedit parentibus in rebus pertinentibus ad gubernationem domûs, vel in his, quæ pertinent ad bonos mores, vt fugere noxios amicos, &c.num.12.

Peccat mort.filius qui etiam leuiter percutit parentes, vel contumelioſis verbis afficit,

ficit,vel qui ex animo eis maledicit, siue viuis, siue defunctis. Leuius tamen peccat si ore tantùm maledicit.

Peccat etiam mort. qui eos criminis accusat (exceptis quibusdam casibus,& maximè hæresi, & proditione, in quibus obligatur.) Item qui parentes contemnit: qui eis mortem desiderat,quò citius hæreditet: vel non curat eos à captiuitate liberare, vel ab insano furore: vel prohibet testari,vel restituere, vel non subuenit eis grauiter indigentibus: vel ingreditur religionem eis extremè indigentibus, egentibusque ope filij, vel non egreditur à religione etiam si sit professus. Imò si grauiter indigeant,tenetur non ingredi,non tamen egredi si est professus, nisi ista necessitas præcessisset ingressum, num.14. Et qui eos ita contemnit, vt se reputet abiectum, eo quòd sit ex talibus parentibus ortus:id autem limitatur quando deest contemptus, sed solùm dolet suam incommoditatem propter abiectionem parentum: tunc enim non erit mortale.nu.12. & in fine eiusdem cap.

Ratio itaque peccati tantùm inest in eo quòd contemnat, & despiciat parentes abiectos,vel pauperes: nam filius quamuis dines & sublimis tenetur eos honorare,etiam si sint tales. Licitè tamen potest se inhonoratum,

ratum,abiectum, vel infamem putare,& iudicare,eo quòd patre Iudæo, vel hæretico, seu perduellione,sit natus. ibid. additum in Nouo.

Peccat mortaliter filius, vel filia, qui sine rationabili causa, vel tali quæ coram Deo iusta ei videatur, non vult contrahere matrimonium cum illa persona quam pater ei propter vrgentes causas præcipit. Tenetur enim filius de honestate & necessitate ducere vxorem (quam pater ob iustas causas pacisci tur) ad effectum euitandi peccatum, non tamen vt ad id cogi possit.Neque etiam filius,aut filia potest exhæredari, eo quòd in hoc contrauenit voluntati patris.num.15.

Peccat mort. si non restituit bona malè acquisita ex hæreditate paterna. Item si diu differt soluere debita patris absque iusta causa.num.16.

Filius non est offerendus à patre monasterio,vbi laxè viuitur.cap.12.num.51.

Filius viuentibus parentibus potest habere quatuor genera bonorum, scilicet castrésia, quasi castrensia,aduentitia, & profectitia. cap.17. num.141. de quibus tit. bona filiorum.suprà.

Filius qui laborat in bonis paternis,promeretur tantam mercedem,quantam meretur extraneus.num.144. Dummodo non teneatur

neatur patrem alere, & expressè, vel tacitè protestetur se eo animo seruire, vel laborare, vt pater ei soluat mercedem. ibidem.

Qui patri suo seruit, & alij filij non, si pater non remunerat in vita, nec filius cum patre conuenit vt remuneret sua seruitia, saltem vt extraneo, nec protestatur se ab eo vel hæredibus petiturum, non potest petere à fratribus hæredibus remunerationem. præsumitur enim id fecisse amore filiali. n. 148.

Filius qui sua sponte iuramento renunciat legitimæ, vel patrimonio, tenetur seruare in foro conscientiæ, licèt enormiter, vel enormissimè lædatur, non tamen in exteriori; quia ex tali damno præsumitur dolus. num. 152.

Filius accipiens aliquid occultè à patre, cui non displiceret acceptio sibi nota, displicet tamen occulta, non peccat mort. sed venialiter tantùm, nec tenetur restituere. num. 139. at verò qui aliquid notabile ex bonis patris inuiti accipit, peccat, & tenetur restituere patri, vel saltē hæredibus, etiamsi bona illa forent sua aduentitia vel profecticia. num. 156.

Et quamuis accipiat ad dandam eleemosynam, non egenti extremè, imò etiam extremè indigenti, si posset mutuando subuenire. Secus verò est quando præsumitur, patrem

trem id velle, vt quando de eius licentia peregrinatur, vel versatur in peregrinis gymnasiis: tunc enim præsumitur patrem ratas habiturum modicas eleemosynas. Potest etiam, quando bona aduentitia ad eum spectant, etiam quoad vsumfructum. num. 157.

Filius habet ius vt alatur ex bonis paternis, si ex propriis non potest. num. 156.

Peccat accipiendo sibi, vel alteri ex bonis paternis, datis ei in peculium profectitium, vel ex fructibus aduentitiorum pertinentibus ad patrem, & tenetur mortuo patre ad collationem conferre cum fratribus. num. 158.

I Idem, si vltra legitimam accipit aliquid à patre per donationem inualidam. ibidem.

Qui accipit ex bonis paternis fructus ex consensu patris, & post mortem eius non vult in collationem conferre, peccat, nisi pater dederit animo remunerandi: intra quantitatem, quam ei donare potest. Idem est de pecunia, quam accipit à patre in peculium profectitium. num. 158.

Tenetur adducere in collationem, quæ pater emit ipsi, sed viuès non tradidit, quamuis sint libri, vel arma, &c. Quæ si traderentur viuente patre, essent castrensia, vel quasi castrensia. Idem de libris quos pater emit, & tradidit filio, qui versabatur in studiis, si non

erat

erat doctor,neque emancipatus. Verum est, quòd non tenetur accipere æstimationem, vel in ea qua empti sunt, si nunc minoris æstimentur; tenetur tamen pluris,si æstimatio creuerit.num.159.

Non tenetur conferre ea quæ cum illo præ cæteris pater impendit in vestitu, cibo, & equitatu;secus,si pater donauit ei aliquid, vel aliquam summam, vt de illa pro libito disponeret;& ipse pro suo arbitrio in prædictis impendit.num. 160.

Neque tenetur computare in partem legitimæ alimenta,quæ existens in studiis accepit à patre, non habente vlla bona ipsius filij. Secus si pater penes se habebat filij peculium castrense, vel quasi castrense, quia præsumitur eum aluisse tamquam administrator bonorum eius.cap.17.num.160.

Tenetur mortuo patre conferre id, quod de pecunia patris lucratus est,præter partem lucri,quam suo labore & industria meruit; vt quilibet extraneus meruisset. Quæ pars regulariter est dimidium lucri.num.161.

Idem de eo,quod viuente patre datum est filio ab aliquo extraneo, contemplatione solius patris, & non sui. Secus si datum fuit contemplatione filij, aut filio iam emancipato.Si verò non constat vtrius contemplatione datum fuerit, arbitrio boni viri iudi-

candum est. Tenetur etiam pro sua parte soluere debita, quæ frater contraxit in studiis viuente patre, qui eum ad studia miserat: non tamen tenetur conferre in impensas studij, in quo frater perseuerare intendit. num. 162.

Tenetur computare in legitimam mortuo patre sumptus necessarios, quos in sua bona aduentitia fecit, aut qui in eorum perpetuum emolumentum redundabant, si pater eos fecit animo recuperandi. Si verò non constant parui, præsumerentur facti sine tali animo: cum eo verò, si sunt adeò magni, vt fructuum æstimationem excedant. nu. 163. Secus si sumptus nec erant necessarij, nec redundabant in perpetuam vtilitatem, sed solùm in vtilitatem fructuum, quos pater viuens percipiebat. num. 163.

Tenetur computare in legitima bona patris, quæ consumpsit in ludos, & vsus malos, & vanos. Idem quando propter delictum filij pater soluit pœnam compellente statuto regionis, secus si sponte soluerit. Idē de sumptibus, quos pater fecit in nuptiis filij, animo computādi. Secus si absque tali animo, quod in dubio præsumitur. cap. 17. num. 164.

Quando possit ali filius ex bonis patris, non habentis plus quàm ad soluenda debita. vide, Vsura. VIII.

FINIS.

FINIS.

FINIS *est bonum verum vel apparens, quod propter se appetitum facit, vt aliud propter ipsum appetatur.* Estque duplex; nempe vltimus, qui propter se ipsum solùm amatur: & medius, qui propter se, vel propter aliud est amabilis. Et vterque potest esse verus vel falsus, bonus vel malus. Præl. 4. num. 2. 3. A

Estque iterum duplex, finis cuius, in quo est ratio boni, & finis quo, qui est illius boni adeptio, possessio, seu vsus. & potest etiam vterque esse vltimus vel medius, verus vel falsus. num. 3. 4. Diuiditur etiam in finem principalem, & minùs principalem. cap. 17. num. 209. & cap. 21. num. 40.

Vt autem aliquis finis sit principalis alicuius actus, non sufficit esse causam sine qua non: sed oportet, quòd pluris, vel tanti æstimetur, ac alius finis propter quem ille fieret. cap. 17. num. 206. B

Non dicitur ille constituere vltimum finem in aliquo, quãdo sic afficitur erga eum, vt malit peccare mortaliter, quàm omittere illud. Quoniam aliâs omnes qui sciéter peccant, peccarent duplex peccatum: vnum quidem, transgrediendo legem: alterum, constituendo finem vltimum in creatura. Præterea quoniam multi peccãt mort. cognoscentes, C

se minimè cõstituere in eo finem vltimum. Præl. 9. num. 16. Nou. num. 19.

Omnis actus cuius finis est malus mortalis, vel venialis, ipse quoque est talis. c. 13. n. 2. & c. 14. n. 33. & c. 21. n 40.

Quando finis operis est verè bonus, & principalis, non desinit esse talis, quamuis addatur minùs principalis alicuius boni temporalis, propter quod, si principaliter fieret, esset malum. Dummodo illud minùs principale nullo modo sit malum culpæ, sed res licitè appetibilis. cap. 14. num. 33.

Inter finem malum, qui est malum culpæ, & finem malum, qui est ineptus, hoc est, minùs bonus quàm medius, hoc distat, quòd iste potest esse finis minùs principalis boni operis, ille verò nullo modo. Ibidem.

Finis minùs principalis, & secundarius retributionis, & mercedis in bono opere, erit in ipso obsequio diuino licitus est, & bonus imò contrarium asserere est hæreticum. cap. 17. num. 209.

Finis principalis vanæ gloriæ in agendis rebus principaliter ad cultum diuinum institutis, non est nisi tantùm venialis. cap. 23. num. 15. §. 4.

Non tamen erit neque venialis, imò erit meritorius, quando principaliter exercentur propter Deũ, & minùs principaliter propter laudem.

laudem, & gloriam in finem aptum relatum.ibidem.& num.15.

Finis malus voti annullat ipsum votum, quia non est eius materia conueniés,quamuis ipsum votum sit bonum.cap.12.num.30.

De fine Legis. vide Lex 3.

Quando finis præcepti est aliud à re præceptâ,tunc non cadit sub præceptum. ca.13. num.2.

Finis vtilis animæ, & bonis proximi, excusat à furto mortali.cap.17.num.5.

FOEMINA.

FOEMINA ornans se per contemptum salutis animæ proximi, quem credit spiritualiter, per eam perituram; mortaliter peccat.Secus si talis contemptus desit. Præl. num.15.No. num.17.& cap.13.num.13.& cap.24.in fine.

Non peccat mort.mulier,quæ se ornat ob solam vanam gloriam sine alio malo fine, quamuis credat aliquem ob id cõcupiscentiam mortalem concepturum:peccat tamen venialiter.cap.24. in fine.

Fœmina quæ vi opprimitur,quid debeat facere:vide tit.Luxuria.

FOENVS ET FOENERATIO. vide Vsura.

FOETVS: vide Aborsus.

FORNICATIO: vide Adulterium, & Luxuria.

FRAVS; vide, Dolus.

FRVCTVS.

FRuctus rei alienæ fructuosæ restituendi sunt, habita tamẽ ratione bonæ vel malæ fidei. Si verò res non sit fructuosa, non est restituendum quod industriâ possidentis lucratum est. Fructus autem dicitur *id quod remanet deductis expensis*. cap. 17. n. 25.

Qui recipiens alienam rem ad vendẽdum pretiosiorem reddit, cùm ad id non teneretur, potest excessum sibi retinere. c. 17. n. 99.

Fructus vt dicantur Ecclesiastici, non sufficit quòd pertineant ad personas Ecclesiasticas. c. 27. n. 69. de fructibus beneficiorum. vide beneficium.

FVGERE.

A DElinquens licitè potest fugere, ne capiatur, & alius potest eius fugam iuuare, quando non prohibetur ex obligatione sui officij, vel ex qualitate delicti, vel alia de causa particulari. c. 17. n. 101. An verò liceat è carcere fugere, vide tit. carcer.

Qui fuit in causa vt captiuus fugeret à Domino suo, tenetur restituere vel captiuũ, vel

vel pretium, & ea omnia quæ captiuus fugiens, secum arripuit. num. 103.

Captiuus quiuis fugiens peccat. Christianus verò captus tempore pacis, aut in bello iniusto ab infidelibus, fugiēdo ab eis ad suos, non peccat, neque qui ei auxiliatur. Quòd si captus fuit in bello iusto, quamuis peccet fugiendo, non tamen tenetur redire ad Dominum, neque restituere ei suam personam propter periculum animæ, sed tantùm tenetur restituere honestam redemptionem seu mercedem. Si verò prouocaretur ad ritus infidelitatis, neque peccat fugiendo, neque ad vllam tenetur restitutionem, quia ipso iure fit omnino liber; neque etiam peccaret qui iuuaret, aut liberaret illum. num. 103. B

Christianus ab alio Christiano iniustè captus, & detentus, licitè potest fugere: non enim peccabit. ibidem. C

Quod autem in genere dicitur de quolibet captiuo, qui fugiens à Domino suo peccat, intelligēdum est tam de emptitio quàm seruo in bello iusto capto, etiamsi sit Christianus. nam distinctio, quam facit Sotus circa hoc, est suo marte inuenta, & à nullo Iurisconsulto probata: & Couarruuias expressè ait, peccare seruum fugientem à Domino, si fugeret extra limites hostium, redeundo ad suos, etiam si Christianus esset

ab infidelibus captus. additum in Nou. cap. 17.num.104.§.3.

Sollicitans seruum vt fugiat, peccat, & à fortiori peccabit ipse seruus fugiens: cùm regulariter plus delinquat faciens actum, quàm consulens illum. Additum ibidem de fuga & carcere. vide tit. carcer.

FVNAMBVLVS. Peccat mortal. volitans perfunes in altissimo loco, nisi sit velocissimus. cap. 15. num. 8.

FVNVS, ET FVNERALE. Laici possunt statuere, ac ponere modum funeralibus: scilicet, ne fiant immoderati sumptus cæræ, ac reliquæ pompæ: neque hoc est contra libertatem Ecclesiasticam. cap. 27. num. 102. Vide etiam tit. excommunicatio. V. §. 4. in fin. vbi explicatur. cap. vlt. de rebus Ecclesiæ. vbi præcipitur ne laici statuant de funeralibus.

Qui iniustè occidit hominem liberum, tenetur soluere impensas moderatas funeris. cap. 15. num. 20.

FVR.

A FVR licitè potest aliquando suspendi à potestate publica. cap. 15. num. 2. & aliquando etiam ob furtum veniale ad cõseruandam disciplinam militarem, vel ad aliũ finem

finem reipub.cap.23.num. 58. Capiens aliena,potest occidi ab eorum Domino. Quod intelligitur si capiat illa titulo alio quàm necessitatis. cap.15.num.2.

Fur nocturnus præsumitur velle occidere, non tamen diurnus. nu.7. Fur etiam punitus à iudice tenetur restituere parti damnum illatum. num. 22.

Fur non peccat bis eo quòd furetur, & se exponat periculo suspensionis,nisi id faciat, neà sociis reputetur timidus. cap.15.nu.24. tit. A. Nou.num.8. B

Excommunicatio lata propter solum furtum, quæ alia damna non comprehendit, non ligat eum qui acum furaretur à sartore, quamuis sciret sartorem passurum vnius regalis detrimentum.cap.17.num.3.lit. F. §.3. & in Nouo num. 4.

Excommunicatio generalis contrà eos qui furantur, comprehendit omnes furantes mortaliter, nisi excipiantur propter intentionem excommunicantis, vel alia via. ibid.§.4.in Nou. num.4. C

Si res furtiua perit apud furem,non tenetur restituere saltem in foro conscientiæ, si constaret quòd etiam periret apud dominum. Secus si crederetur, vel dubitaretur, quòd antequam periisset, dominus illam vendidisset.num.80.

D Qui minutatim paruam quantitatem accipit, quamuis crescat vsque ad notabilem quantitatem, non peccat mortaliter: dummodo à principio non habuerit animum furandi notabilem quantitatem. Verum est, quòd postquam ad eam peruenerit, tenetur restituere siue habuerit dictum animum siue non. Quæ tamen obligatio restituendi non habet locum in eo qui magnis interuallis prædictam notabilem quantitatem conflaret. num. 140.

E Fur tenetur restituere impensas factas à Domino, in quærenda re sibi furto sublata: eas nempe quas vir prudens facere debuisset. Ibidem. 140.

Qui furatur triticum ab habente illud paratum ad seminandum, & non habente aliud simile, tenetur plus restituere ratione lucri cessantis. cap. 17. num. 211.

FVRTVM.

A FVRTVM *est dolosa contrectatio rei alienæ inuito domino.* cap. 17. num. 1. Et est de se mortale. Furtum autem mortale & veniale differunt specie saltem in genere moris. nu. 3. Non. num. 2.

Paruitas rei, & materiæ excusat à mortali,

tali, & etiam defectus deliberationis. nu. 4. Nouo 5.

Qui furatur rem paruam velut acum à sartore, si consideres solùm furtum, & rem exiguam, peccat venialiter: si verò damnum, & detrimentum inde sequutum, quia scit eum aliam non habere, & ab hoc magnum passum detrimentum, peccat mortaliter. imò si credit passurum fore damnum vnius regalis. num. 3. lit. E. & F. Nouo num. 3. & 4. B

Idem dicendum de eo qui furatur rem paruulam, propter quam dominus patietur magnam animi perturbationem, & tristitiã. num. 3. lit. B. Nouo num. 2. C

Aliquando etiam fit, vt qui furatur rem paruam à paupere, peccet mortaliter, non tamen si eandem similem furetur à diuite: & aliquando è contrario. num. 3. lit. C. Nou. num. 2. §. Ex quibus.

Mortale est furtum vnius gallinæ, aut vnius regalis, vel etiam dimidij. num. 3. lit. F. Nouo num. 4. §. 2.

A furto veniali excusant ignorantia probabilis, quòd res est aliena; & magna necessitas accipientis; & probabilis præsumptio dominum æquo animo laturum; Si tamen dubitat, non excusat nec à mortali. Excusabit tamen à restitutione, si dominus D

minus ęquo animo ferat. Nō excusat à mortali patientia Domini ferentis id præ timore, aut pudore. num. 4. Nou. n. 5.

Excusat à mortali conditio iustificans, dicendo, *si Deus non vetuisset furtum, vellem furari*. ibid.

Item finis vtilitatis vel voluntas proficiēdi Domino spiritualiter, ac temporaliter. num. 5.

Ob furtum veniale posset aliquis occidi, ad disciplinam militarem conseruandam, vel ad alium finem reipublicæ. cap. 23. n. 58.

Etiam hodie quando numerata pecunia minoris pretij est quàm numquam fuit, sentirem non esse notabilem quantitatem (ad furtum mortale) quæ non contineret vnum regale, aut tres partes, additum in Nou. cap. 17. num. 4.

Quomodo teneatur restituere qui cum aliis furatur. vide Restitutio. II.

GABELLA, vide, vectigal.

GENER.

A GENER omnia ornamēta, & vestes pretiosas, veluti margaritas, gemmas, serica, &c. data vxori à socero, etiam nunc extātia, mortuo socero tenetur cōputare in vxoris legiti

legitima, nisi aliud declarauerit socer in vltima voluntate. Non tamen tenetur computare si opes, aut dignitas personarum sunt adeò magnæ, vt præsumatur donatio. Tenetur tamen restituere donata vxori à consanguineis eius. cap. 17. num. 166.

Licitè recipit fructus pignoris fructiferi traditi sibi à socero in securitatem soluendæ dotis. Idem dicendum de quolibet marito. Ibidem.

Quòd si socer mutuet genero quantum debet ei pro dote, vt ei relinquat pignus ad percipiendum ex eo fructus, quos gener potest percipere, peccat. 273.

GENERATIO: Peccat mortaliter cõiux præbens, vel sumens aliquid ad impediendam generationem, quamuis fiat animo non habendi plurimos filios, quos alere non possit. Quòd si propter hoc semen fundatur extra vas, est peccatum cõtra naturam. c. 16. n. 33.

GRADVS vniuersitatum liciti sunt. cap. 14. num. 31. lit. K. §. 20. & in Nou. nu. 43.

Peccat mort. qui dicit se habere gradum quo caret. cap. 25. n. 59. Item qui accipit gradum immeritum. num. 55.

GRATIA data ad dispensandum cum aliquo cognita veritate precum, quando expiret re integra, morte concedentis. vide tit.

Dispen

Dispensatio. De gratia Sacramentorum, vide in suis titulis.

GVLA.

A EST *vitium inclinans ad comedendum, & bibendum inordinatè.* Eius filiæ sunt quinque, Hebetudo mentis, Immoderata lætitia, Multiloquium, Scurrilitas, Spurcitia, cap. 23. num. 119.

B Gula ex se est venialis. Est tamen mortalis, quando in ea ponitur vltimus finis, vel violatur aliquod præceptum obligans ad mortale, quando imminet damnum notabile salutis propriæ, vel proximi, vel ob eam non soluuntur ea quæ debentur ex iustitia. Aliàs verò est venialis, quamuis sine necessitate cibo & potu se ingurgitet vsque ad vomitum. c. 23. n. 119. Nou. n. 120.

Peccat venialiter qui incepta digestione & nondum finita bibit, nisi iusta causa necessitatis aut sitis excusat. cap. 21. n. 13.

Peccat mort. qui vescitur carnibus, vel alio cibo vetito in aliqua regione, etiam eo tempore, quo liceret ei, vesci illis in sua. Sicvt è contrario non peccat vescens eis in regione, per quam transit, vel in qua moratur, quamuis in sua non liceret. c. 23. n. 120.

Peccat

Peccat mort. qui comedit carnes humanas, vel tradit eas alteri comedendas citra maximam necessitatem, quamuis neminem ob id occidat. num. 122.

HABITVS.

HABITVS *animi est qualitas inhærens eidem animo, vel alicui potentiæ eius inclinans illam ad operandum.* Præl. 5. num. 7. Nouo num. 12. A

Qui defert habitum exteriorem, vel signum indicans professionem falsæ sectæ, peccat mortaliter, non tamen propter solam omissionem signi, vel habitus Christianismi. c. 11. num. 25.

Habitus non potest mutari ab vno coniuge sine licentia alterius in habitum religiosorum tertij ordinis. c. 12. n. 62. B

Mutare habitum virilem vel fœmineum iusta de causa non est peccatum. Quòd si id fiat ex leuitate, tantùm est veniale. de sc. ca. 23. num. 22.

Qui vestit se habitu religionis in opprobrium illius, vel eo vtitur ad turpia personatus, peccat mort. Secus si ob solam leuitatem, dummodò nullum inde opprobrium contingat religioni. c. 23.

Quis

Quis dicatur temerè habitum religionis dimittere. vide tit. excommunicatio VI. §. 5. lit. & Religiosus. 3.

HASTILVDIVM, vel torneamentum tunc est illicitum, quando vt plurimum cædes, vel grauia sequuntur vulnera. Vnde qui huiusmodi torneamenta aggreditur, & qui alium ad ea inducit, vel qui nō impedit cum posslit, peccat mort. Secus si non sint illicita. Peccat etiam m. qui huiusmodi torneamentis interest cum magna voluptatè, vel eo animo, vt quamuis sibi esset prohibitum sub mortali, interesset: Aliâs non nisi venialiter. cap. 15. num. 9. Nihilominus tamen torneamenta sunt absolutè prohibita. n. 18.

Instituens moderatè hastiludiū, non peccat. c. 14. n. 31. §. 24.

HÆREDITAS I.

Quoad Hæredem & substitutionem.

HÆRES tenetur implere vota realia defuncti. non tamen personalia, mixta verò partim tenetur, partim non tenetur. ca. 12. num. 56.

Hæres defuncti, qui vouerat religionem, non tenetur conferre religioni bona quæ defunctus

defunctus secum portasset. num. 56.

Hæres decollati, vel suspensi per iudicē, tenetur restituere damnum, quod defunctus intulerat parti. cap. 15. num. 22.

Hæres qui auertendo tabellionem, & testes, facit, ne testari volens relinquat alicui legatum, tenetur restituere, & incurrit pœnam perdendi hæreditatem. c. 26. num. 36.

Hæres eius, qui mortuus est absolutus à B peccatis, & in sacro sepultus, quamuis postea credat eum decessisse excommunicatū, non tenetur petere absolutionem. Idem de hærede illius qui sine absolutione, tamen cum signis contritionis decessit in excommunicatione occulta: Secus de hærede excommunicati denunciati. c. 27. num. 271.

Nullum monasterium, vel religio est ho- C die post Trid. incapax hæreditatis præter Franciscanorum, Capucinorum, & Minorum de obseruantia. c. 16. n. 46.

Quando filius adulterinus putatus legitimus hæres, persuadetur à matre, vel ab alio, vt ingrediatur religionem, quò sine nota infamiæ honestè possit relinquere hæreditatē fratribus legitimis, debet ingredi religionem quæ sit incapax hæreditatis: alioquin enim nil prodesset eius ingressus huic proposito, & restituendi obligationi, quandoquidem monasterium posset adire hæredita-

tem illi obuenientem. Aut renunciet eam ante ingressum vel professionem. Ibidem.

HÆREDITAS II.

Quoad exhæredationem.

FILIA non potest exhæredari, eo quòd contrahit matrimonium inuito paiente. cap. 14. num. 15.

Leges Aragoniæ permittentes parentibus exhæredare filios, relinquendo illis quinque solidos tantùm, iustæ videntur. cap. 26. num. 38.

Legitima iure nature debetur filiis, qui sunt pauperes, debiles & infirmi ad se sustentandum suo labore: reliquis verò, non. ibidem.

HERMAPHRODITVS.

NON est capax characteris, ordinis si præualeat sexus fœmineus. secus si præualeat virilis sexus, sed nec tunc debet ordinari. cap. 27. num. 203. §. 15.

HÆRET. ET HÆRESIS.

HÆRESIS est *quidquid fidei Catholicæ contrariatur*. cap. 11. nu. 17. No. num. 22. Hæreticus ille solùm *est qui pertinaciter credit*

credit aliquam hæresim, præludio 1. num. 10. In foro autem exteriori potest præsumi hæreticus, licet non sit pertinax, ibidem. §. 4. No. num. 16. 17.

Atque ille est pertinax, qui credit animo non discedendi à suo sensu, etiam si admoneatur Ecclesiam tenere contrarium: similiter qui credit aliquid, quod scit esse contra fidem vel contra definitionem Ecclesiæ, licet affirmet se esse paratum ad corrigendum se ipsum. num. 17. §. 3. Nou. num. 22.

Et quidem hæreticus est triplex, scilicet, purè mentalis, purè exterior, interior & exterior simul, qui etiam vocatur completè hæreticus. habetur hoc ex cap. 11. num. 17.

Hæreticus completè est excommunicatus. cap. 11. n. 17. non tamen purè interior. ibid. & c. 57. nu. 55. nec purè exterior. c. 11. nu. 25.

Citra pertinaciam credere, est præ simplicitate, & bona fide vel ex rudi ignorantia credere aliquem errorem, putans ita teneri ab Ecclesia, & paratus est corrigi, & errorem deponere, quandocumque fuerit veritatem edoctus. & huiusmodi non est hæreticus, nec excommunicatus. nec peccat mortaliter, regulariter loquendo. Prælud. 1. nu. 10. Nou. num. 15. cap. 11. num. 17. Nou. num. 12. §. Imò quamuis erret ex ignorantia culpabili, non erit hæreticus, nec excommuni-

catus. cap. 11. num. 18. §. 8. No. num. 22.

Quando autem errat circa ea quæ scire tenetur, non excusatur à peccato graui. quoniam ignorantia iuris quod quis scire tenetur, non excusat à peccato, & iste ab Ecclesia iudicatur hæreticus. Prælud. 1. num. 10. No. num. 16.

Peccat etiam mortaliter & est verè hæreticus, & excommunicatus, qui licèt simplicitate, & nesciens quid credat in particulari, credit tamen pertinaciter esse verum, quod alius hæreticus credit. cap. 27. nu. 55.

Peccat mortaliter, qui pertinaciter dubitat de rebus fidei, & est hæreticus. c. 11. n. 18. No. num. 22.

Subreptitia, & non deliberata dubietas de rebus fidei, quæ etiam renitente voluntate solet euenire, tantùm est venialis. Item scrupuli qui contra fidem suboriri solent, & perdurare molestantes voluntatem, vel non sunt peccata, vel certè tantùm venialia. ibid.

Excusari potest à nota hæresis, qui præ ignorantia & rudi simplicitate, credit in personis diuinis aliquid corporeum, aut humanum, (excepto in filio, quatenus est homo) aut aliquid prius, ac posterius, aut maius, aut minus, cap. 11. num. 18. Nou. n. 22. Item eum, qui circa Angelos, & animas hominum crederet aliquid corporeum.

Prælud.

Præludio 1.num.10.Nouo num.15.

Excusari etiam potest à nota hæresis,qui generaliter asserit non esse timendum, aut non esse sperandum in homine:sine timore esse seruiendum Deo, non esse timendum Diabolum: procurandam esse mentis securitatẽ,& id genus alia.Quoniam hæc omnia possunt esse ordinata aliquo respectu,& rationi consona,& consequenter bona & Catholica. & in dubio, generale verbum,quod ad bonum sensum, & malum trahi potest, interpretandum est in bono. Præl. 1.num.5. Nouo num.8.

Omnis hæreticus est etiam schismaticus, sed non contra.cap.27.num.77.

Hæreticus exterior est *qui hæresim aliquam profert scripto, aut verbo,aut quouis alio modo exteriori.*qui si est purè exterior,non est excommunicatus, saltem quoad forum cõscientiæ: si verò est interior simul & exterior,est excommunicatus. cap. 11. num. 17. 25. Nou.num.22. & cap.27.num.55.

Hæreticorum fautores, receptores & defensores solùm dicuntur ad effectum incurrendi excommunicationem. qui hæc faciunt eis quatenus hæreticis. cap. 27.nu.55.

Tenetur quis hæretico extremè indigenti subuenire: imò etiã potest multùm egenti, tamquam homini:licèt non teneatur.ibid.

Fautor hæretici præsumi potest, qui scies eum esse talem, fauet ei sine aliqua circumstantia quæ excuset eum etiam in foro exteriori. Possunt tamen multæ Circumstantiæ fundatæ in timore, necessitate, vtilitate pacis, militiæ, &c. excusare à tali præsumptione in foro exteriori: in foro tamen interiori, ipsa veritas est potiùs attendenda, quàm præsumptio. cap. 27. num. 55.

Hæreticus manifestus est omnino vitandus, non solùm propter hæresim, sed etiam propter excommunicationem manifestam quam incurrit: nam idem iudicandum est de hoc sicut de excommunicato ob notoriã percussionẽ clerici. ca. 9. n. 6. in Antiquo. Sed in Nouo, mutat sententiam, dicens, se recedere ab illa parificatione excommunicati denunciati, & excommunicati manifesti, & licitè posse communicari hæretico notorio qui non est denuntiatus excommunicatus. ibidem. num. 8.

Sed hoc intelligendum est iuxta tenorem antiquum Extrauagantis *Ad euitanda* relatũ à S. Antonino, & Felino, & ab aliis: in qua de notorio excõmunicato fit restrictio ad solam notoriam percussionem clerici. Non tamen iuxta recentiorẽ approbatã, & innouatã in Concil. Lateran. sub Leone X. & in Concordatis inter eundẽ Leonẽ & Francis-

cum

cum I. Regem Galliæ: vbi sublata fuit illa restrictio, & posita est clausula generalis hoc modo.

Ad euitanda multa scandala & multa pericula, & subueniendum conscientijs timoratis constituimus, vt nemo posthac teneatur abstinere, & separare se, neque euitare communicationem alicuius in administrando aut accipiendo Sacramenta, aut in aliis diuinis officijs, aut extra illa, ratione alicuius sententiæ aut censuræ Ecclesiasticæ, aut suspensionis ab homine aut à iure generaliter promulgatæ, neque seruare interdictum Ecclesiasticum, si illa talis sententia, prohibitio, suspensio, aut censura non fuerit promulgata, & denunciata specialiter, & expressa à iudice cõtra certam aliquam personam, collegium, vniuersitatem, Ecclesiam, certum: aut certam, neque manifestò constet incurrisse in sententiam excommunicationis, quod nullo modo potest occultari, aut per aliquod remedium iuris, excusari: quia à communione huius S. Synodus vult quòd se separent iuxta canonicas constitutiones. Per hoc tamen non intendimus releuare, neque iuuare sic excommunicatos, suspensos, interdictos, aut prohibitos.

Quare hæc extrauagans iuxta hunc tenorem, nihil prodest quoad excommunicatos, manifestos, qui nullo modo possunt occultari,

tari,& maximè hæreticos, qui sũt manifesti excõmunicati propter hæresim notoriã, neque prodest dicere quòd finis restringẽdus est ad excommunicatum ob percussionem clerici notoriè iniustam,iuxta tenorem antiquum.cap.27. num.34.& 35.

Vnde catholici etiam religiosi,qui in Germania,Anglia,Gallia, & Scotia,cõmunicant hæreticis manifestis, & palàm se confitentibus tales, & consequẽter manifestissimè excõmunicatis,videntur non excusari à peccato, imò neque à censuris ,quia cõmunicant huiusmodi excommunicatis cõtra hunc tenorẽ huius extrauagantis veriorem.n.35.Et quia cõmercium habent cũ hæreticis,quod sine fauore & auxilio aliquo iis præstando fieri nequit. num. 55.

Sed quia durum videtur eos vniuersos damnare, probabiliter dici potest.

Primũm,hanc extrauag. esse vsu receptam cum sola illa limitatione de excommunicatione manifesta percussionis clerici, iuxta tenorem antiquum.II.Quòd multitudo hęreticorum, & necessitas communicandi & negotiandi,facit licitũ quod aliàs non esset, iuxta Reg.Quod non est licitum in lege, licitum fit in necessitate.de reg.iur.c.27.n.35. III.Quòd non communicant illis,nisi quatenus sunt homines, & communicatio hæc

est

est fundata in timore,necessitate, cognatione,vel vtilitate,in pace, militia, & bellis.nu. 55.1111. Quòd consuetudo iam recepta,& à summis Pontificibus scita,& tolerata , videtur excusare Catholicos ea vtentes. Vnde licitè cõmunicatur hæretico notorio excõmunicato,qui nõ sit denũciatus.c.9.n.8.in fi.

Qui timore perculsi,& propter alias causas proferunt aliquid contra fidem,vel consentiunt in aliquod opus infidelitatis exterius,vel fingunt se esse Sarracenos , cùm tamen intra se,& in corde suo oppositum credant,& se Christianos Catholicos profiteãtur, peccant quidem mortaliter grauissimè, sed non sunt hæretici,neque excommunicatiniſi quando aliquod opus exterius hæreticum cõmisissent,alicui hæresi,vel hęretico auxiliũ præstãdo,non quia hęretici,sed quia fautores hęreticor.fierẽt.c.11.n.25.No.n.27.

Blasphemia exterior,aut interior secundũ se tantùm considerata non est hæresis,quoniã hęresis consistit in credendo, & blasphemia in dicendo.Attamen blasphemia cõtrariatur confess. fidei. c.12.n.82.vide tit. Blas.

Sacerdos hæreticus non potest absoluere à peccatis,neque à censuris etiam in articulo mortis.cap.26.num.26. additum in Nou.

Completè hæreticus non potest absolui ab alio quàm à Papa, aut ex eius commissione

ſpeciali, quamuis detur facultas abſoluendi à caſibus bullæ cœnæ.cap.27.num.272.§.15.

Poteſt tamen Epiſcopus poſt Trident. abſoluere,ſi hæreſis ſit occulta. Sed hæc facultas ablata eſt per bullam Cœnæ.Ibidem. Quod in Nouo reſtringitur ſcilicet eſſe ablatam ſolùm , quando hæreticus habet complices. num. 260. dict.7.

In caſu hæreſis filius non ſolùm poteſt, ſed etiam tenetur accuſare patrem. ca.14.n. 13.cap. 25. num.50.

Hæreticus ſtatim denunciandus eſt. cap 18.num.58. & cap. 24. num. 14.vide tit.denunciatio.

HOMICIDIVM.

A VERBA mala, ſigna, vel geſtus,antecedentia percuſſionem, vel homicidium, non ſunt neceſſariò confitenda , dummodò confiteatur homicidium.cap.6.num.7.

Peccat mort. qui ſe exponit periculo mortis, reſpuens medicinam , & ſoli prouidentiæ Dei ſe committens. cap. 11.nu. 41.

B Homicidium aliquando eſt licitum. Primùm auctoritate iudicis. II. In bello iuſto. III. Ob defenſionem propriæ vitæ, vel propriarum rerum,vel honoris: Moderatè tamen.cap.15. num.2.3.

Peccat

Peccat miniſter iuſtitiæ occidens odio, vel vindicta priuata. num.2.

Occidens iudicis auctoritate, vel in bello C
iuſto, poteſt habere animum occidendi propter bonum Reip. Idem de occidente ob defenſionem ſuarum rerum, vel vitæ proximi vel ſuæ propriæ. num.2. Quòd ſi ſe & ſua aliter defendere poſſit, peccat mortaliter occidendo. cap.15. num. 5. excipitur tamen ille, qui ſi velit defendere propriam vitam, aliter quàm occidendo inuaſorem, nempe fugiendo, patietur magnum detrimentum ſui honoris. ibid.

Non licet occidere aliquem antequam aggrediatur. Bene tamen dicetur aggreſſor, qui decreuit occidere nulla mora interpoſita eum, qui non habet aliud remedium quàm præuenire alterum, vt patet in vxore quæ ſcit ſe occidendam à marito, pugione ſuppoſito ceruicali. num.3.

At verò inſidiator, qui tandem certò cre- D
ditur occiſurus, non dicetur aggreſſor, quia interponitur magna mora diei, vel menſis. additum in No. num.3. poteſt quis occidere aggreſſorem ad vitandum vulnus, alapam, vel aliud tale: non tamen vulneratus, vel percuſſus, niſi quando affectus iniuria vulneris, magnam honoris iacturam faceret, ſi fugientem non perſequeretur. cap. 15. n.34.

Peccat

E Peccat mortaliter, qui occidit propriam vxorem in adulterio deprehensam. num.4. Nou. num.4. Idem de eo qui ob defendendam castitatem suam, occidit inuasorem, cùm aliter possit se defendere.num.5.

Peccat etiam mort. qui præter intentionem occidit aliquem propter inaduertentiam culpabilem:sicut qui deiiciens tegulas de tecto,non præmonendo transeuntes, occidit aliquem:aut sicut,qui castigaturus aliquem puerum non abstulit gladium à cingulo,quo erat illum puniturus, quo tandem posteà occidit illum. Atque vt huiusmodi homicidium casuale sit peccatum mortale, parum refert,an huiusmodi opus ex quo sequutum est homicidium,sit licitum vel illicitum. Nam in vtroque casu peccatum erit mortale,si præcessit culpa in non adhibendo debitam diligentiã ad vitandum periculum mortis,& in neutro si ea fuit adhibita.Quãuis plurimùm referat,quantum ad irregularitatem.c.15.nu.6.vide tit. Irregularitas.6.

Qui aggreditur aliquid illicitũ, quod est causa occidendi alterum,vt se defendat,peccat mortaliter peccatum homicidij. Vnde peccat mort. qui ingrediẽs ad alienam vxorem interficit,vt se defendat, maritũ,volentem eum occidere. Et incurrit irregularitatem.num.7.

Peccat

Peccat mortaliter damnatus ad mortem, occidendo miniſtros iuſtitiæ, vt ſe eripiat. num.8.

Item qui ne timidus iudicetur, vult deliberatè ſe exponere periculo amittendi vitã, vel aliquod mẽbrum.n.8.Secus eſt in eo qui magna cautela violat legem ſtatuẽtem pœnam amiſſionis vitæ,vel membri. c.23.n.57.

Peccat mort. qui vtitur aliquo ioco cum probabili periculo vitæ,niſi ob velocitatem, & dexteritatem ceſſet huiuſmodi periculum.cap. 15.num.8.

Sumere venenum ad experiendam theriacam,dãnandum eſt vt mortale,antequam fiat,non tamen poſt factum.num.8.

Peccat mort.qui aliquod exercet torneamentum,ex quo cædes,ſeu vulnera ſequuntur.num.9.vide tit.Haſtiludium.

Peccat mort. qui optat mortem alicuius, vel delectatur, cogitatione iniuſti homicidij. Secus ſi delectatur de vtilitate ſecuta ex morte.num.10.& cap.20.num.3.

Licet optare mortem,vel morbum alicuius propter bonum eius ſpirituale.Itẽ optare mortem tyrãni,vel inimicorum Eccleſiæ, quando non eſt aliud remedium.c.15.n.10.

Qui deliberatè præ ira ſibi mortem, vel I
mutilationem exoptat,vel ſibi iniicit manus, peccat mort. Secus ſi eas iniiceret zelo deuotio

uotionis : neque peccat,qui ſibi euellit barbam , vel ſe alapis cædit ob mortem parentum vel amicorum.cap.15.nu.11. De clerico iſta faciente, vide tit.Excommunicatio VI. §. II. lit.H.

K Peccat mort. qui decurtat vitam per abſtinentiam, quam aduertit eſſe indiſcretam: ſecus ſi non aduertit. Imò probabiliter exiſtimans non eſſe talem,non peccat. num.12.

Peccat item mort. qui comedit aliquid, ex quo timet aliquod notabile detrimẽtum, maximè ſi illud fuit ſibi interdictum à medico.ſi verò fuerit damnum leue,peccat venialiter.num.13.

Qui propter aliquod infortunium cupit ſe numquam natum fuiſſe , peccat mortaliter.num.12.

L Mater , vel nutrix , quæ ſecum in lectulo puerum collocat cum probabili periculo ſuffocationis,peccat mortaliter.Item qui eſt cauſa aborſus percutiendo mulierem grauidam.num.14.

Item qui cùm eſſet affectus iniuria, ſciréque ſuos cognatos vel amicos vindictam ſumere velle,non vetuit expreſsè.num.17.

Qui occidit alium,non tenetur ſe vinculis aut morti offerre.nu.21.Et qui commiſit homicidium, propter quod alius eſt in carcere cum periculo vitæ,non tenetur ſe prodere

dere cum periculo vitæ propriæ.num.17.

Homicida quem iudex puniuit, tenetur M restituere parti damnum. Quòd si suspendatur, tenentur hæredes.n.25. Tenetur etiã homicida soluere impensas moderatas funeris.22.

Qui iniustè occidit alium excedens moderatum debitum modum suæ defensionis, tenetur restituere, vt alius homicida.num.24. Quod magis confirmatur & explicatur in Nouo: Nã licèt minùs peccet, minorémque mereatur pœnitentiã, quàm qui occidit voluntariè, tamen quoad restitutioem, sufficit quòd mors sit iniusta, etiã ex ipsomet opere exteriori. vnde iste qui nõ seruauit modum inculpatæ tutelæ, ad tantam tenetur restitutionem damni dati, & interesse inde contingentis, sicut homicida voluntarius. Additum in Nou.cap.15.num.27.

Magis peccat vulnerans animo occidendi, quam qui occidit, animo non occidendi. O cap.17.num.240.

Non est homicida, qui vitam exponit pro restituendo debito, vel quolibet actu virtutis.cap.17.num.87.

Homicidium directè voluntarium in quo solus Papa, & rarissimè dispensat, est homicidium illicitum intentum in se, saltẽ æquipollenter aliàs quàm vitandæ mortis causa.

Sufficit

Sufficit autem esse volitum in causa adeò propinqua morti, vt moraliter vix se cõpatiãtur velle illam causam, & nolle occidere, vt propinare venenum, quod scit esse mortiferũ, vel punctim ferire circa præcordia, vel circa caput etiam cæsim. num.240.

Potest homicidiũ esse directè voluntarium vni, & non alteri, vt homicidium quod facit Petrus animo occidendi, mandante Ioanne, vt tantùm inferat aliquam iniuriam leuem citra deformationem. ibid. quid teneatur restituere homicida. vide tit. restitut. 2.

De comedente carnes humanas, vide tit. Gula.

HONOR ET HONORATIO.

Bona honoris & famæ sunt inferiora bonis salutis, & vitæ, & maiora bonis fortunæ, seu pecuniæ. cap. 16. num. 44. vide tit. Fama, & tit. Bona.

Peccat subditus denegãs superioribus debitum honorẽ. c. 14. nu. 22. De honore quem filius debet parentibus. vide tit. Filius.

HORÆ CANONICÆ.

I. in se & quoad attentionem & obligationem.

AHOrarum recitatio obligat sub mortali eos qui tenentur. cap. 25. num. 97.

Peccat

Peccat mort. qui recitat notabiliter malè, deglutiendo syllabas, incipiendo versus antequam socius finiat, & alia huiusmodi. num.98.

Multa excusant ab hoc præcepto. I. Infirmitas: nec tenetur infirmus ab alio recitante audire: nec horarum loco, méte Deum precari. 101. B

II. Occupatio repentina, quæ sine scandalo, vel peccato omitti non potest: vel occupatio magni momenti, sicut lectio oppositionis. Non tamen excusatur quis, eo quòd studeat, inseruiat, vel peregrinetur.

III. Defectus Breuiarij siue sua culpa contingat, siue absque illa, dummodo pœniteat culpæ præteritæ. IV. Dispensatio summi Pontificis. cap. 25. num. 102. & 103. C

Obligatio recitandi in beneficiario ex acceptatione tituli Beneficij nascitur, non ex quantitate reditûs. Nihilominus si omnino desint fructus in præsens, vel in futurum, vel saltem distributiones quotidianę simul cum fructibus desint, cessabit obligatio. nu. 102. 103. Defectus attentionis necessariæ est mortalis. 105.

Attentio necessaria in recitando est propositum actuale vel virtuale in principio recitandi horas, & postea actualis, vel virtualis. Et est triplex, Verborum, Rerum signifi-

catarum,& personarum,ad quas diriguntur. Et quælibet harum sufficit.num.105.106.

Đ Propositum attendendi actuale vel virtuale tollitur per expressum contrarium, vt qui non vult attẽdere:& per tacitum, vt qui aduertit se euagari,& non reuocat animum. num. 106.Secus si inaduertenter.nu.107.Vel qui deliberatè se occupat rebus exterioribus attentioni incompatibilibus.num.106.

Non sufficit recitare per Breuiariũ trium lectionum.num.107.

HORÆ II. QVOAD personas quæ tenentur recitare.

ATenentur recitare horas clericus ordinatus Sacris, & Beneficiarius,etiamsi nõ sit ordinatus Sacris, Monachus,& Monialis, ad chorum deputati.cap.25.num.97.

Qui verò profitetur ad alia obsequia extra chorum, sicut ad officia bellica, vel seruilia, non tenetur ad illas, sed ad alia loco earum per ordinem statuta.ibid.

Excommunicatus etiam denunciatus tenetur seorsum recitare.num.102.

Et qui habet beneficium etiam tenue, etiam sine fructibus,modò habeat distributiones,tenetur recitare: secus si nullos fructus aut nullas distributiones capiat,nec per se,nec

se, nec per alium, nec possit capere, nec in posterum sit capturus. num. 102. 103.

Tenetur tamen non solùm qui tantùm distributiones capit quotidianas, sed etiam ille, per quem stat, quominus capiat fructus, eo quòd non vult accipere possessionem, vel residere. Similiter si litigans habita sententia debet obtinere fructus sequestratos, vel ab aduersario perceptos, tenetur recitare. cap. 25. num. 104. B

Tenetur etiam, qui in pensionē omnium fructuum consensit ei, qui in suum fauorem renunciauit. Secus de illo, qui consentit, vt renuncianti fructus omnes, & omne seruitium, & administratio beneficij reseruentur. num. 104. 105.

Nō tenetur recitare horas canonicas minoribus ordinatus, si nō sit beneficiarius, vel mōnachus, vel pensionarius. Nec tenetur ad aliquid determinatum recitandum, nisi cùm ordinatur, promittat, vel ordinatori præcipienti consentiat. num. 8.

Peccat mort. beneficiarius, & quiuis alius obligatus non recitando horas canonicas: Quid verò teneatur beneficiarius restituere, & ad quid obligetur pensionarius, vide sequentem motum proprium Pij V.

Pius Episcopus seruus seruorum Dei ad perpetuam rei mem. Ex primo Lateranensi Concilio

lio pia & salubris sanctio emanauit, vt quicumque habens beneficium cum cura, & sine cura, si post sex menses, quàm illud obtinuerit, diuinum officium legitimo cessante impedimento, non dixerit, beneficiorum suorum fructus prorata omissionis, & officij, & temporis, suos non faciat: sed eos tanquam iniustè perceptos in fabricas ipsorum beneficiorum, vel pauperum eleemosynas erogare teneatur. Verumtamen multorum animi suspensione tenentur, cuiusmodi rata prædicta ratio sit habenda.

Nos huic rei euidentiùs atque expressiùs prouidere volentes, statuimus, vt qui horas omnes canonicas vno vel pluribus diebus intermiserit, omnes beneficij seu beneficiorum suorum fructus, qui illi, vel illis diebus responderent, si quotidie diuiderentur: qui verò Matutinum tantùm, dimidiam; qui cæteras omnes horas, aliam dimidiam; qui harum singulas, sextam partem fructuum eiusdem diei amittat: tametsi aliquis choro addictus, non recitans, omnibus horis canonicis cum aliis præsens adsit, fructúsque & distributiones fortè aliter assignatas sola præsentia iuxta statuta, consuetudinem, fundationem, aliàs sibi lucrifecisse prætendat, is etiam præter fructuum, & distributionum amissionem.

Item ille qui primis sex mensibus officium non dixerit, nisi legitimum impedimentū ipsum

excusa

excusauerit, graue peccatum intelligat admisisse. Declarantes præstimonia, præstimoniales portiones, & qualiacunque alia beneficia, etiam nullum omnino seruitium habentia obtinentes eum prædictis pariter contineri.

At quicunque pensionem, fructus, aut alias res ecclesiasticas vt clericus percipit, eum modo prædicto ad dicendum officium paruum Beatæ Mariæ virginis decernimus obligatum, & pensionem fructuum, rerúmque ipsarum amissioni obnoxium.

Huius motus proprij breuem declarationem. vide supra tit. Beneficiarius IV.

HORÆ. III. QVOAD tempus, locum, & ordinem.

QVi tenentur ad officium diuinum, non debent sine iusta causa comedere in ieiuniis quadragesimæ ante nonam recitatam. c. 21. n. 27.

Peccat mortaliter, qui ante recitatas matutinas celebrat, nisi vrgente necessitate. cap. 25. num. 83.

Melius est anticipare horas quàm postponere. num. 97. Vnde licet Matutinum officium diei sequentis recitare ante solis occasum, & etiam post illum omnes horas recitare. num. 107.

Non peccat mortaliter, qui per obliuio-

nem inuertit ordinem horarum. & qui per obliuionem aliquam partem omisit, adimplet supplendo illam, quamuis non repetat reliqua.cap.25.num.99.

HOSPITALE.

HOspitalia,seu Xenodochia tantùm instituuntur in vtilitatem pauperum.Vnde parentes, qui exponunt filium in Hospitali,vt ibi nutriatur,tenentur soluere hospitali expensas, nisi excusentur ob pauperta-tem.cap.16.num.48.

Peccat hospitalarius mortaliter, qui non expédit reditus hospitalis,in iis ad quæ sunt destinati,vel sinit eos perdi:& qui nimis tardè recuperat bona eius alienata:& qui adeo negligit reficere eius ædificia, vt ob id cadāt, cum obligatione restituendi.c.25.n.67.

Circa hospitalia statuit Trid.sess.25.c.8. de Reformatione hæc sequentia.

Hospitalarij hospitalium onera cõpleant,qua si commodè non possint,fructus illorum in alium pium vsum conuertant,prout ordinario cũ duobus peritioribus de capitulo videbitur.

Et omnes hospitalarij etiam laici(nõ tamen regularibus subiecti, vbi viget regularis obseruantia)ad prædictam obligationem implendam ab Episcopis compelli possint.Et propterea in foro conscientiæ teneantur ad restitutionem fructuum,

ctuum, quos contra hospitalium institutionem præceperint, nulla eis remissione profutura.

Atque administratio huiusmodi, vni & eidē persona vltra triennium non committatur : non obstantibus &c. c. 25. num. 67.

HVMILITAS: *Ad hanc non requiritur actus expressus subijciendi se Deo.* c. 23. n. 6.

HYPOCRISIS. Tacere aliquid quo quis appareat bonus cùm non sit, quamuis id faciat ad ædificationem proximi, tantùm est veniale, modò sit sine damno alterius notabili. Si enim fiat cum tali damno, erit mortale. Quòd si id faciat sine intentione ostendendi se bonum, non est peccatum. ca 18. num. 8.

IACTANTIA.

IACTANTIA *est vitium inclinans ad declarandam inordinatè verbo propriam excellentiam.* cap. 23. num. 11.

Estque mortalis, quādo aliquis se, vel suos laudat cum notabili irreuerentia Dei, aut scandalo proximi, vel cum notabili eius damno. num. 16.

Qui per iactantiam falsò asserit se, vel aliquem suorum magnum esse medicū, cum notabili damno aliorum peccat mortaliter. ibidem.

IDOLOLATRIA. Oblatio thuris quæ per manum violenter ab alio ad id adactam fit Idolo, est actus omnino violentus, ac proinde non est peccatum. Prælud. 6. num. 2. & 5.

Qui ob metum aut alias causas thurificat idolo, aut consentit in aliquod opus infidelitatis exteriùs tantùm,& nullo modo interiùs, peccat mortaliter, sed non est censendus hæreticus, vel Apostata, nec est excommunicatus.c. 11.n.27.

Peccat mortaliter, qui expresse dæmonē, Solem, Lunam, Idolum,vel creaturam aliquam tamquam Deum adorat etiam solo cultu exteriori. c.11. nu.24.& Nou.nu.26.

Peccat etiam mort. qui facit, aut reficit Idola Indorum, aut Idolorum templa,& phana.cap.14. num.31. lit.D.Nouo num.36. De adorante imagines sine relatione ad Deū vel Sanctos,vide Imago.lit.C.D.

Peccat mortaliter qui deliberatè credit, quemcumque infidelem si benè moraliter vixerit, posse in sua secta saluari.c. 11. num. 18. Nouo num.22.

Peccat item mort. qui credit Cœli planetas, & Gentilium Idola, eorúmque Deos, & Deas, habere aliquid diuinitatis, aut in cælis regnare. num.41.Nouo. 32.

Peccant etiam præceptores, qui prælegē-

tes

tes libros Ethnicorum, negligunt monere discipulos suos falsitatem Deorum gentilium, eorúmque superstitionum, maximè aduertentes, vel aduertere debentes, quòd pueri illam incipiunt credere, nisi moneantur: nam tunc videntur consentire illorum errori. Ibidem.

De iurante per Idola, aut de eo qui est causa huiusmodi iuramenti. vide tit. Iuramentum.

IEIVNIVM I.

In se, & quoad obligationem.

IEIVNIVM obligat ex traditione Ecclesiæ, quamuis de illo non extet præceptum positiuum. c. 21. num. 11. A

Vide ieiunium Quadragesimæ non est de iure diuino, sed humano. n. 12.

Peccat mortaliter, qui die ieiunij præcepti ab Ecclesia, à media nocte vsque ad medium noctem comedit plusquam semel. 11.

Qui omittit ieiunium die, quo occurrunt duo præcepta ieiunij, duplex peccatum committit. cap. 11. n. 4.

Non frangit ieiunium, qui vtitur collatione etiam ad sustentandam naturã, etiam si non bibatur. Collatio verò, ne potus no- B

ceat, etiam nulla stante consuetudine posset fieri. cap. 21. num. 14.

Non licet manè vti collatione, & prandium differre in vesperum, nisi adsit iusta causa. Ibidem.

Videtur frangere ieiunium, qui surgit à mensa animo amplius non comedendi, & posteà redit ad eam, & comedit: siquidem vnica comestio est de essentia ieiunij. n. 15.

Frangit etiam ieiunium, qui collatione notabiliter immoderatè vtitur, quod frequenter fieri solet in vigilia Natiuitatis Domini. Ibidem.

Non frangit ieiunium, qui sumit aliquid causa præguſtandi cibos, etiam si sint carnes; vel causa medicinæ, vel vt officio debito suis dominis inseruiat, vel vt inter comedendum legat. num. 14.

In die ieiunij sola secunda comestio frãgit ieiunium, & est peccatum, non vlterior. At verò qui comedit cibos vetitos, peccat toties quoties. num. 15.

Qui non ieiunat die ab Ecclesia statuto, non tenetur pro illo ieiunare alio die. num. 27. & cap. 12. num. 54.

Qui non potest ieiunare integram quadragesimam, tenetur quos potest dies. cap. 21. num. 20.

De causa iusta excusante: vide tit. seq. A.

Causa

Causa excusans ab integro ieiunio, non videtur excusare ab omni parte.nu.22.

Circa ieiunia generalia solus Papa dispẽsat absolutè: singulariter tamen cum hoc vel illo Episcopus potest, & eo absente Parochus. Et Prælatus etiam cum suis religiosis.num.21.

Dispẽsatus, vt ante horam debitam prandeat,non videtur à ieiunio liberatus.nu. 22.

Non excusatur quis ab obligatione ieiunij propter eleemosynam quam dat.n.22.

Peccat mort. inuitans ad cœnam, quem scit obligari ad ieiunium, & credit ob inuitationem fracturum ieiunium, quod aliâs seruaret. Secus si sit paratus ad cœnandum. num.24.

IEIVNIVM II.

Quoad personas.

OMNIS iusta causa excusans à ieiunio reducitur ad impotentiam, necessitatem,& maius bonum. A

Impotentia excusat pueros vsque ad vigesimum primum ætatis annum:possunt tamen ob vrgentem necessitatem ad id compelli. Item excusat senes sexagenarios secundùm

cundùm communem : quod tamen arbitrio prudentis relinquendum est. Item excusat mulieres grauidas, & nutrices : imò peccarent ieiunando nisi essent robustæ. Excusat etiam pauperes non potentes quærere cibũ ad vnicam comestionem sufficientem, non tamen alios. Excusat etiam infirmos non valentes simul tantùm comedere, quantùm sufficiat eorum saluti. Excusat etiam eos, qui ieiunando capitis dolorem patiuntur, vel vertiginem, aut tota nocte calere, vel dormire nequeunt.c.21.n.16.

B Necessitas excusat, quoties oportet facere aliquid incompatibile ieiunio, quod tamen necessarium est ad necessariam conseruationem sui status decori. Excusat fabrum ferrarium, carpentarium, agricolam, vel quemlibet alium operarium habentem assiduum laborem, quamuis isti sint diuites. Excusat etiam eum, qui ieiunando non potest concionari ex officio, vel obedientia, aut docere, vel confessiones audire. Item excusat magnum iter facturum, saltem pedestrem, & maritum aliter non potentem vxori debitum reddere: & vxorem quæ ieiunando marito satis placere nequit.n.16.

C Maius bonum excusat eos, qui ieiunando non possunt sanctis operibus vacare. Quod non habet locum in illis, qui ea faciũt principaliter

cipaliter propter mercedem: secus si principaliter ob cultum Dei, quamuis minus principaliter propter mercedem. num. 17.

Sola peregrinatio non excusat, nisi propter auctoritatem aliorum deuotio augeatur, vel si peregrinetur ex maximo deuotionis ardore. num. 18.

Qui dubitat an opus pium, & voluntarium, quod intendit, excusęt, consulat Superiorem vel parochum, & eorum dicto acquiescat. num. 18.

Excusatur vxor à ieiunijs voluntariè votis, si maritus repugnat: non tamen à ieiuniis Ecclesiasticis, nisi inde oriretur notabilis discordia. nu. 19.

Qui bona fide credit iustam habere causam ad non ieiunandum, & ob id non ieiunat, non peccat saltem mortaliter. num. 20.

Paterfamilias, œconomus, vel caupo, qui his, quorum curam gerunt, aut iis, qui suam cauponiam adeunt, præbent cibos, quibus credunt illos sine causa transgressuros ieiunium, peccant mortaliter. num. 26.

Qui in die ieiunij manè comedit per ignorantiam vel incogitantiam, excusantem à violando ieiunio, & ob id non ieiunat, peccat mortaliter. Quoniam iste perinde potetat ieiunare, & hora consueta prandere, ac si nihil comedisset. num. 27.

Peccat

Peccat, qui famulos ad ieiunandum obligatos compellit diebus ieiunij ad opera ieiunio incompatibilia, quæ commodè possunt differri in alium diem.num.27.

IEIVNIVM III.

Quoad diem & horam.

A DIES ieiunio sacrati sunt tota Quadragesima, exceptis Dominicis: Quatuor tempora immediatè sequentia, post diem Cinerum, Pentecosten, exaltationem sanctæ Crucis, & festum sanctæ Luciæ. Item dies Vigiliarum quæ præcepto, vel iuri communi, vel particulari præcipiuntur. Et quãdo vigilia S. Ioannis Baptistæ incideret in diem Corporis Christi, ieiunandum erit die præcedenti scilicet feria quarta, ex præscripto Leonis X. c. 21. num. 11.

B Qui vouit ieiunare omni feria sexta, non potest vesci carnibus, nec omittere ieiunium Natali Domini tali die occurrente. num. 11.

Ieiunium incipit à media nocte, & durat vsque ad mediam noctem sequentem. num. 11. 12.

C Qui notabiliter absque iusta causa præuenit horam prandij, peccat mortaliter. Non tamen

amen frangit ieiunium, qui ante veſperas Quadrageſimali tempore comedit. num. 27.

Peccat mortaliter, qui ieiunat diebus Dominicis, ſuperſtitioſè credens in illis ieiunandum eſſe contra conſuetudinem Chriſtianam: ſecus ſi ob ſalutem, ſtudium, vel bonum finem. num. 27.

IEIVNIVM IIII.

Quoad cibos.

NON frangit ieiunium, qui, licèt ſæpiùs, bibit aquam, vel vinum, ſerò vel manè etiam ad ſe ſuſtentandum. cap. 21. num. 13.

Frangit qui edit cibos vetitos toties quoties. num. 15.

Ova & lacticinia prohibentur in Quadrageſima: in aliis autem ieiuniis, tantùm carnes prohibentur iure communi: in Hiſpania omnia æquantur ex conſuetudine. Quæ vt longa dicatur quoad hoc, debet eſſe quadraginta annorum. In nouo Orbe, & terris nouè repertis, & in aliis, in quibus non eſt talis conſuetudo, ſeruandum eſt ius commune. num. 15.

In collatione ſub noctem vtendum eſt cibis leuibus, comedendo aliquid ſolius fructus, vel panis, vel vtriuſque, iuxta morem regionis,

regionis, modò ne tantùm sumatur, vt defraudetur ieiunium. num. 13. 14.

Dispensatus in ieiunio, non videtur dispensatus, vt comedat carnes. num. 22. 23.

Peccat, qui in die ieiunij cibos vetitos ministrat sine dispensatione, vel consuetudine id permittente. num. 26.

De comedente cibos vetitos in vna regione, qui sunt liciti in sua. vide tit. Gula.

IGNORANTIA.

IGNORANTIA rei, vel iuris, quam, vel quod quis scire tenetur, non excusat a peccato, benè tamen excusat in foro interiori, à pœnis, & censuris positis contra hæreticos. Secus in foro exteriori. Præl. 1. nu. 10. §. 4. Nouo n. 17.

Ignorantia, & simplicitas rudium sæpenumero eos excusat à peccato, & à censuris in materia fidei. Ibidem. num. 10. Nouo num. 15. & cap. 11. nu. 17. de quo plura tit. hæreticus.

Ignorantia aliquando facit actum non esse humanum, maximè si concurrant hæc: nempe, ignorantia rei, quam quis non tenetur scire: ignorantia non affectata, nec procurata: ignorantia talis, sine qua non fieret

fieret actus. Citra hæc regulariter est actus humanus is, qui per ignorantiam fit. Præl. 6.num.9.Nouo num.8.

Non excusat ignorantia iuris,quando homo solùm consulit doctores, quos credit sibi placita responsuros: aliâs non consultus eos. cap.17. num.83.

Nemo tenetur alterum admonere de sua ignorantia, quando est facti, vel iuris humani, quod regulariter à vulgo ignoratur, & non redundat in detrimentum tertij. cap. 11.num.83.§. 34. non peccat mort. contra præceptum correctionis, qui non corrigit eum qui ob ignorantiam probabilem diei ieiunij vel festi, non ieiunat, vel non audit Missam. cap.24.num.12.

Peccat qui exercet officium ignorans illud. Idem de procurante, ignorâs illud.Hoc tamen non procedit in procurante bono fine, & animo vtendi consilio peritorum, quos credit se habiturum. cap.23. num. 15. §.13.& num. 47.

Ignorantia est triplex, Affectata, Crassa, Iusta. Affectata est, quando quis ignorat, quod scire tenetur, quia non vult scire, & hæc auget malitiam. Crassa siue supina est, quando quis ignorat,id, quod communiter homines suæ conditionis, & statûs sciunt,& hęc excusat à tanto,sed non à toto.

Iusta (quæ à Theologis dicitur, inuincibilis, & à Canonistis probabilis) est, qua communiter homines suæ conditionis adhibita diligentia laborant: & hæc quando est antecedens, excusat; secus quando est consequens. Tunc autem est antecedens, siue causa actus, quando actus non fieret, nisi ignoraretur: tunc verò est comes, seu consequés, quando fieret actus, etiam si sciretur. cap. 23. num. 45.

Ignorantia circa legem naturalem, vel diuinam, non potest esse iusta communiter loquendo. Bene tamen circa pœnam excõmunicationis, vel alterius censuræ statutam ab homine: imò circa aliam pœnam cõmuniter non statutam. nu. 47.

Ignorantia excusat à pœna legis extraordinaria & exorbitante, non tamen ab ordinaria. cap. 27. num. 272. §. 13. in Nouo num. 273.

Ignorantia non facit capacem acquisitionis eum qui aliàs est incapax. cap. 27. num. 27. dicto. 8.

ILLEGITIMVS & Legitimus.

ILLEGITIMVS etiam occultus, & publicè reputatus pro legitimo non potest sine

sine dispensatione ordinari. Atque sub nomine illegitimi omne genus illegitimorum intelligitur.cap.25.No.num.69.& cap. 27.num.194.& ex.professo.num.201.

Cum illegitimo solus Papa dispensat ad ordines sacros, dignitatem, & beneficium curatum. Et cum profitente religionem iuris cõmunis dispensat ad omnes ordines, & ad vnum beneficium simplex, non tamen vt possit esse prælatus. Episcopus verò dispẽsat ad minores ordines,& ad vnum beneficium simplex.cap.25. num.69.cap.27.num.201. B

Peccat igitur mortaliter illegitimus,qui ordinatur sine dispensatione, & fit irregularis.c.25.n.69.in Antiq.sed in Nouo dempta est illa particula,fit irregularis. ibidem. C

Peccat mort.illegitimus, qui absque dispensatione accipit quoduis beneficium, & acceptio est nulla, & nisi dispensationẽ obtineat,tenetur relinquere. Circa quod Cõc. Trid.sequentia statuit. sess.21.c.5.de Refor. *Ne filij illegitimi clericorum habeant pensiones super beneficiis,quæ parentes eorum obtinuerunt,neque etiam vlla beneficia in Ecclesiis,vbi patres beneficium aliquod habent, aut habuerunt:atque reciprocæ resingationes quæ posthac a parentibus clericis in fauorem filiorum, aut alias fraudulenter fient,ipsis nequaquam suffragentur. Quia peccat mortaliter, & omnis*

qui accipit beneficium aliquod carens qualitatibus, quas illud per fundationis suæ statuta, vel alia requirit. cap. 117.

Illegitimus maximè spurius adulterinus, est incapax hæreditatis, & si illam, mortuo patre putatiuo, adiuit, debet eam relinquere fratribus legitimis. cap. 16. à num. 43. vsque ad 40. Quomodo se gerent in hoc ipse, & pater eius & mater. vide tit. Adulterium. tit. Hæreditas. I.

Monialis illegitima non potest secundùm ius commune esse prælata: nec Episcopus potest dispensare. cap. 27. num. 201. §. 10.

IMAGO.

QVANTVM ad rationem principalem imaginis, mulier etiam est imago Dei, sicut vir. Præl. 3. num. 17.

Concil. Trid. sess. 23. sub anathemate definiuit, hæreticum esse qui dixerit, *Sanctos non esse à nobis inuocandos, aut eorum preces apud Deum nobis non prodesse: aut qui dixerit, Sanctorum reliquias & imagines non esse à nobis venerandas. Declarauit etiam quòd sicut sanctum est Sanctorum imagines & maximè Domini nostri, eiúsque matris habere, & colere: ita etiam peccatum est illas procaci, & non honesta forma ornare. Item idololatriam esse*

esse credere illis imaginibus inesse aliquam diuinitatem aut virtutem, aut colere eas sicut tales, præterquam ad ea quorum imagines sunt repræsentanda. Denique quòd imagines invsitatæ non sunt in Ecclesia nec domi habendæ sine approbatione Episcopi. c.11.n.22. & No.n.25.

Peccat mortaliter qui proponit imagines pro miraculis falsis. num.26.No.num.27. D

Peccat etiam mott. adorans imagines sine vlla relatione ad Sanctos. Item qui habet imagines opprobriosas Sanctis, vel pastoribus Ecclesiæ. num.32.

IMMVNITAS Ecclesiæ.

PECCAT mort. Iudex extrahens per vim è loco sacro, eum qui ad illum confugit. cap.25. num. 17.

In præsenti autem locus sacer dicitur quælibet Ecclesia, capella, basilica, eremitorium, sacellum ad missam dicendam Episcopali auctoritate constructum, sine qua destrui non potest, cœmeterium pro sepeliendis defunctis sacratũ, ianua, & porticus Ecclesiæ, claustrum, & pauimentũ, domus Episcopalis, hospitale auctoritate Episcopi erectum, domus Ecclesiæ ad habitationẽ cleri-

corum intra 40. vel 30. passus constructæ, aliàs non, nisi alicui capella adnexa esset. Spatiũ autem 40.passuum in circuitu Ecclesiæ maioris,& 30.Ecclesiarum minorũ:verũ est quòd hoc nullibi seruetur,nisi quoad fines cœmeterij. Itẽ presbyter qui defert Eucharistiam, & Cardinales, eorúmque domus.cap.25.num.18.

B Hac immunitate gaudent omnes & soli Christiani liberi siue confugiant propter delicta siue propter debita, & serui confugientes propter delicta,quæ à iure grauissimè puniri possunt,& propter sæuitiam dominorum. Gaudet etiam excommunicatus, interdictus, suspensus, & qui confugiunt è carcere etiam contra iuramentum, & qui comprehẽsus, imò etiam iam damnatus per
C locum sacrũ ducitur.Item occidens clericũ, & sacrilegus,qui non deliquit in loco sacro: Exules siue banniti, mercator qui decoxit, vel fidẽ fregit,& qui trãsfugit ad hoſt.n.19. Item blasphemus, qui existens in Ecclesia iussit delictum fieri extra illam;gaudet quidem quoad delictum omne commissum iussu suo,non tamen quoad delictum commissum in iubendo. num. 20.21.

D Non gaudet infidelis,nisi confugiat,vt fiat fidelis:nec viarum grassator, nec nocturnus vastator segetũ,vel aliorum fructuũ,nec qui

muti

mutilat,vel grauiter delinquit in loco ſacro etiam ſine ſpe immunitatis,nec qui inſidiosè occidit,vel percutit animo occidẽdi.n.21.

Nec gaudet qui ex Eccleſia percutit alium E
exiſtentẽ extrà,nec è contra : nec qui prope Eccleſiam delinquit animo confugiendi ad eam : magis tamen videtur perpendendum, vtrùm caſu vel data opera delinquat.nu.22.

Nec qui per vim extrahit exiſtentem in Eccleſia,vel extrahi iuſſit,quo ad hoc delictum,bene tamen quo ad delictum, quod interficiendo, aut percutiendo, poſt eum extractum committeret.num.21.

Nec perſonæ Eccleſiaſticæ gaudent F
quoad iudicem Eccleſiaſticum:ſecus quoad iudicem ſæcularem, qui etiam propter delictum non poteſt extrahere clericum in minoribus, licèt habeat iuriſdictionem in eum poſt Tridentinum. num. 22.

Non gaudet,qui ab Eccleſia ſponte egreditur, etiã ſeductus ab alio:ille verò qui promiſit tenetur ſeruare fidem. Neque gaudet qui comburit,vel deiicit Eccleſiam.Ibidem.

IMPEDIMENTVM.

TVNC aliquis conſilio,verbo, vel opere, tenetur impedire peccatum proximi,

quando ad id tenetur,ex officio, vel alio titulo:& etiam quando proximus circa id indiget extremè, modò ipse possit impedire, absque hoc, quòd se coniiciat in similem necessitatem, quamuis alioqui patiatur aliquam iacturam honoris vel substantiæ. Imò etiam quando maximè indiget proximus,& ipse potest eum commodè impedire sine detrimento vitæ,salutis,honoris,vel substantiæ.cap.11.num.13.in No.num.16.

Mulier habens impedimentum occultum,licitè iurabit se habitaturam cum viro, intelligendo intra se,si id sine peccato fieri possit.cap.12.num.9.& cap.18.num.7.

Quid dicatur impedimentum, quo quis possit absolui à censura Papali per inferiorem.vide tit. Absolutio.1111. A. & tit.Episcopus.

De impedimentis matrimonij, vide Matrimonium VIII. IX. X. vsque ad.§.IX.

De impediente bonum, vide Restitutio. II. lit. X.

INCENDIARIVS.

QVI ex industria comburit domum, locum, vel segetes alienas, peccat mortaliter,& tenetur restituere:& si locus est sacer,est ipso facto excõmunicatus. Quę excõmunicatio

municatio incursa, ante denunciationem est Episcopalis, & post denunciationem est Papalis.c.17. num.100. vide etiam tit. Excommunicatio VI.§. II. lit. Z.

INCERTA, vide tit. Restitutio X.

INCESTVS, vide Luxuria:& quatenus impedit matrimonium. vide Matrimonium X.§.IIII.

INDVLGENTIA.

VTRVM indulgentia comprehẽdat pœnitentiam iniunctam cap. 26. num. 19. vbi remittit se auctor ad §. in Leuitico de pœnit. dist. 1. notab. 11. num. 12. quo in loco dicit quòd Indulgentia absolutè concessa A comprehendit pœnitentiam iniunctam, & non iniunctam. At verò indulgentia, quæ expresè datur de iniunctis non se extendit ad non iniunctam, siue concedatur à Papa, siue ab alio: siue sit plenaria, siue non. Indulgentia conferri potest alienato mentis iudicio. Potest etiam concedi extra confessionem. cap. 26. num. 27.

Infirmus, qui in aliqua infirmitate vsus est indulgentia bullæ concessa pro articulo mortis, non potest eadem vti in alia infirmitate, nisi id explicet bulla. num. 31.

Catechumenus potest lucrari indulgentias. cap. 27. num. 13.

Concessio indulgentiæ non habet verba determinata. cap. 26. num. 30.

INFAMIA. Infamatus conuersando familiariter cum Infamatore videtur ei iniuriam remittere, non tamen obligationem restituendi famam. cap. 18. num. 46. Vide fama.

INFAMIS, est excommunicatus, si excommunicatio sit manifesta, & lata ob causam afferentem infamiam iuris, vel ob contumaciam in causa inurente infamiam. cap. 27. num. 21.

An infamis possit ordinari, vide Irregularitas. 3. pag. 333.

INFIDELIS, ET Infidelitas.

A INFIDELIS positiuus dicitur *omnis, qui post fidem, & Euangelij prædicationem satis sibi notificatam, non vult credere, & peccat mortaliter peccatum infidelitatis, per quod damnatur.* Infidelis verò negatiuè dicitur, *qui non credit, eo quòd non est sibi satis notificata fides, qui licèt non peccet non credendo*, nec damnetur ob hoc, damnabitur tamen ob alia peccata.

peccata. cap. 11.num.17. Nouo nu.21.

Peccat mortaliter, qui deliberatè credit B quemcumque infidelem, si bene moraliter vixerit, posse in sua secta saluari.num. 18. Nouo num.22.

Et qui defert habitum, vel signum indicans professionem Iudaicæ, aut alicuius falsæ sectæ, peccat mortaliter. Non tamen peccaret propter solam omissionem signi, vel habitus Christianismi. cap.11.nu. 25.& Nouum.27. §.4.

De eo qui consentit exteriùs in opus infidelitatis. vide tit. Idololatria: De infideli Bigamo, vide Bigamia.

Fornicatio Fidelis cum infideli inducit nouam circumstantiam.cap.16.n.3.

INFIRMVS Peccat mortaliter comedens aliquid ex quo timet notabile detrimentum salutis: si verò sit leue, erit veniale. cap. 15.n.13.

Peccat etiam mortal.ægrotus, qui respuit humanum remedium, soli prouidentiæ diuinæ se committens. Non tamen est peccatum renuere medicinam corporalem tempore martyrij, vel alio, ad domandam carnem, maximè si sunt ægritudines sine periculo mortis. cap.11.num.41.§.38.

INIV

INIVRIA, SEV Contumelia.

A ALIQVÆ personæ non possunt remittere satisfactionem iniuriæ sibi illatæ, nempe vxor, filius familias non emancipatus, seruus, & religiosus. cap. 14. num. 25.

Qui alicui diceret leue conuitium, ex quo tamen alter magnam pateretur tristitiam, & perturbationem animi, tunc peccaret mortaliter si id scienter diceret, credés, aut sciés, illum vehementer contristaturum. Colligitur hoc ex doctrina. cap. 17. num. 3. lit. B. Nouo num. 2. §. 2.

B Vnde iniuria verborum omnis & sola illa est mortalis quæ fit animo notabiliter nocendi, quamuis non noceat; vel quæ notabiliter nocet, etiam sine tali animo: aduertendo, vel aduertere debendo eam notabiliter nocere. c. 18. n. 1. & 10.

Peccat, qui auctoritate propria vlciscitur iniurias, quamuis non possit vlcisci per ministros iustitiæ. cap. 17. n. 114.

Actio iniuriarū pacto nudo tollitur ipso iure. num. 137.

Est autem contumelia *significatio alicuius mali culpæ factæ præsenti*, vt appellando furē.

Con

Conuitium est *significatio facta præsenti alicuius mali culpæ vel pœnæ, vel defectus naturæ:* vt appellando furem cæcum. Improperium est *significatio beneficij tempore necessitatis ei collati.* Confunduntur tamen hæc nomina sæpe. c.18.num.10.

Obiicere alicui præsenti aliquod malũ, quod fecit, licet raro, fit absque peccato, nõ tamen est, quando fit ratione correctionis. Si verò causa principalis sit ira, peccatum est & frequenter mortale. num. 11.12.

Qui facit contumeliam alteri animo infamandi eum, committit duplex peccatum, scilicet contumeliæ, & detractionis.nu. 12.

Qui eodem impetu dicit alteri quatuor verba iniuriosa significantia diuersas iniurias, nempe quòd sit fur, falsarius, hæreticus, adulter, peccat diuersa peccata. Idem si ter vel quater replicet verba significantia diuersas iniurias: secus si significent eandem. Additum Nouo cap. 6. num. 18. circumstantia personæ offensæ, si sit pater vel superior est necessariò confitenda; non tamen si sit alius cognatus. additum in No. c. 14. n. 3.

INOBEDIENTIA.

EST *speciale vitium inclinans ad non faciendum quod iubetur, eo principaliter quòd iubetur.*

iubetur. At verò prout est vitium generale comprehendit omnes actus vitiorum, quibus non fit, quod iubetur, siue faciendo siue omittendo. cap. 23. num. 25.

Qui id quod ad veniale solũ obligat, omittit facere, principaliter eo quod iubetur, peccat mort. Peccat mort. qui deliberatè omittit facere quod sibi iubetur, animo obligandi ad mortale, nesciens id sibi ab eo iuberi non posse. num. 35. etenim vt aliquis peccet peccato inobedientiæ transgrediendo præceptum, non requiritur quòd sciat, iuberi sibi id non posse, satis est, vt dubitet de illo, debet tamẽ priusquam faciat, deponere tale dubium. num. 37.

Si tamen probabiliter crederet Superiorem per errorem iussisse aut non iussurum fuisse, si veritatem sciret, non peccaret non parendo. num. 38.

INQVIETVDO Mentis.

A INQVIETVDO mentis de se tantùm est veniale, nisi ex aliqua circumstantia fiat mortalis. cap. 23. num. 76.

B INQVISITIO non potest fieri specialis contra aliquem nisi præcedente infamia.

Nec

Nec sufficit esse duos, vel tres testes, quibus delictum possit probari. Et multò minùs sufficient aliqua indicia. Generalis autem inquisitio potest fieri, nulla persona, nec vllo delicto expressis. Sufficit verò delictum esse notorium, licèt delinquens sit occultus ad hoc, vt de illo possit generaliter inquiri. Sed non, vt quæratur nominatim vtrum hic, vel ille id fecerit. Ibidem. vide tit. Iudex. C

Ad impedienda peccata futura, potest in omni casu inquiri, non tamen ad punienda præterita. c. 24. n. 23.

INTENTIO.

INTENTIO magis specialiter requiritur ad irregularitatem iustam quàm ad iniustam. cap. 27. num. 220.

Sola mala intentio sine opere iniurioso non obligat ad restituendum damnum. cap. 17. num. 71.

Intentio secundaria nec facit Simoniacum, nec vsurarium. ca. 17. num. 209.

Sufficit intentio virtualis ad conficienda Sacramenta, & ad officium diuinum, & ad opus morale. additum in Nou. c. 1. num. 13.

Quę intentio requiratur ad Consecrationẽ vultarum formarum. vide tit. Missa.

INTER

INTERDICTVM I.

Quantum ad suam essentiam.

A INTERDICTVM *est censura Ecclesiastica qua actiuè & passiuè prohibentur diuina officia, Sacramenta & sepultura, quibusdam exceptis.* c. 27. num. 164.

B Est autem triplex, Locale tantùm, Personale tantùm, Locale & Personale simul. Locale tantùm *est quando solus locus interdicitur.* Et hoc iterum est duplex, generale quo interdicitur locus vniuersalis, vt regnũ, prouincia, Episcopatus, ciuitas, oppidum, pagus, parochia: & speciale quando interdicitur aliquis locus particularis, vt Ecclesia: nec definit esse speciale etiam comprehendens multa loca, dummodo sint particularia, vt quando interdicuntur Ecclesiæ multæ, quamuis sint omnes ciuitatis, Episcopatus, prouinciæ, regni, vel quotquot sunt in

C mundo. Personale tantùm est *quod interdicit personas tantùm*: & est duplex, scilicet generale, quod interdicit aliquam vniuersitatem hominum, vt populi, regni, prouinciæ, ciuitatis, oppidi, collegij &c. & speciale quod interdicit personas singulares, vnas, vel multas, certas, vel incertas. Locale & personale

personale simul est, *quod interdicit locum, & personas simul.* Prætereà interdictum potest esse simplex vel mixtum, hoc est, generale tantùm, particulare tantùm, generale, aut particulare simul. cap. 27. num. 166. At verò interdictum generale loci non includit populum, nec personas eius, nec generale populi alicuius loci, comprehendit eum locum. num. 167. D

Interdictum fortius est cessatione. n. 189.

Interdictum, Excommunicatio, & Suspensio in nouem conueniunt. I. Quòd quælibet earum est censura Ecclesiæ. II. Quòd quælibet debet ferri in scriptis. III. Quòd nullam earum suspendit appellatio subsecuta, & quamlibet annullat præcedens. IV. Quòd quamlibet debet præcedere monitio, cum fertur in contumaciam, & non cùm in pœnam. V. Quòd quælibet est nulla, cùm fertur sine canonica monitione ab excommunicatore contra participantes cum excommunicatis à se. VI. Quælibet suspendit à diuinis, excepta suspensione quæ non fit ab eis. VII. Quòd in absolutione omnium tenetur. VIII. Quòd nulla earum ferri potest ab Ordinario contra exceptos filios speciales Papæ. IX. Quòd quælibet est à Superiore seruanda. imò & à ferente donec eam tollat. c. 27. num. 164. 165. E

F Differunt autem in septem. I. Quòd excommunicatio directè priuat communicatione, quatenus est humana. Suspensio priuat directè vsu facultatis Ecclesiasticæ. Interdictum priuat directè Sacramentis, & diuinis officiis. Nihilominus quælibet indirectè, & per consequentiam priuat etiam consequentibus directè prohibita. II. Non potest excommunicatio suspendi, aliæ verò sic: imò idem est de excommunicatione. III. Quòd Episcopus non incurrit suspensionem, nec interdictum latum à iure, nisi exprimatur in eo, excommunicationem verò sic. IV. Quòd vniuersitas, non potest excommunicari, sed solùm suspendi, & in-
G terdici. V. Quòd excõmunicati numquam admittuntur ad diuina officia: alij verò sic interdum. VI. Quòd excommunicatio, & suspensio tantùm inferuntur ob culpá propriam, & excommunicatio maior ob mortalem, & minor & suspensio etiam ob venialem: interdictum verò etiam ob alienam. VII. Quòd absolutio excommunicationis semper requirit aliqua verba: suspensionis verò & interdicti non, quando inferuntur, donec quid certum fiat. sufficit enim, quòd illud fiat. num. 165.

INTE

INTERDICTVM. II.

Quoad eos quos ligat.

INterdictum potest incurri pro peccato veniali. cap.23.nu.53. Potest poni ob culpam alienam.cap.27.num.165. A

Vniuersitas hominum potest interdici. Episcopus autem non incurrit interdictum iuris,nisi exprimatur in eo:secus de excommunicatione.cap.27.num.165.

Quando est interdictus locus vnus, qui sunt in eo, & non fuerunt causa interdicti, possunt audire, & dicere in alio loco officia diuina, dare & accipere Sacramenta, & alij aliorum oppidorum non possunt hæc facere in loco interdicto.Quando verò interdicitur populus,qui sunt eius,non possunt ibi, nec alibi audire aut celebrare diuina: exteri autem possunt ibi etiam patentibus ianuis. num.167. B

Interdictum cleri alicuius loci nõ comprehendit locum,nec habitatores laicos,nec è contra. Videtur tamen interdictum cleri includere religiosos, & religiosas, nouitios & nouitias. Interdictum ciuitatis includit suburbia,& continentia mænia.Quæ autem dicantur talia esse ædificia,relinquitur arbitrio iudicis.Interdictum Ecclesiæ includit C

sacella,& cœmeteria cõtigua,aliâs non. Interdicta Ecclesia non censentur interdicti clerici eiusdem,nec è contra. num.167.

D Interdicto populo, vel vniuersitate,comprehenduntur omnes particulares eius sontes & insontes: imò & infantes,lactentes,& amentes:vnde non possunt admitti ad diuina.num.168.

E Interdictum à iure ponitur ipso facto contra vniuersitatem facientem solui portoria illicita clericis. Item contra facientem, vt capiatur,percutiatur,vel in exilium mittatur suus Episcopus, & contra eam cuius Dominus impedit ingressum, vel negotium Nuntij Apostolici.cap. 27.num.169.

Item interdicitur vniuersitas quouis nomine nuncupata, quæ appellauerit à Papa ad futurum concilium, vel ad id auxilium præstiterit,vel consilium. Per bullam cœnæ. num.58.

Et in omnibus casibus,in quibus iure fertur interdictum locale generale, ob delictum populi,fertur personale generale contra suum populum, non tamen quando fertur ob delictum solius Domini, si non exprimatur. Fertur etiam particulare locale Ecclesiæ, quando vniuersitas facit,vt capiatur,percutiatur,vel in exilium mittatur suus Episcopus, & quando clerici,vel conuentus

Eccle

Ecclesiæ nolunt restituere corpora, vel monumenta eorum, quos in ea sepelierunt. num.169.

Interdictum personale particulare solùm includit personas nominatas, & actus in eo expressos, & qui includuntur in illis. Si verò nulli exprimantur, omnes, qui prohibentur interdictis, censentur inclusi. num. 170.

Nunc autem iam non tenemur vitare interdictum etiam notorium, & manifestum, nisi denunciatum. num. 187. & specialiter in Nou. cap. 9. num. 8. Et posteà, cap. 27. nu. 34. & 35. videtur mutare hanc sententiam circa censuras manifestas: vide tenorem extrauag. & eius declarationem in hoc compend. tit. Hæreticus.

Nec tenemur seruare interdictum nullum, si nullitas sufficienter sit publicata. Est autem nullum regulariter in iis casibus in quibus excommunicatio. num. 187.

Laicus non dicitur propriè violare interdictum, quamuis audiat Missam, vel alia diuina officia in loco interdicto, exceptis quatuor casibus. I. Cùm ipsemet est interdictus personaliter, etiam si interdictum sit generale oppidi eius. II. Cùm expressè, vel tacitè est causa, quòd illa officia dicantur rogãdo, iubendo, aut præbẽdo ad id causam sua præsentia, & auditione. III. Cùm

dicit talia officia, qualia dicendo violarent clerici. IV. Cùm mentiendo asserit se esse clericum minorum ordinum, aut habere priuilegium, & ita intrat ad audienda diuina officia vetita, vbi dicebantur ianuis clausis. cap. 27. num. 187. Vnde laicus violans interdictum, peccat sæpe mortaliter. nu. 243. An verò incurrat irregularitatem, vide tit. Irregularitas VII.

Clerici violantes interdictum peccant mortaliter. nu. 187. Censentur violare illud, quoad peccatum mort. quoties faciũt prohibitum illis per interdictum personale, vel locale. Sed quoad irregularitatem incurrendam toties violare censentur, quoties referuntur. cap. 25. num. 83. 93. 94. & cap. 27. nu. 244. & in hoc comp. tit. Irregularitas. VII.

Moniales, & monachi nullum ordinem habentes peccant mort. faciendo tempore interdicti officia prohibita clericis: & quamuis non fiant irregulares, fiunt tamen intelligibiles actiuè & passiuè. cap. 27. nu. 187.

Multa priuilegia super interdicto, suspensione religiosis concessa, sunt iam per Trid. eis sublata. num. 190.

INTER

INTERDICTVM. III.

Quis, & quomodo ponat illud & tollat.

COmmuniter, qui potest excommunicare,& suspendere,potest interdicere.cap. 27.num.168.

Interdictum positum,donec quid certum fiat,illo facto cessat.cap.27.num.165.

Non sufficit culpa non soluēdi debitum, vt feratur interdictum generale auctoritate ordinaria, sine speciali mandato Papæ. & quamuis particulari Ecclesiæ ferri possit, non tamen toti parochiæ.num.168.

INTERDICTVM. IV.

Quo ad effectum.

CVi interdicitur ingressus Ecclesiæ, po- A
test extra Ecclesiam facere officia diuina, vel celebrare domi, vel in sacello non erecto auctoritate Episcopi. Potest etiam introire Ecclesiam, & ibi orare,quando non aguntur diuina officia:non tamen potest ea audire, quamuis possit transire per ecclesiam,etiam quando ea fiunt. cap.27.nu.170.

Per interdictum prohibentur omnia of- B

ficia diuina, Sacramenta,& Ecclesiastica sepultura, exceptis iis quæ expresse vel tacitè permittuntur. Regulariter autem prohibentur omnia exercitia specialiter deputata alicui ordini,maiori,vel minori.num.171. Per officia diuina in hac materia non intelliguntur omnia & sola contenta in missali & breuiario, sed ea quæ in iis,& in pontificali, aut in aliis legitimè sunt ordinata ad vsum Ordinum, & aliorum Sacramentorum, vel Sacramentalium, & ad horas canonicas. num.172.

C Potest dici vna Missa in hebdomada etiam in Ecclesia specialiter interdicta ad renouandam Eucharistiam.num.173.

D Possunt celebrari omnia diuina officia in loco generaliter interdicto ianuis clausis voce summissa, non pulsatis campanis, excluſis excommunicatis & interdictis: secus in loco specialiter interdicto.nu.173.174.

Et hæc celebrari possunt, per quoscumque clericos etiam primæ tonsuræ, non solum illius Ecclesiæ,sed cuiuscumque. Excipiuntur tamen clerici coniugati, nisi esset consuetudo præscripta. Vox autem debet esse tam clara, vt ab aliis possit audiri in choro: quòd si à curiosis audiatur extra Ecclesiam non nocet.num.174.

Non habentes priuilegium,non sunt admitten

mittendi ad oblationem, quæ fieri ſolet in medio Miſſæ: neque eis eſt porrigenda pax, nec aperienda feneſtra, nec foramen, per quod poſſint intueri Euchariſtiam. Nec Sacerdos poteſt abſque prædicta modificatione benedicere aquam, nec illa inſpergere populum ante Miſſam cũ antiphona *Aſperges*. Poteſt tamen populus ſumere aquam benedictam, & clericus illam dare tamquam laicus. Poſſunt etiam clerici accipere funeralia, quamuis defuncti ſepeliantur extra locum ſacrum. num. 174.

Tempore autem generalis interdicti, plures poſſunt recitare horas canonicas domi ianuis clauſis: dummodò nõ audiantur à non habentibus priuilegium, quamuis audiant aliquid per tranſitum. num. 175. Secus in loco ſpecialiter interdicto. ibid.

Non prohibetur benedictio menſæ, fructuum, baculi, ſacculi ad peregrinandum, & habitus nouitiorum. num. 172. Nec oratio matutina, meridiana, veſpertináque, nec benedictio Epiſcopi iter facientis. num. 176. ſecus publica, & ſolennis cum baculo. num. 177.

Non prohibetur declaratio ſcripturæ ſacræ, nec prædicatio. num. 176.

Nec oratio priuata in Eccleſia etiam illis qui fuerunt cauſa interdicti, quamuis ſint

sint interdicti personaliter. Nec dare vel accipere aquam in ingressu Ecclesiæ, nec cantus laicorum, etiamsi cantent Litaniam vel Psalmos, etiam intra Ecclesiam. Imò & clericis licet dicere Litanias sine cantu, vel cum cantu, dummodo sine cruce leuata, & super pelliceis, & ordine procedendi, aliàs non. Nec prohibetur excommunicare, vel absoluere excommunicatum, sine stola, & solennitate sacerdotali. Nec introducere puerperam in Ecclesiam ad reddendam gratias Deo, etiam cum confessione generali sine stola, & ornatu sacerdotali. Nec confessio generalis, quam solent facere laici Sacerdoti: nec adoratio crucis Veneris sancti, nec recommendatio animarum defunctorum, nec alia similia, quia non sunt officia diuina. num. 176.

Clerici seruantes interdictum possunt sepeliri, in loco sacro absque solennitate, quamuis sint coniugati, dummodò consuetudo habeatur, vt clericus coniugatus cum vna, eáque virgine, possint interesse diuinis, sicut non coniugati, aliâs non. nu. 176. Laici autem non possunt sepeliri in sacro, nec extra illum cum officio diuino: tamē sublato interdicto deferendi sunt ad illum: & si sepeliantur in illo durante interdicto, non sunt extrahendi. num. 176. Nec prohibetur

baptismus

baptismus pro paruulis: nec catechismus, exorcismus, & vnctio olei pro adultis catechumenis. Nec Sacramentum Confirmationis, nec consecratio chrismatis, & olei baptizandorum. Nec confessio Sacramentalis pro infirmis; & etiam pro sanis qui non sint excommunicati, aut interdicti, aut non dederint causam interdicto: aliàs non sunt admittendi, nisi priùs satisfaciant. num. 178.

Nec prohibetur Eucharistia morituris nõ sanis, quamuis sint clerici, vel religiosi: Nec ostendere Eucharistiam, quando redit ex infirmis. Nec Sacramẽtum matrimonij etiam interdictis personaliter, non tamen permittitur benedictio nuptialis. num. 179.

Prohibetur dari extrema vnctio, etiam N clericis, & religiosis, & conferri ordines. num. 79.

Non possunt pulsari campanæ, nec campanulæ ad horas canonicas, bene tamen ad alia, vt ad Aue Maria, ad ostendendum reliquias, ad notificandum horas vel aliud, quod non sit officium diuinum: ex quo fortè originem duxit Salmanticensis consuetudo pulsandi ad notificandum interdictum, etiam horis, quibus finienda erat pulsatio ad primam, & ad vesperas: quæ consuetudo non excusaret in terris,

vbi

vbi primùm inciperet, quia esset manifesta fraus. num. 177.

Non potest Episcopus publicè benedicere solenniter cum baculo, & versu *Adiutorium*, &c. nec benedicere Abbatem, vel Abbatissam, nec consecrare calices, altaria, virgines, nec benedicere corporalia, & alia ornamenta ad celebrandum, nec vela Monialium: nec ipse, nec parochus possunt benedicere candelas in die Purificationis, nec ramos in die palmarum: nec dicere missam sine celebratione. Poterunt tamen hæc fieri secretò, & ideò fieri possunt publicè in diebus, in quibus tollitur interdictum. nu. 177.

O Priuilegium audiendi diuina officia non valet illis qui fuerunt causa interdicti. numer. 180.

Si non fuerunt causa, & sunt personæ singulares valent pro se, & pro singularibus domesticis, non receptis fraudulenter ad audiendum. Si autem est collegium tantùm, valet collegis. 181.

Clericus, qui habet vnum famulum laicũ potest dicere Missam in Ecclesia seruiente illo. num. 181.

Priuilegia religiosorum admittendi ad diuina suos confratres, etiam extendũtur ad illos, qui licèt sint extra monasteria, tamen se addixerunt illi ordini, habitu mutato sa-

culari,

culari, vel donarunt inter viuos sua bona reseruato sibi vsufructu quamdiu viuerent. num. 181.

Habentes priuilegium, vt admittantur ad diuina, possunt sepeliri in cœmeterio. ibidem.

Ius commune permittit, vt tempore interdicti possint peragi omnia officia diuina publicè apertis ianuis, pulsatis campanis, & alta voce, exclusis excommunicatis, & admissis interdictis (dummodo illi quorum culpa positum fuit interdictum, non accedant ad altare) die Natiuitatis, Paschæ, resurrectionis, Pentecostes, Assumptionis B. Virginis Mariæ: diebus tantùm, & non octauis item festo Corporis Christi cum tota sua octaua, & festo Conceptionis cum sua octaua, in Ecclesiis vbi dicitur Missa, Egredimini &c. secus vbi non dicitur. num. 182. Quæ interdicti suspensio durat à primis vesperis vsque ad completorium diei sequentis inclusiuè, vel octauæ postremæ. nu. 184. atque in his festis non solum diuina officia Missæ, sed etiam reliqua omnia publica, priuata, ordinaria, & extraordinaria, possunt fieri publicè: & consequenter potest Episcopus facere ea quæ suprà dicta sunt eodem tit. lit. N. num. 185.

Quando verò interdictum suspenditur à iudice

iudice ea solùm possunt fieri, ad quæ suspenditur. num. 183.

Priuilegia suspendendi Interdictum in festis Religionum sublata sunt per Concilium Tridentinum. cap. 27. num. 190.

INTERDICTVM. V.

Quo ad pœnas contra violantes illud.

QVI celebrat missam, vel alia diuina officia in loco non interdicto coram personis interdictis, peccat mort. & est ab ingressu Ecclesiæ suspensus: & si stante illa suspensione celebrat, fit irregularis. Quod quantùm ad irregularitatem, & suspensionem intelligendum est tantùm de exempto à iurisdictione ordinaria. cap. 25. num. 94.

Irregularis est clericus, qui violat interdictum celebrando in Ecclesia interdicta. cap. 25. num. 83. & interdictus exercendo aliquem actum pertinentem propriè ad suum ordinem. Vide, Irregularitas. VII. Religiosi non seruantes interdictum generale sunt excommunicati. cap. 27. num. 146.

De monacho & moniali violantibus interdictum, vide tit. Interdictum. II. lit. I.

INTER

INTERESSE.

MALEFACTOR tenetur restituere interesse,& damnum etiam extrinsecum. cap.17.num.140.Secus de interesse remoto, & extra rem. cap. 25.num.51.

Interesse est duplex damni emergentis, & lucri cessantis.cap.17.num.211.vide plura tit. Restitutio.

INTERROGATIO.

DEBET fieri à confessario de his quæ creduntur necessaria ad integram & fructuosam confessionem.cap.5.num.2.

Nec debet fieri de omnibus peccatis quæ pœnitens poterat commisisse, sed de consuetis tantùm, & non de occultioribus, vel si fiat,sit cautè.cap.5. num.3.

Interrogatio de numero est necessaria. num.2.

Non debet esse nimia in peccatis carnalibus.cap.5. num.4. cap.16.num.4. & de venereis circa coniugatos sit nimis moderata: & de his honestè fiat.cap.5.num.4.

Debet fieri de actibus passionum, vtrùm sint mortales, an veniales, nisi confessarius ex

ex modo confitendi,& ex qualitate personæ tacitè id coniiciat,vt plerumque coniicitur. Additum in Nou.Præl.5. num.6.

Interrogatio de statu pœnitentis, & an detineatur aliquo impedimento,quo durante absolui nequeat, non est necessariò facienda ante confessionem. cap. 10.num.2.3.

Nec etiam est necesse, vt præcedat interrogatio,vtrùm pœnitens sit excommunicatus,ad finem euitandi excommunicationem minorem, quia nullum est tale periculum. cap.10. num.3.& cap.27.

Pœnitens non est damnandus, eo quòd malit de peccatis interrogari, quàm ipse referre.num.6.cap.10.

Omittere aliquam interrogationem per inaduertentiam, vel obliuionem,non videtur mortale.cap.5. num.2.

INVENTA, vide Restitutio. XI.

INVIDIA.

EST *vitium inclinans ad tristandum inordinatè de bono alieno, eo quòd minuit suam excellentiam.* Estque mortale ex genere suo. Eius filiæ sunt Odium, Susurratio, Detractio, Lætitia in aduersis aliorum, & Tristitia de prosperis eorum.cap.23. num.118.

Tristitia,

Tristari, vel dolere deliberatè de quouis bono proximi notabili, eo quòd per hæc minuatur propria excellentia, peccatum est mortale, nisi parua materia, aut surreptio, excusent. ibidem.

Tristari eo quòd non habeat tanta bona temporalia sicut proximus, tunc est mortale, vel veniale, quando finis, ob quem fit, fuerit talis. num. 118. §. 2.

Tristari eo quòd Deus largitur bona malis, mortale est, si fiat incusando diuinam prouidentiam. ibid. §. 3.

Et consequenter peccat mort. qui ob id proponit imitari malos, vt similis ei fortunarum copia eueniat.

Tristari eo quòd se videat carere virtutibus illis, quas in aliis videt ad finem quærendi eas; bonum est. ibid. & generaliter tristitia ob bonum, si sit ordinata, & cæteræ circumstantiæ adsint, virtus est. ibidem. §. 2.

Tristitia quæ nascitur de bono alieno, ex eo quòd minuit excellentiam suam, est propriè & sola pertinens ad inuidiam, quæ semper est peccatum, & de suo genere mortale. ibid. §. 1.

Dolere de bono alieno, quòd sit suum, vel eo quòd iudicetur illo indignus, semper est peccatum odij, vel indignationis. Dolere autem de tali bono, quòd sit dãnosum sibi

vel alteri, indifferens est. numer. 118.

Tristitia seu dolor de quocumque bono spirituali diuino, peccatum est Accidiæ, si fiat eo quòd in ipso homine est, & est graue, & mortale si deliberatio animi adsit. Tristari verò de bono diuino, quatenus est in Deo, est odium Dei, quod suo genere est omnium peccatorum maximum & grauissimum. num. 124.

Tristari de aliquo bono spirituali, quatenus est laborioſum, & impedimentum aliorum operum, vel tristari de bonis virtutum moralium, vel de bono temporali, non est peccatum accidiæ, sed alterius vitij tali virtuti contrarij, vel inuidiæ. num. 124.

Inuidia seu tristitia fraternæ grátiæ, est peccatum contra spiritum sanctum nu. 126. Cur dicatur irremissibile, vide tit. peccatū.

INVOCATIO

Dæmonum.

EST duplex, expressa vel tacita. Expressa est *quando verbo, vel opere imploratur auxilium dæmonum.* Tacita est *quando quis enititur facere aliquid per causas, quæ nec suapte natura, nec ex dispositione diuina, aut Ecclesiastica possunt illud efficere: Vel quando tales causæ tanquam necessariæ adiunguntur aliis, quæ possunt*

possunt talem effectum producere. cap. 11. num. 22. Nouo num. 25.

Exempla hæc possunt esse. I. vti verbis sacris, ea lege vt sint scripta, vel ligata tali tempore, modo, materia, aut à tali persona: & aliis huiusmodi: quod est peccatum mortale. num. 23. & 34. Nouo num. 25. & 35.

II. Adiungere causis naturalibus aliquos characteres significatiuos, ad intelligendum dæmonem factos; vel nomina incognita, sed ad dæmones relata, quod etiam est mortale. ibidem.

III. vti causis naturalibes veluti chartis, aleis, sortibus, astrolabio, cribro, & aliis huiusmodi ad sciendum secreta, & arcana, vel furtum commissum, vel ad subito inedendum, quod etiam est peccatum mortale. cap. 11. num. 22. & num. 30. No. nu. 25. & 30.

IV. Vti verbis sacris ad inanem effectum, vt ad mouendum annulum supra filium, vel ad voluendum cribrum: quod opera diaboli fit, & est peccatum mortale. ibidem.

V. Miscere falsa. veluti dicendo quòd Christus habuit febres. num. 22. Nou. nu. 25.

Peccat mortaliter qui habet dæmone seu spiritum familiarem ad sciendum secreta, vel remotissimo loco gesta. n. 24. No. nu. 26.

Peccat etiam m. qui tacitè vel expressè inuocat dæmonem, vt sibi præstet consiliū,

fauorem,vel auxilium.n.27. No.n. 28.Idem de eo qui per modum obsecrationis adiurauit dæmonem.ibidem.vide,Adiuratio.

Peccat item mort. qui vult inuestigare,vel inuestigat thesaurum per operam dæmonis. num.28. Idem de eo qui,vt inuocationibus, & incantationibus dęmonum,alicui noceat, componit vel facit componi veneficia.num. 28. Sed de aliis pluribus huic materiæ contingentibus. vide tit. Superstitio.

IRA.

EST *vitium inclinans animum ad appetitum inordinatum vindictæ*.Eius filiæ sunt Indignatio, Tumor, Clamor, Blasphemia, Contumacia,Opprobrium,Rixa.cap.23.nu. 115.De ira quatenus est passio,vide.tit.Anima, & tit. Passio. Peccat mort. peccato iræ, qui deliberatè vult vindictam notabilem immeritam, vel maiorem merita,vel meritam, auctoritate propria; vel contra Iuris ordinem; vel principaliter in malum proximi,& non in bonum iustitiæ. ibid.

Peccatum mortale iræ committit qui per indignationem, aut tumorem, aut clamorem inordinatum facit aliquid prohibitum sub mortali. cap.23.num.116.

Vide plura tit.Maledictio, Vindicta.

IRREGVLARITAS I.

In communi.

IRREGVLARITAS *est impedimentum inductum à iure canonico directè impediens acceptionem ordinum Ecclesiasticorum, aut aliquem vsum eorum quatenus sunt ordines, etiam post pœnitentiam.* cap. 27. num. 191. A

Non est censura. num. 152. 191. 250. nec pœna. num. 252. Nou. 253. Et ideo differt à censuris, & aliis impedimentis, quæ licèt priuant vsu ordinum, quatenus sunt Sacramenta, aut officia, vel beneficia, non tamen quatenus sunt Ordines saltè directè. n. 191.

Irregularitas non impedit absolutionem à peccatis: & aliqua irregularitas impedit acceptionem ordinum, & non vsum: & aliqua vsum, & non alium. ibidem. B

Irregularitas omnis inducta fuit iure humano Ecclesiastico: aliqua tamen eius origo fuit in veteri testamento inducta. ibidem. §. 1.

Irregularitas nullo modo dicenda est suspensio; Neque excommunicati, suspensi, aut interdicti, quatenus sunt tales, dicuntur irregulares, neque sunt. §. 2. 3.

Irregularitas est quintuplex, scilicet ex defectu Sacramenti, Corporis, Animæ, Le- C

nitatis perfectæ,& delicti. num.192.

Non incurritur propter solam voluntatem faciendi id, ob quod imponitur.num. 192.Neque vlla est mentalis. num. 210.

D In foro exteriori nemo in dubio iudicandus est irregularis:secus in interiori:& forũ interius dicitur non solùm pœnitentiæ, sed etiam consilij. num.192.

Non incurritur nisi in casibus à iure expressis. num. 192. 194. Et occulta quidem tantùm nocet quoad forum conscientiæ, quantùm publica, & vtraque eget dispensatione.num.194.

E Nulla irregularitas inducit priuationem beneficij iam quæsiti.nu.249.dicto.5.Quod si præcedat, reddit collationem nullam.dicto 6.de quo plura.tit. beneficium.3.

Non sufficit, nec requiritur enormitas ad inducendam irregularitatem.ibid.dict.6.

Irregularitas reddit inhabilem ad beneficium curatum, non tamen ad simplex, dummodò non requiratur celebratio. ibid. de quo plura. tit. beneficium.3.

IRREGVLARITAS II.

De prima specie, scilicet Bigamia.

BIGAMIA *est status coniugati cum duabus coniugibus, siue ante siue post baptismum*

smum ductis.cap. 27.num. 195. Nam infidelis paganus non est incapax saltem huius irregularitatis. num. 209.

Bigamia impedit ordines ob quatuor. B
I. Quia bis coniugatus non significat aptè vnionem Christi cum Ecclesia vnica sua sponsa. II. Quòd excellentia Sacramenti ordinis hoc meretur. III. Quòd est signum incontinentiæ. IV. Quòd adimit auctoritatem ad persuadendam castitatem: cap.27. num.195.

Bigamia est triplex. I. Vera, quæ est eius, C
qui habuit, & cognouit duas vxores altera mortua. II. Interpretatiua, est eius, qui contraxit quidem cum vna, sed ea vel corrupta soluta, vel vidua: vel si cum virgine, sed eam post adulterium cognouit etiam ignorans. Vel si contraxit cum vna validè, & cum alia inualidè, vel cum duabus inualidè. III. Similitudinaria est eius, qui sacris initiatus, vel voto solemni adstrictus, contraxit etiam cum vnica & consummauit: quamuis contraxerit inualidè. ibidem.

Laicus autem, & clericus minoribus tan- D
tùm initiatus, contrahens inualidè cum vidua, vel corrupta, non fit bigamus. Neque est bigamus qui contrahit cum desponsata alteri, etiam de præsenti, dum tamen illa sit virgo, aeque etiam si cum multis contrahat,

si vnam tantùm cognoscit. num. 196.

Vir non fit bigamus, si post adulterium à se commissum, suam vxorem cognoscat, etiam si habeat multas concubinas, dummodo fuerit cum vna sola virgine coniugatus. ibidem.

E Qui contraxit cum vna sola virgine, sed scurrili, vel fabularum actrice, vel serua, licèt non fit bigamus, non tamen debet ordinari coniuge mortua. In omni bigamia potest Papa dispensare: in Vera quidem, nisi cum magna causa non potest ordinaria potestate dispensare: in reliquis saltem cum iusta causa. Et solus ipse in Vera & Interpretatiua. Sed in Similitudinaria potest Episcopus, si fœmina fuit virgo. cap. 27. num. 196. 197.

Mulier non fit bigama, eo quòd reddat debitum marito, quem scit adulterari, vir autem sic, etiam ignoranter. cap. 16. num. 7. cap. 27. 195.

IRREGVLARITAS III.

De Secunda specie Irregularitatis.

Ex defectu Corporis vel animæ §. I.

A HÆc species incurritur ob defectum membri principalis (quamuis sit occultum,

cultum, nec impediat vsum ordinis, veluti virilia abscissa) dummodo contingat ex culpa: siue ipsemet illa abscíderit, vel alius ob eius rogatum, vel iussum: siue id factum sit in pœnam sui delicti, vel à iudice, vel ab alio. cap. 27. num. 198. & quamuis ipse sibi bono zelo abscideret. num. 218.

Non tamen erit irregularis qui natus est sine pudendis, aut castratus ab alio sine sua culpa. num. 199.

Error vulgi est dicere quòd eunuchus gestare debeat secum illa arefacta, vel in pulverem redacta. num. 200.

Incurritur etiam hæc species ob defectum partis membri, quam ipse abscidit per indignationem sibi ipsi, quamuis non impediat celebrationem, dummodò indignatio sit notoria. Nam in hoc casu ex notorietate tantùm delicti incurritur, non ex defectu. num. 198. §. 2.

Non incurritur propter imbecillitatẽ, vel B
defectum mẽbri contingentem absque propria culpa, nisi impediat celebrationẽ. Vnde claudus, qui nõn eget scipione in altari, nec carens visu dextri oculi qui aliis apparet sanus, imo nec sinistri, si possit satis cernere ad celebrandum, non est irregularis. Idem de macula oculi non priuante visu, aut leuem habente deformitatẽ; nam hæc, neque deformitas

mitas gibbi,aut faciei,quæ non sit notabilis, non inducunt irregularitatem. Secus de eo, qui caret prorsus visu oculi canonis, id est, sinistri (nam de hoc idem censendum est,ac de carente oculo,seu monoculo,qui est irregularis)quamuis integer appareat,dummodo canonem legere non possit sine nimia conuersione faciei ad populum:aliàs secus.Quia in hoc deformitas cauetur magis quàm defectus visûs. num.199.

C Incurritur ob imbecillitatem membri,quę inhabilem facit ad celebrandũ saltem absque notabili deformitate, siue incurratur cum culpa,vel sine ea.n.200.& 209.post medium:idem de membro supernacaneo, aut nimis grandi.Quæ autẽ sit talis deformitas, ad Episcopũ,non ad confessariũ,neq;ad Prælatum religiosi ordinandi pertinet iudicare. num. 200.

Incurritur etiam ob defectum auriculæ, ob deformitatem. num.222.No.num.223.

Quid dicatur propriè membrum, & an digitus sit tale, vide tit.Irregularitas.5.

Defectus,vel excessus membri faciens irregularem ad vnum officium, non facit ad aliud:Sicut qui ob talem defectum, vel excessum non potest celebrare, poterit absoluere vel alia facere: Sed hoc est verum quãdo prouenit absque propria culpa, & solum

quoad

quoad iam ordinatos.num.200.§.7.

Qui habet manus vel faciem notabiliter deformes, quamuis celebret, non incurrit irregularitatem. cap.25.n.72. In hac irregularitate solus Papa dispesat. c.27.n.200.§.8.

OB DEFECTVM *natalium, & ætatis.§. II.*

INCVRRITVR ex illegitimitate quantumuis occulta. nam quoad forum conscientiæ, parum aut nihil refert an sit occulta vel publica.ca.25.n.69.c.27.n.194.§.6. & n.201. Et sub nomine illegitimi comprehenditur omne genus illegitimorum, qui omnes sunt irregulares. Et quamuis filius coniugis adulteræ,nõ teneatur credere matri id asserenti,tamen si credit, debet petere legitimationẽ occultam,si ipse aliâs publicè habitus est pro legitimo. cap. 27. num.201. E

Illegitimus qui sine dispensatione ordinatur,peccat mort.& fit irregularis. c. 25.n. 69.Sed hic(quoad irregularitatem) videtur fuisse error impressoris in Antiquo:nam in No.dẽpta est illa particula:& c.27. n.194.in vtroque, expressè dicit contrarium : scilicet illum peccare mortiferè, sed non fieri irregularem,

gularem. Quoniam irregularitas non inducit aliam nouam irregularitatem, sicut inducit violatio censuræ. cap. 27. num. 194.

In hac irregularitate solus Papa dispensat ad ordines, dignitatem, & beneficium curatum. Ad minores verò, & vnum beneficium simplex, Episcopus potest: & ius commune cum profitentibus religionem ad omnes ordines: non tamen vt possit esse Prælatus. Neque Monialis illegitima potest per ius commune esse prælata, etiam cum dispensatione Episcopi. num. 201. §. 10.

F Incurritur etiam Irregularitas ob defectum ætatis: in qua solus Papa dispensat, etiam cum religioso. num. 202.

Qui ordinatur ordine sacro ante legitimam ætatem peccat mortaliter, & est ipso iure suspensus, & si vtatur illo ordine fit irregularis, cum quo etiam solus Papa dispensat. cap. 25. nu. 70. Non tamen peccaret puer, aut infans, si in tali ætate ordinaretur etiam presbyterio, neque esset suspensus: siquidem suspensio ob propriam culpam incurritur. cap. 27. num. 165.

G At huiusmodi ordinatus etiam infans, characterem quidem sacri ordinis, & priuilegia ad characterem spectantia acciperet, non tamen ordinis exequutionem, neque priuilegia ad eam pertinentia. nu. 202.

De

De ætate legitima.vide tit.Ætas.

Incurritur etiam ob lepram, tam ad ſuſcipiendum ordines, quàm ad exercendum ſuſceptos. Atque idem de alia infirmitate quæ præbet notabile ſcandalum vſui ordinum:& in hac ſolus Papa diſpenſat. nu.202.

Incurrit etiam, qui patitur epilepſiam H ſeu morbum caducum: ita vt ſemel captus hoc morbo numquã ordinari poſſit, quamuis omnino ſanus appareat. Neque qui iam ordinatus eſt, ſi ſæpe decidit, aut ſi rarò, tamen ſpumas euomit, non poteſt celebrare: aliàs ſic. Idem dicendum de amente, lunatico,& furioſo: & in his omnibus ſolus Papa diſpenſat.ibi.num.203.

Eſt etiam irregularis energumenus à Dæmone obſeſſus, qui ſemel captus numquam poteſt ordinari, aut ſi eſt iam ordinatus, numquam debet celebrare. Cum quo ſolus Papa diſpenſat.ibid.

Incurrit etiam hermaphroditus vtroque I ſexu præditus, ſi in eo præualet ſexus fœmineus, imò eſt incapax characteris: ſecus ſi præualeat virilis ſexus, ſed nec tunc debet ordinari. in hac ſolus Papa diſpenſat. ibid. §.15.

Eſt etiam irregularis qui non poteſt retinere in ſtomacho vinum, quin illud euomat. Cum quo neque Papa diſpẽſat. Poſſet tamen

ordi

ordinari minoribus.cap.27.nu.204.§.18.

I Seruus est irregularis ad hoc, quòd non possit ordinari contradicente aut ignorante Domino suo. Quòd si cum eius facultate ordinetur, manet liber. Si verò illo ignorante, vel contradicente ordinetur minoribus, manet adhuc seruus. Si subdiaconatu vel diaconatu initietur, poterit se redimere dando pretium iustum, vel alium seruum. Si autem presbyterio, manet liber dato peculio, vel si non habet, satisfaciet præstando ei obsequia presbyterum decentia.nu.203.

L Infamis ob infamiam iuris vel facti est irregularis. Atque ob infamiam iuris solus Papa dispensat, nisi quando Episcopus dispensans super delicto, in quo potest, accessoriè tollit infamiam. In ea verò, quæ ex infamia facti nascitur, sicut ex crimine notorio, Episcopus dispensat. Imò per solam pœnitentiam & emendationē tollitur. iuxta regul. iuris. *Omnis res per quascunque causas componitur, per easdem dissoluitur.* num.204.

IRREGVLARITAS IV.

De tertia specie Irregularitatis ex defectu aliquo animæ. §. III.

IDiota, qui legere & scribere nescit, irregularis est etiam ad primam tonsuram. quod

quod hodie magis confirmatur ex Concil. Tridentino. mò etiam ex eodem videtur fieri irregularis ad minores, qui Latinam linguam non intelligit. In hoc defectu raro, aut nunquam dispensat, nisi ratione ætatis ad discendum. cap. 27. num. 205.

Infidelis non baptizatus etiam catechumenus sanctus, est incapax characteris ordinis. Hæreticus autem, & fautor hæreticorum, etiam conuersi sunt irregulares: & filius hæretici (qui talis excessit) vsque ad secundam generationem per lineam virilem, & vsque ad primam per fœmineam est irregularis. num. 205. N

Item Neophytus recèns conuersus, vel baptizatus; non tamen quos vulgus nouos Christianos appellat; & multò minùs eorum filij. ibidem. de Amente qui habet defectum iudicij continuum, vel interpollatum, dictum est suprà, eod. tit. O

In his omnibus irregularitatibus solus Papa dispensat, excepto, quòd in eo qui non est baptizatus, & in eo qui habet defectum iudicij continuum, non potest. num. 205.

IRREGVLARITAS V.

De quarta specie scilicet ex defectu, perfectæ Lenitatis.

Hæc

A HÆc ſpecies oritur ex occiſione hominis, vel mutilatione membri eius in caſu licito. Vnde incurrit hanc qui etiam licitè occidit, vel mutilat membrum. cap.15. num.2.& 4.& cap.27.num.206.

Illa autem ſola pars hominis, *dicitur membrum, quæ habet officium per ſe diſtinctum.* Nec ſufficit, quòd ſit ſocius in officio: vnde digitus, auricula, & teſticuli non ſunt membra, ſed partes membrorum.num.206. quando defectus horum cauſent irregularitatem in deformato. vide tit.irregularitas. 3.§.1.

B Paria ſunt quoad hoc, interficere, & mutilare membrum, ſeu abſcindere: non tamen eſt idem debilitare. num.207. & in hac materia, deformatio vel deformare ſumitur pro occidere, & mutilare membrum. num. 208.

Irregularitas hæc non incurritur ante baptiſmum, neque antequam ſequatur deformatio; & incurritur ob deformationem etiam infidelis.num.209.

C Deformatio facta infirmitatis cauſa, non reddit irregularem, neque deformatorem, neque deformatum, niſi auferatur facultas rectè celebrandi: & hoc quoad deformatum tantùm.num.209.& 219.Nou.217.

Vnde Medicus, & Chirurgus, eorúmque coad

coadiutores non incurrunt hanc irregularitatem iustè & sine culpa secantes membrum: secus si adsit culpa. additum in Nou. num.217.in fine.

Iudex, eiusque minister, & medicus, vel chirurgus, eiúsque minister, hominem iustè mutilantes, virtutibus quidem inseruiunt: sed illi fiunt irregulares, quia vindictam facientes terrorem inducunt: Isti verò non sunt tales, quia pietatem exercentes, sanitatem quærunt. additum in Nouo. cap.27. num.217.

De quadruplici causa huius irregularitatis, vide titulo proximè sequenti.

Non inducit hanc causa remota, sed pro- D pinqua, *& propinqua quoad hoc est dictum vel factum licitum directum sufficienter in deformationem inde sequutam:* directum, inquam, vel suapte natura, vel ex intentione speciali, & non generali. Vnde qui generaliter præbent arma militi ad bellum iustum, vel generaliter hortantur ad victoriam in tali bello, non incurrunt hanc. num.211. etiam si sit clerici. num.215.

Secùs si clericus deformet ob defensionem patriæ: nam licèt excusetur à peccato, non tamen ab irregularitate hac. num.213. & 215. Si verò clericus prælietur citra necessitatem, & deformet, incurrit irregulari-

tatem homicidij iniusti.num.225.

E Incurrit quidem qui est causa, vt citius fiat deformatio quàm aliàs fieret.211.

Necessitas ineuitabilis excusat ab hac irregularitate. Vnde non incurrit, qui deformat in defensionem suæ vitæ, vel ad euitandam mutilationem. Ille verò dicitur esse in prædicta necessitate, *qui non potest eam aliter euitare, quàm occidendo vel deformando aggressorem.* Qui autem fugiendo posset vitam defendere, quamuis non peccet occidendo aggressorem, incurrit tamen irregularitatem. Nec dicitur per fugam posse defendere vitam ille, cui fuga esset periculosa.num.211.

F Incurrit, qui deformat ob defensionem iustam vitæ alterius etiam partis: etiam in bello iusto, etiam in casu, quo aliàs ciuitas caperetur, vel exercitus fugaretur. Idem de deformante ob iustam defensionem sui honoris, vel bonorum, vel proximi.313.

Qui in bello iusto percutit animo deformandi, & ex percussione posteà sequitur deformatio culpa percussi, vel medici; nullam incurrit irregularitatem, nec ex defectu perfectæ lenitatis.num.225.

Non incurrit præbens arma alteri, vt ipsum qui ea præbet, defendat, aliàs se defendere non valentem, si illa deformet aggresso

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

gressorem,num.212. incurreret tamen,si ille posset aliter se defendere, & à fortiori incurreret, si non daret illi arma,sed ipse defenderet inuadentem.ibidem.

Neque incurrit testificans contra aliquē G si ille deformetur ab alio quàm à iudice ob aliam causam, vel si iudex non est motus per huiusmodi testimonium.211.

Incurrit iudex, accusator,fiscalis,testis,& notarius,etiam qui fauet reo vincenti cum condemnatione talionis, propter quam accusatus fuit deformatus.num.212.

Incurrit etiam concomitans iudicē tamquam notarius, satelles, vel custos, & vendens scalas, funes, enses, & hortans condemnatum,vt admoueat caput ad stipitem,vel vt ascendat scalam,& acuens gladium, vel funes,vt citiùs, & cum minore dolore moriatur, & qui fert ligna vt comburatur hæreticus viuus.num.217.

Non incurrit laicus, neque clericus, qui H denunciat proditiones, & alia delicta cum protestatione in causa sanguinis. Denuncians verò absque tali protestatione, si est beneficiarius, vel initiatus sacris, incurrit irregularitatem homicidij iniusti. Si est laicus, non nisi eam quæ est perfectæ leniteris.num.213.& 226.

Quæ distinctio habet etiam locum in iis

qui videntes furem furripiétem vociferantur *latro,latro*, secuta deformatione.cap.27. num.236.

Clericus incurrit irregularitatem iniusti homicidij, si cum prædicta protestatione denunciat ob alienas iniurias: nullam tamen incurrit,si ob vitanda imminentia mala id faciat.num.213.

Monachus qui clamauit *latro latro*, credens, quòd superuenientes erant deformaturi furem, vel ducturi illum ante iudicem, vt deformaret illum, secuta deformatione incurrit irregularitatem iniusti homicidij, secus si alio animo clamauerit.num.236.

Non incurrit,qui ad recuperanda sua detinet furem,donec iudex veniat,vel eum iudici tradat prœmissa protestatione.Qui verò accusat præmissa protestatione ficta, & non ex animo, incurrit quoad forum interius, quamuis fiat protestatio in scriptis.nu.226.

Non incurrit laicus,vel clericus, qui defert ad iudicem crimen, quod non meretur deformationem, licèt captus ob illud iniustè,vel ob alia deformetur.n.214.Nec prælatus qui habens iurisdictionem temporalem, præficit gubernatorem, quamuis iste deformet.num.216.Nec magister castigans discipulum, etiam si moriatur, si circumspectè faciat.num.231. Nec locans licitè, vel saltans

tans cum muliere grauida, quæ ob id abortiuit.num.236.

Ad huius speciei irregularitatem requiritur intentio magis specialis, quàm ad irregularitatem homicidij iniusti.num.220.

Et in hac solus Papa dispensat & facilius, quàm in homicidio iniusto:non tamen poterit dispensare Episcopus in hac perfectæ lenitatis:sed post Trident.poterit in irregularitate iniusti homicidij.num.217.

Poterit etiam dispensare in hac qui habet facultatem ad dispensandum in omni irregularitate excepta, homicidij voluntarij. Nou.cap.27.num.240.not.3.

IRREGVLARITAS VI.

De quinta specie irregularitatis ex homicidio iniusto.

HÆc irregularitas est maior pœna, A quàm excommunicatio minor.cap.27. num.249.Dicto 7.Nou.253.

Deformatio est triplex,*Merè voluntaria, qua est volita seu intenta in se iustè vel iniustè. Merè casualis,qua est non volita,neque intenta in se,neque in causa sufficienter ordinata ad illam. Mixta,qua est non intenta nec volita in se, sed sic in causa sufficienter ordinata ad illam.*num.219.

B Hæc irregularitas non incurritur propter veniale, nec sine contemptu. num.249. dict.7.Nou.num.253.

Non incurrit eam non baptizatus.n.218. Neque qui iustè aliquem percutit,& nō occidit:licèt ab aliis sine eius culpa occidatur. nu.223. Vel quamuis moriatur culpa medici, vel malo regimine, aut morbo superueniente:imò huiusmodi percutiens iustè, nec incidit in eam, quæ est perfectæ lenitatis. Secus si iniustè:tunc enim incurrit irregularitatem homicidij iniusti.

C Non incurrit infans, nec furiosus deformans, & dicitur infans quoad hoc minor septennio,saltē in foro exteriori.n.218.230.

Non incurrit dormiens, quamuis deformet illum, quem vigilans deformare intendebat.num.231.

Nec perfectè ebrius, quamuis culpabiliter:secus de illo qui inebriatus est,sciēs quòd factus ebrius solet alios percutere. Idem de dormiēte,& furioso,qui admoniti,quòd solent percutere tempore somni, vel furoris, non prouident,ne talia faciant. num.230.

D Nec medicus, qui non vult curare infirmum, qui hac de causa moritur, licèt id faciat desiderio mortis infirmi.Imò nec diues non pascens fame morientem. nec qui cùm possit non defendit, nisi ex officio ad id tenea

teneatur. num. 231. Nec qui sciens parari alicui deformationem illicitam, non significat illud ei. num. 234. Nec magister castigans discipulum etiam si moriatur, si circumspectè id faciat: aliàs secus. Nec qui nouit tractari homicidium, & non impediuit, licèt effectum sit. cap. 24. num. 19.

Non incurrit clericus ludo licito, licitè ludens cum alio clerico, vel laico: qui decidens suo se cultello deformauit sine aliqua eius culpa: secus si illicitè. Nec pulsans cãpanam, cuius tintinnabulum solutum deformauit, si non fuit in culpa malè ligandi: aliàs sic. num. 235.

Nec licitè iocans, vel saltans cum muliere grauida, quæ ob id abortiuit: secus si illicitè, vt laicus, vel clericus, vel monachus, eius amator obscœnus. num. 286.

Incurrit, qui seipsum deformat, quamuis E
sancta intentione id faciat. num. 218. Et qui præbet arma euntibus ad bellum iniustũ, si sequatur deformatio. num. 224. Item qui in prælio vel rixa armati vel inermes intersunt illis ex quorum parte est iniusta, auxiliando, vel fauendo sunt irregulares, si sequatur deformatio, quamuis ipsi non deformẽt, siue timor inimicis augeatur siue nõ. Secus de suadente pacem, licèt nonnihil animi augeretur parti suorum, & timoris, ad-

uersæ. num. 223. Nou. 224.

G Incurrit qui interest pugnæ iniustæ incitando, auxiliando, vel animos contrarij minuendo, vel custodiendo vestes. nu.284. Idem de eo, qui illicitè rixatur cum alio, si eius amici superuenientes deforment, rogati ab ipso, vel eo sciente,& non contradicente: aliâs non.num.230.

Clerici,qui interfunt bello iusto,si deforment per se absque necessitate excusante,incurrunt hanc: si verò cum necessitate, incurrunt illam, quæ est perfectæ lenitatis. num. 225.

Incurrit laicus, vel clericus,accusans alium iniustè, criminis merentis deformationem ea secuta. Et Beneficiarius, vel sacris initiatus,accusans etiam iustè sine protestatione, incurrit hanc. num. 213. n.225.

H Item qui inimico indicat, vbi sit, vel quod iter teneat, vel quomodo inueniet ad deformandum iniustè, incurrit secuta deformatione. Et iudex iniustè condemnans, & omnes scienter facientes.num.225.

Qui domi alit feram, & culpabiliter soluit eam, incurrit, si ipsa deformet: secus si non sit in culpa.num. 227.

Medicus, vel chirurgus,eorúmque coadiutores, culpabiliter vel iniustè deformantes ægrotum, incurrunt hanc: aliâs neque hanc,

hanc, neque illam perfectę lenitatis. nu. 209. 219. & melius in Nouo. num. 217. additum.

Custos infirmi, qui culpabiliter vel contra consilium medici, facit aliquid, quo ęgrotus saltem citiùs moriatur, incurrit hāc: secus si absque culpa, licèt errauerit in aliquo. num. 228. Item qui cùm non sit medicus, euellit sagittam corpori infixam, incurrit hanc, si ob id citiùs moriatur. n. 229. Et auertens aliquem, ne liberet alium ab iniusta deformatione. n. 231. I

Incurrit, qui mandat, vel consulit deformationem illicitam, ea statim vel multò post sequuta, antequam mandatum reuocetur expresè, vel tacitè, ita vt veniat in notitiam iussi, num. 233.

Incurrit, qui mandat illicitè, vel consulit, percussionem, citra deformationem, & mandatarius deformat. Item incurrit qui mandat, vel consulit illicitam deformationem, & mandatarius deformatur. Est tamé differentia. Quia mandāti (vt non incurrat) sufficit reuocare mandatum, & quòd illud veniat in notitiam iussi: consulens autem debet, & reuocare consilium, & persuadere contrarium. num. 220.

Incurrit ratificans deformationem suo nomine factam, si antequam fieret poterat mandare, aliâs non. Sicut infans, & furio-

sus, quia licèt eorum nomine facta fuerit cædes,& ipsi postea illam ratificarint, non incurrunt, quia antequam fieret, non poterant mandare: num.233.

Tecta reficiens, qui lapides vel tegulas iaciens deformat,incurrit si non præmonuit transeuntes, aliàs non. Et qui incautè iecit lapidem in animal, & eo deformauit hominem: secus si circumspectè fecit.Et clericus, qui per ballistam casu deformauit alium, si actus fuit illicitus, incurrit :aliàs non. Et clericus introducens meretricem per tecta, si illa decidens moriatur, vel abortiatur, incurrit. num.235.

Item adulter, qui à marito deprehensus, vt se defendat, maritum occidit, incurrit. Incurrit etiam clericus adulter, cuius causa maritus occidit vxorem. num.238.

Incurrit, qui dormiendo suffocat infantem in eodē lecto à se illicitè positum, aliàs non. num.236.

Neque incurrit si lectum fuit amplum, & infantem longè positum, & extra probabile periculum, tamen casu dormiens suffocauit: nam hæc culpa præcedens non euitandi omnia inconuenientia remota,nō erit mortalis, si propinqua præuidit.c. 15.nu.16.

O Incurrit, qui illicitè mittit puerum in puteum, vel flumen;& ibi suffocatur. Et qui fugiens

fugiens ictum vnius, propellit illicitè alterum qui deformatur, secùs si licitè, in vtroque casu. cap. 27. num. 236.

Incurrit monachus, qui vtendo chirurgia ob quæstum, vel pietatem, aperit vulnus: ex quo infirmus vento se exponens, contra præceptum eius, moritur. num. 221. P

Ad hanc sufficit causa propinqua illicita, *quæ quoad hoc est dictum vel factum illicitum directum in deformationem inde secutam*: excepto, quòd non requiritur ad hanc intentio tam specialis sicut ad illam perfectæ lenitatis. Atque hæc causa propinqua potest esse, vel efficiens, vt qui mandat, iurat, ratificat deformationem: vel materialis, vt qui præbet arma, vel deducit, vbi fiat deformatio: vel formalis, vt qui instruit, docet, cõsulit illam. vel finalis, vt præmium deformatori promissum. Hæ causæ possunt esse remotæ. 210. & 211. & n. 219. 220. Q

Sufficit, vt sit causa, qua citiùs fiat, vel sequatur deformatio. num. 220. Non sufficit debilitare. 219.

Nec sufficit deformare embryonem, nu. 218. & 222. dummodò nõ dubitetur de animatione. Infunditur autem anima ad quadragesimum diem viro, & ad octuagesimum, fœminæ. c. 15. num. 14. cap. 27. num. 222. R

Non sufficit effundere sanguinem, nec abscin

abſcindere partes membrorum, dummodò vulneratus non moriatur, etiamſi maneat inhabilis ad decenter celebrandum. cap. 27. nu. 222. Nec ſufficit ſola complacentia, quòd alius deformetur. num. 231.

S Sufficit deformatio caſualis ſecuta ex opere illicito. num. 221. Non tamen ſufficit, ſi ſit merè caſualis, quamuis ſequatur ex opere illicito. Sicut qui adhibita diligentia cædit arborem alienam, & caſu deformat hominem. Idem de monacho pulſante campanam tempore prohibito. num. 237. Idem de minorita qui equitãdo in mãſuetiſſimo iumento, caſu deformat. n. 238.

Idem de clerico, qui illicitè mercans caſu deformat: & de clerico venante abſque vllo periculo homicidij, ſicut ſi in venatione paſſerum, caſu deformat: ſecus in venatione vrſorum, aprorum &c. num. 137.

T Percutiens prægnantem in vtero, ſine animo deformandi, non incurrit irregularitatem homicidij directè voluntarij. Idem de faciente ſine animo occidendi aliquid ex quo vt plurimùm non ſequitur mors; quãuis illa ſequatur. n. 240. circa finem.

Homicidium autem voluntarium illicitum duplex eſt. Vnum intentum, & volitum in ſe cauſa defenſionis: alterum intentum in ſe ac volitum, ſine vlla iuſta cauſſa: primum

mum est dispensabile, secundùm non. num. 239. Homicidij diffinitionem, vide tit. homicidium.

In hac irregularitate ex delicto occulto proueniente tantùm potest Episcopus dispensare post Trid. num. 29. not. 1. V

Non tamen potest in homicidio directè voluntario, neque ad vllos ordines, neque ad vllum beneficium etiam simplex. Cum alio verò potest ad minores, & ad beneficium simplex, & ad retinendum curatum, non tamen ad obtinendum. n. 240. dicto. 4.

Qui habet facultatē dispensandi in omni irregularitate (excepto homicidio voluntario) potest dispēsare in homicidio iusto. No. num. 240. not. 3.

IRREGVLARITAS VII.
Ex mala acceptione vel vsu Ordinum.

QVI recipit ordinem omisso aliquo necessario de præcepto, & eo non supplēto, vtitur tali ordine, non fit irregularis. ca. 25. num. 71. A

Neque est irregularis, qui celebrat sine vestibus sacris, sine ara consecrata, vel cum consecrata, sed nimis parua, aut enormiter fracta,

fracta, vel in Ecclesia sanguine aut semine polluta: peccat tamen mort. num. 83. 84.

B Qui ordinatur habens faciem aut manus notabiliter deformes, quamuis celebret, non fit irregularis: peccat tamen mort. Idem de patiente morbum caducum, aut obsesso à dæmone. cap. 25. num. 72.

Notorius concubinarius, aut fornicarius ante actam pœnitentiam celebrans, est irregularis, quia est suspensus ipso iure. Idem est de aliis initiatis sacris, aut minoribus tantùm; qui aliquem sui ordinis actũ proprium exercent. Idem de fornicario vago. Et in hac solus Papa dispensat. num. 76. 77.

C Irregularis est, qui sciens, aut scire debens se esse excommunicatum, interdictum, suspensum, suspensione impediente ordines, ordinatur. Secus si excommunicatio sit minor. c. 27. num. 241.

Ignorantia crassa in hac non excusat: Et potest Episcopus dispensare in hac irregularitate, si delictum celebrandi sit occultum; hoc est, si excommunicatio sit occulta, quãuis celebratio sit publica. c. 27. n. 241.

Incurrit qui eodem die suscipit quatuor minores Ordines, & Subdiaconatum, nisi excusetur consuetudine: & à fortiori incurret qui eodem die suscipit duos sacros: potest tamen Episcopus concedere vsum aliorum

rum ſuſceptorum. Incurrit etiam, qui ordinatur ab Epiſcopo excommunicato, interdicto, ſuſpenſo, ſimoniaco, ſchiſmatico, hæretico, depoſito, degradato, dummodò ſit denunciatus, neque ad id iuſto timore coactus. Et poterit Epiſcopus diſpenſare cum eo qui ignorans denunciationem ordinatur. num.241.

Incurrit qui per ſaltum ordinatur, & prętermiſſum ordinem, ſine diſpenſatione non poteſt ſuſcipere. Poteritque Epiſcopus diſpenſare antequam ſuſcepto vtatur, vt prætermiſſum accipiat, & poſteà vtatur vtroque. Incurrit qui ſeriò vtitur ordine quem non habet. Secus, ſi ioco vel ad inſtar laici, qui non eſt Sacerdos, baptizat ſine ſolennitate; aut non ſubdiaconus, cantat Epiſtolam cum dalmatica ſine manipulo, vel cum eo, vbi eſt cõſuetudo. Initiatus prima tõſura, vel minoribus, cantãs epiſtolam cum manipulo, vbi non eſt conſuetudo, cenſebitur irregularis in foro exteriori: ſed non in interiori, ſi non intendit illud, ac ſi eſſet Subdiaconus. Habens characterem ordinis ſed non executionem ob defectum alicuius ſolennitatis, non incurrit vtendo tali ordine. Incurrit laicus audiens confeſſiones, & abſoluens. num.242.

IR

IRREGVLARITAS VIII.

Ex delicto violandi censuras celebrando.

A QVI post missam inceptam meminit se suspensum, excommunicatum, vel interdictum, & non potest sine scãdalo omittere illam, non incurrit nouam irregularitatem celebrando. c. 25. n. 75.

Qui celebrat post completam ab vna parte simoniam, & ante completam ab altera, non fit irregularis, saltem in foro interiori. cap. 23. num. 104.

B Neque qui celebrat post appellationem à declaratione excommunicationis, de cuius valore dubitat. Ibidem.

Non incurrit, qui appellans ante excommunicationem, & confidens appellationi, celebrat: neque qui celebrat post intimationem exequutorialium, antequam declaretur. num. 104.

Non incurrit, qui celebrat prohibitus à confessario ne celebret. cap. 27. num. 152. Nec qui celebrat infectus crimine depositione digno, & notorio. num. 154. Neque suspensus suspensione Pij II. celebrans bona fide, & purgato peccato, per pœnitentiam. num. 156. c. 27.

Nec

Nec excommunicatus ob delictum occultissimum, qui post pœnitentiam, & ante moram petendi absolutionem celebrat, ne fama eius periclitetur. cap.17. num.236.

Nec qui violat cessationem à diuinis etiã particularem. secus de violante interdictum etiam generale. num.243.

Non incurrit, nec peccat qui suspensus ab officio Sacerdotali, exercet alios ordines inferiores. num.163. dict.5.

Irregularis celebrans non incurrit nouam irregularitatem, peccat tamen m. nu. 194.

De celebrante in loco non interdicto sed corã interdictis. vide tit. Interdictũ. V. lit. A.

Qui verò celebrat in loco interdicto, peccat m. & est irregularis. Item qui violat interdictum, sepeliendo, celebrando Missam, & alia officia diuina, & Sacramenta ministrando. cap.27.222.244.

De laico violante interdictum, vide, Interdictum II. In hac irregularitate solus Papa dispensat ad ascendendum ad maiorẽ: & Episcopus ad vtendum accepto. 244.

Qui sciens se esse aliqua censura irretitum, vel id scire debens, celebrat Missam aut officia diuina, vel exercet aliquid suo ordini proprium, est irregularis: secus si excommunicatio est minor. num.244.

Imò nec incurrit, si cantat Psalmos in

choro,responsoria,litanias,vel baptizat sine solennitate, vel facit aliquid minoribus annexum, quæ omnia etiam laici exercere solent. num. 163.242.244.

Ignorantia crassa non excusat ab hac irregularitate.num.244.

Non incurrit suspensus à susceptione Sacramentorum, si suscipiat ea. Sed sic,si suspensus à collatione eorum administrat ea. num.163.dict.3.& 4. Incurrit si suspensus ab officio prædicandi concionetur.ibid. dict.8.

Incurrit prælatus, vel dominus, qui censura ligatus facit vt Sacerdos ligatus, vel non ligatus celebret coram se : & quamuis ipse non sit ligatus, tamen Sacerdos quem facit celebrare est talis. Et in hac irregularitate solus Papa dispensat, si excommunicatio alterutrius fuit denunciata vel manifesta. Alioqui Episcopus poterit, si fuit occulta.num.250.dict.10.

Delictum occultum dicitur id,quod non est manifestum publicum,aut notorium,aut famosum. ibidem.

Neque sufficit, quòd iussio illa,vel celebratio sit publica, vt talis non possit dispensari ab Episcopo, si tamen censura est occulta.num.250.dict.10.

IRREGVLARITAS IX.

Ex delicto reiterandi Baptismum.

INCVRRIT hanc clericus non presbyter solenniter baptizans.cap. 22. num.7.

Incurrit qui scienter se facit rebaptizari, & qui etiam ignoranter alium rebaptizat: nisi ignorantia sit probabilis,aut saltem dubium probabile, aut rebaptizatio sub tali dubio facta est sub conditione.Atque ignorantia probabilis est, quando adhibita diligentia nequit sciri, an qui offertur est baptizatus, necne. Talis ignorantia quo ad natum inter Christianos solitos suos parvulos recèns natos facere baptizari, non censebitur probabilis.cap.27.nu. 246. Idem est de reiteratione aliorum Sacramentorum characterem imprimentium. num.247.

IRREGVLARITAS X.

Ex notorietate delicti.

INCVRRIT hanc, crimine notorio, & depositione digno,notatus, sicuti adulterio, concubinatu, stupro, & aliis similibus, vel maioribus. Neque sufficit enormitas, si non adsit notorietas.cap.27.num.248.

Crimen Sodomiæ occultum non inducit irregularitatem, secundùm ius Antiquum. At secundùm extrauag. Pij V. dicendum est. I. Quod non inducit illam quoad laicos. II. Quod comprehendit clericos tales, ipso iure. III. Quod solùm comprehendit exercentem illud quasi ex vsu continuato; non tamen eum qui rarò illud commisit, & pœnituit. IV. Quod respicit vtrumque forum, quia non fundatur super præsumptione. V. Quod comprehendit exercentem copulam Sodomiticam tantùm, & non aliam luxuriam contra naturam. VI. An sit receptum in foro interiori sicut in exteriori: quæstio est facti ad iurisconsultum non spectans. VII. Quod quoad illos quos comprehendit, inducit depositionem, quę non est irregularitas sed peior illa. num. 258.

IRREGVLARITAS XI.

Quoad Dispensationem.

A QVI confitetur potenti dispensare in irregularitate, procuret dispensationem, & quamuis postea recordetur irregularitatis, non tenetur petere dispensationem. cap. 26. num. 13.

Potest quis absolui à peccato, manendo irregularis. cap. 27. 191. 250.

Irregula

B

Irregularitas quæuis & quantumuis occulta eget dispensatione: & in omni occulta potest hodie Episcopus dispensare, excepta homicidij voluntarij, & ea quæ est deducta ad iudicium. num. 194. Et dicitur occulta quando crimen non est notorium, manifestum, vel famosum.num.250.

C

In irregularitate, quæ non prouenit ex delicto,solus Papa dispensat.num.194.

De eo, qui tacita irregularitate impetrauit beneficium. vide tit. Beneficium III.

Irregularis ex homicidio occultissimo iniusto, potest post pœnitentiam celebrare, ne fama eius periclitetur. cap.27.num.239.

D

In nulla irregularitate potest confessarius dispensare, per bullam Papæ concedentem facultatem absoluendi à qualibet censura, & pœna. num. 250.

E

Potestas absoluendi à peccatis, non extenditur ad dispensandum in irregularitate. num.194.

Episcopus concedens absolutionem à suis casibus,non videtur cõcedere absolutionem irregularitatum, in quibus ipse potest dispensare.num.255.

Ferè omnes Prælati religiosorum possunt dispẽsare super qualibet irregularitate fuorum subditorum excepta Bigamiæ,& homicidij voluntarij. Nou.num.254.

De dispensatione eius, quæ est perfectæ lenitatis. vide tit. Irregularitas III. in fine.

IVDEX.

A SVFFICIT iudici habere quamdã peritiã causarum, vel aliquem assessorem. c. 4. n. 2.

Nihil debet agere propter famam, vel iudicium resultans ex reuelatione sigilli confessionis. cap. 8. num. 7.

B Peccat iudex coniiciens in carcerem aliquem iniustè, & tenetur restituere damnum, cap. 15. num. 13. Et iudex qui per ignorantiã iuris, tulit iniquam sententiam, tenetur restituere. ca. 17 n. 16. Idem de iudice non impediente damnum. Non tamen tenetur obstare imminente quolibet periculo mortis, vel vulneris. Neque tenetur cum periculo vitæ, vel statûs seruare vitã, vel statum alterius particularis: bene tamen Reip. c. 17. n. 20.

C Peccat mort. iudex accipiens pecuniam, vt benè vel malè iudicet, vel vt omittat iudicare: cum obligatione restituendi principale, damnum, expensas, & interesse, & etiam quod accepit, si pro bene iudicando accepit. c. 25. n. 12. §. 2. 3. c. 17. n. 28. & 33. Item accipiens aliquid notabile pro ferenda sententia iusta, vel iniusta, peccat mortaliter: & tenetur restituere quod accepit pro ferenda iustæ

iusta:non tamen acceptum pro iniusta, nisi tantummodo damnum illatum. ca.17.n.95.
Qui non facit restitui parti damnum,cum possit,tenetur ipse restituere.num.136.
Peccat mort. qui sciens, vel scire debens, fert iniustam sententiam, vel iustam ferre negligit amore,odio, precibus,vel metu, & tenetur restituere principale, damnum, expensas, & interesse. Et si est iudex Ecclesiasticus,& tulit eam contra conscientiam,manet suspensus,ipso facto.cap.25.num.12.§.2.
Iudex ignorans necessaria ad iudicandū, & non consulens peritos, peccat. Quòd si consulat assessorem,& eius consilium sequutus,malè iudicat,non peccat: sed sic ipse assessor,cum obligatione restituendi. num.15.
Peccat, qui inquirit, vel per viam inquisitionis procedit contra aliquem,nulla precedēte infamia:nec sufficit scire esse aliqua indicia, imò nec duos vel tres testes, quibus delictum probari possit.Secus quando fit inquisitio generalis ex parte delinquentis, & delicti:secus etiam per viam accusationis. Tunc enim licitè potest procedere contra aliquē,nulla præcedente infamia.Sufficitque delictum esse notorium,licèt delinquens sit occultus, vt de eo possit generaliter inquiri, non tamen nominatim.cap.18.num.38.
Peccat iudex interrogans reum de com-

plice occulto n.39.Nisi in crimine falsæ monetæ,proditionis,lęsæ maiestatis,& in crimine hæresis. Imò & in his & aliis malis,sicut latronum, strygum, maleficorum, & similium,tenetur ipse reus etiam non interrogatus declarare socios, quos iustè credit esse paratos ad noua committenda, in damnum reipublicæ:& confessarius debet monere illum,vt eos declaret; quod si non fecerit,non est absoluendus.cap.18.num.58.

Non peccat iudex interrogando reum iam confessum de sociis generaliter, quando sũt tales,vt de quibusdam possit interrogari, de aliis non,si eius intentio tantùm sit interro-
H gare de illis de quibus potest. num. 40. De consortibus verò non debet interrogare,nisi in casibus à iure expressis,& in illis nõ nominatim,sed generaliter,an sint aliqui.n.58.59.

Si aduertit nescire reum quomodo sit respondendum,tenetur eum vel docere,vel cõcedere ei facultatem consulendi confessarium.num.58.

I Peccat mort.iudex qui cogit tormẽtis reos ad reuelandũ socios,etiam in casibus in quibus interrogare permittitur, quando nec fama,nec indiciũ,nec pręsumptio legitima,dictat eos habere socios. n.59. Idem de eo qui torquet reum testibus conuictum, vt confiteatur, quò beneficium appellationis amittat.

tat. Nisi cùm ita clarè conuictus est, vt in conscientia teneatur confiteri, & iustè præsumat iudex, eum pernegare ob solam malitiam differendi iustitiam. Ibidem.

Item peccat mort. qui compellit carcere detentum ad statim iurandum se dicturum verum in omnibus de quibus interrogatus fuerit,& interrogat particulariter de omnibus & singulis partibus delicti, ob quod carcere detinetur.num.41. L

Peccat iudicans antequam dubietatem animi deponat. cap. 23. num. 21. Debétque credere, vel opinari opinionem à se electam esse veram.cap.27. num.284.

Non potest iudicare secundùm scientiam priuatam sed tantùm secundùm publicam. cap.25. num.9. M

Peccat mort.petens vel suscipiens munus quo est indignus, cum verisimili & notabili damno proximi. Item vsurpans iurisdictionem,vel iudicans sine sufficienti probatione; siue quia testes sunt suspecti, siue quia iniustè torti:vel non videns saltem mediocriter processum, vel non admittens legitimam probationem, vel non seruando in reliquis ordinem iuris. num.12.13. Verum est,quòd quamuis reus sit exemptus, aliquando conceditur iurisdictio ordinario. n.13. N

Item differens appellationem, vel eam non

non admittens, quando tenetur, peccat. & qui vt mitem se ostendat, remittit totam pœnã, vel partẽ, non habens ad id facultatẽ: vel auget vt se ostendat seuerum. nu. 13.14.

Peccat exequens sententiam Superioris, quam scit esse irritam. Secus de valida quãuis iniusta. hanc enim exequi potest, postquã procurauerit impedire executionem. Item capiens aliquem iniustè, vel omittens sine iusta causa condemnare victum in impensis, petitis à victore, & qui ex odio vel malo fine condemnat reum etiam iustè. num. 15.

O Qui non habet superiorẽ, potest remittere totam pœnam, vel partem, vel mutare. Attamen videns, vel præuidere debens, ex hoc præberi occasionem delinquendi maximè iniquis iudicibus, homicidis, latronibus & aliis, peccat grauiter remittendo, quamuis pars contraria consentiat. num. 14.

Peccat qui prohibet subditis ne vendant, vel emant, Ecclesiasticis. Aut nõ seruans immunitatem Ecclesiæ. c. 25. n. 16. 17. Aut iubẽs capi, vel capiens bona Ecclesiastica.

P Peccat itẽ consentiens suis ministris vtẽtibus dolo vel falsitate. Vel non seruans statuta, quæ iurauit, si licita sunt, & non derogata, saltẽ per contrariam consuetudinem: & qui damnato ad mortem non concedit locum cõfessionis; nec consuetudo contraria eũ excusat.

cusat. Peccat similiter non concedens ei locum sacræ communionis, nisi sit alia consuetudo, qualis est in Hispania, quæ non est damnanda, quoniam expedit sæpe, ne exequutio sententiæ differatur; essetque magna irreuerentia, si reus mortem pateretur eodem die quo communicauit. Sed laudabilior est Vrbis Romæ consuetudo, quam orbis imitari deberet, qua damnato sententia post mediam noctem denunciatur, vt liceat ei confiteri, & communicare ante quatuor horas quàm ducatur ad mortem. n. 23.

Peccat qui litigantibus non cõcedit æquales aduocatos & procuratores, præsertim miserabilibus, quibus aliquando etiam non petentibus, prouidere debet sine stipendio. num. 24. Q

Idem de eo qui non visitat carceres, & qui in suo iudicio admittit excommunicatum in actorem, aduocatum vel testem, contra mandatum Superioris, vel partis requisitionem. Aliàs tantùm peccabit venialiter, si parti non sequatur damnum notabile. n. 24.

Peccat iudex laicus capiens clericum, qui vi abstulit ab eo processum, & retinens donec restituat, si capit post delictum, & in fragranti, & non remittit ad iudicem Ecclesiasticum intra tempus debitum. cap. 25. nu. 24. Potest tamen audire causas criminales R

clerici

clerici primæ tonſuræ, additum in Nouo.n. 110.§.33.

S Peccat fingens aliquid vt eat vel mittat ad accipiendum teſtimonium fœminæ,& eſt excommunicatus.num.25.

Peccat procedens ex officio ſine petitione partis, exceptis caſibus à iure permiſſis, qui omnes reducuntur ad vnum, ſcilicet quando principaliter intenditur impedire mala futura. Ibidem.

Peccat iudex qui abſque iuſta cauſa omittit viſitare, vel non requirit ad cognoſcendum delinquentem.num.26.

IVDICIVM.

IVDICIVM temerarium eſt, iudicare religioſum toties peccare mort. quoties cõfitetur.c.2.num.10.No.11.

Peccat mort. qui per indicia leuia, iudicat firmiter de proximo aliquid mali in damnum eius notabile: Sicut qui damnat alium peccati mortalis, quem videt cum muliere ſecretò loquentem, alioquin virum bonæ exiſtimationis, vel comedentem mane, vel ſæpe in die ieiunij de præcepto, qui tamen habet cauſam ad hoc: aut ſe à familiaritate alterius retrahentem: aut denique alios quoſ

quoſuis leui indicio firmiter iudicant peccare mort. cap. 18. num. 9.

IVRAMENTVM I.
In ſe.

IVRAMENTVM eſt *affirmare vel negare aliquid adducendo expreſsè, vel tacitè, Deum in teſtem, tanquam infallibilem veritatem.* cā. 12. num. 1. §. 2. Expreſsè eſt, Sicut dicere *Allego Deum. Facio Deum teſtem, Viuit Deus, Per Deum, Per Trinitatem &c.* ibid. A

Iuramentum etiam eſt *iurare per creaturas in quantum in eis reſplendet diuina veritas: vt per Sanctos, per Crucem, per Euangelia* &c. item *per eas in quibus relucet diuina bonitas, vel iuſtitia, Per vitam meam, per ſalutem patris* &c. vel adiuncta execratione, *Hæc mihi faciat Deus ſi hoc non eſt verum.* ibidem. B

Iuramentum, eſt de ſe actus bonus & religioſus. Vnde peccatum eſt mortale, imò hæreticum, dicere, iuramentum de ſe eſſe malum, aut numquam licitum. cap. 12. num. 2. & 4.

Iuramentum eſt duplex, aſſertorium & promiſſorium: requiritque tria vt ſit licitū: ſcilicet veritatem, iuſtitiam & reuerentiam.

Eſt

Est mortale regulariter, cùm deest veritas, vel tanta iustitia, vt sit mortale id quod iuramento confirmatur: est verò veniale, cùm deest iudicium, vel reuerentia, vel iustitia leuis. num. 3.

C Dicere *per fidem meam, per veritatem meã, in fide mea*, non est iuramentum, si tantùm intelligitur fides vel veritas humana. Neque est iuramentum dicere, *Deus scit an verum dico, hoc dixerim coram Domino*, si careat intentione iurandi. Secus est dicere, *Deus scit me verum dicere.* n. 2. 5.

Peccat mortal. qui iurat per dæmonem, Mahometum, vel idolum. Et qui iurat per aliquam creaturam, adducens eam tamquam testem infallibilem. Sed non tenetur vinculo iuramenti. num. 4. §. 2. & 3.

Qui iurat per aliquam creaturam absque vllo respectu diuinæ bonitatis in ea resplendentis, & sine intentione adducendi eam in testem infallibilem, neque est iuramentum, neque peccatum. num. 4. vnde iurare per vestes, capillos, paleas, non est iuramentum, secus si per conscientiam. num. 5.

Christiani autem iurantes per creaturam, in qua relucet diuina bonitas, vt cœlum, Sol, vita humana &c. communiter videntur iurare per Deum. Et quamuis interiùs intenderent talem creaturam adducere

in

in testem infallibilem: tamen in foro exteriori excusarentur à peccato grauissimo superstitionis,& cẽserentur obstricti iuramento.Secus in foro conscientiæ;vbi iudicabitur peccasse grauissimè peccato superstitionis, deferendo talem honorem creaturæ, etiam alicui Sancto; non tamen esse obligatum iuramento.cap.12.num.5.

Qui iurat facere aliquid illicitum,animo E
adimplendi, bis peccat. num. 13. Secus, si desit talis animus. num. 13. nam erit vnum peccatum: Non excusat ab hoc timor mortis.num.13.num.15.

Qui dolosè iurat, nulla interueniẽte causa,peccat mort. iurando, & etiam non implendo. Secus, si iurans est in bona fide, & alter vtitur dolo.Tunc enim sufficit implere secundùm intentionem iurantis. num.13.Et F
qui dolo deceptus iurauit, non tenetur implere, si dolus est talis, vt eo antè præuiso non fuisset iuratum. ibidem.

Peccat,qui ob metum iurat facere aliquid licitum,sine intentione obligandi se ad implendum, vel cum intentione adimplendi, & non adimplet verum. est, quòd si,quando per metum iurauit, habuit intentionẽ adimplendi, quod iurauit in aliquo sensu vero, licèt diuerso à mente illius qui eum compulit iurare, nec peccaret iurando, nec etiam

non

non adimplendo amplius quàm ipse intellexit: vnde qui iurat latroni se daturum illi centum aureos, intelligendo intra se, si illi debet, non tenetur illos soluere si aliàs non debet.num.14.

G Peccat qui inducit ad iurandum, quem credit falsò iuraturum. Secùs,si inducit iuris ordine.num.20.

Qui iuramentum expostulat à famulis, vt declarent auctorem alicuius furti, ea intentione vt eum prodat in omni euentu, peccat.num.21.

Licet petere iuramentum ab infideli, quem scimus iuraturum per idolum,& falsos Deos. cap.14.num.31.lit.F. & cap.21.nu. 25.Nou.cap.14.num.39.cap.21.num.25.

IVRAMENTVM. II.

Quoad materiam.

QVi iurat facere aliquid mortale, est peccatum mortale; & qui veniale tantùm,est veniale.cap.12.num.10.15.

Qui iurat se non transiturum per talem locum, si non adsit finis honestus & vtilis, iuramentum est vanum.num.12.

Qui iurat se non facturum aliquid,quod est de consilio Euangelico tantùm,non peccat

cat mort.num.16. Iuramentum factum de re indifferenti,non obligat.num.17.

Iurans rem licitam, & non adimplens, peccat mort. quamuis iuret percitus ira: dummodò non sit tanta vt iuranti iudicium ad mort.sufficiens adimat. num.9. Nou.10. si autem res sit leuis,erit veniale.num.9.

Mulier habens secretum impedimẽtum, potest iurare, se habitaturam cum viro, intelligendo intra se in quantum licitè possum.cap.18.num.7.& cap.12.num.9.

IVRAMENTVM III.

Quoad obligationem.

IVramentum de re leui tantùm, obligat sub veniali.cap.12.num.9. A

Iuraméta facta de non adimplendo consilio Euangelico,vt de non mutuãdo,quamuis absque culpa seruari possint, non obligant:imò melius est ea frangere.num.17.

Iuramentum de redeundo ad carcerem, obligat, quamuis sciat se ob id morituru: secus si carcer est iniuriosus.num.18. B

Iurans aliquid facturum, credens se præstare posse, non peccat mort. non præstando,si aliàs fecit,quod in se est,vt posset præstare,& non valuit. Tenetur tamen transa-

cto tempore quam primùm potuerit, implere.num.22.

Iuramẽtum minùs obligat quàm votum. num.32.cap.27.num.272.

C Iuramentum de eundo Hierosolymam, genibus, vel cum bufone in ore; obligat quoad profectionem, non quoad illum modum eundi.cap.12.num.43.

Non adimplens iuramentum ob aliquem euentum, qui si à principio euenisset, non iurasset, peccat aliquando,& aliquãdo non. cap.12.num.11.non enim pecco,si illum cui cum iuramento promisi me ensem redditurum cùm insaniuerit,ensem; non reddam: nec si eam cui iuraui me eam ducturum, si fuerit fornicata,non ducam.cap.18.nu.7.

Iuramentum de actu, qui tempore iuramenti erat illicitus, obligat pro tempore in quo est licitus:si iuramentum fuit generale, & aptum comprehendere vtrumque tempus.num.87.lit.B.Nou.num.33.

Qui recuperauit suum occultè, & iustè, bene poterit iurare se nescire quis acceperit,intelligendo intra se,se nescire quis malè illud acceperit. cap.17.num.116.de quo vide plura in tit. periurium. quomodo autem obliget iuramentum dandi centum aureos latroni, vide in tit. iuramentum 1. litt.F.

IVRAMENTVM IV.

Quoad relaxationem.

IVramentum de non ludendo, non licet relaxari, eo solùm quòd iurans habeat magnam tentationem & desiderium ludendi. cap.12.num.11.

Iuramentum factum in vtilitatem tertij, etiam principaliter propter Deum, potest remitti ab illo tertio.cap.22.num.25.

IVRISDICTIO.

HAbitualis confertur Sacerdoti de iure diuino per characterē Sacerdotalem:& sine hac non potest stare absolutio, neque iurisdictio actualis, quæ tamen non confertur ei tunc, sed ab Ecclesia.cap.4.num.1.cap.27.num.272.

Consuetudo potest dare iurisdictionem in vtroque foro.cap.21.num.21.

Peccat mort. qui iudex aliena vtitur iurisdictione, vel propria, sed extra suum territorium.cap.23.num.14.cap.27.num.8.

Iurisdictio à principe delegata, vel concessa, in perpetuum priuilegium, ratione dignitatis, vel alterius ordinariæ potestatis,

potest alteri committi.cap.27.num.45.

Iurisdictio Prælati religiosorum,est quasi Episcopalis. cap.12.num.75. Iurisdictionem nemo habet super se, neque Papa. cap. 26.num.260.§.4.

IVS.

A IVra inspiciunt magis mores quàm entia. cap.17.num.40.

Ius diuinum non potest tolli à Papa in totum. Potest tamen ius diuinum naturale limitari, & declarari à Papa, quoad spiritualia; & ab Imperatore,quoad temporalia. cap.27.num.263.post medium,in nouo.

Ius Episcoporum potest à Papa restringi, iusta de causa in multis casibus.Sicut etiam ius absoluendi Sacerdotibus per characterem,collatum, iustè prohibitum est, ne veniat in actum,donec Ecclesia eis tribuat iurisdictionem actualem.ibid.in Nouo.

B Ius nouum etiam Conciliorum potest limitari per antiquum,& vice versa. cap.27. num.265.in Nou.

Iuris exorbitantia non est trãsferenda de alio in alium.num.275.

C *Ius in re*, id est, *ius perfectum est illud, quod acquisitum est per dispositionem inter viuos, vel vltimam voluntatem, collationem, confir-*

confirmationem, & alium modum legitimum. cap.17.num.69.

Ius in re imperfectum, est ius quod habetur per promissionem iustam, emptionem, stipulationem, oppositionem, concursum, expectatiuam, primogenituram, legitimam, vel alium titulum legitimum, qui non dat ius perfectum per quod acquiritur bonum, sed quoddam imperfectum per quod acquiritur aliqua actio, vel officium iudicis ad iure petendum. cap. 17.num.69.

Ius in re, nec ad rem, in officiis & beneficiis publicis non acquiritur, regulariter loquendo ex iustitia distributiua. cap. 17. num.73.

Qui suo iure vtitur, nemini facit iniuriam. num.250. Stilus curiæ Romanæ facit Ius. cap.23.num.103.

IVS PATRONATVS, *est quid spirituale, & à nemine potest erigi, constitui, vel tolli, nisi à Papa, vel ex eius commissione.* cap. 26.num.26.in Nouo. *Neque potest emi, nec vendi.* cap.23.num.411.

Ius patronatus requirit in habituro illud, solùm Christianissimum.num.99.§.2.

IVSTITIA.

PEccat qui in distribuendis honoribus vel commodis alicuius communitatis, non

seruat iustitiam,& tenetur restituere grauato.cap.17.num.96.

Prælatus,vel Dominus habens ius conferendi beneficium Ecclesiasticum, vel publicum officium, si confert illud indigno,peccat,& restituere tenetur, non digno,vel digniori,sed Reipublicæ.ibidem.

Iustitia distributiua in officiis vel beneficiis publicis, regulariter loquendo,non dat ius in re vel ad rem.Nec eius violatio obligat regulariter ad restitutionem.nu.72.73.

LATRO. vide,Fur.

LAVS.

LAus,honor, & fama, sunt bona inferiora bonis vitæ, & salutis, & maiora bonis fortunæ,seu pecuniæ.cap.23.num.9.

Laude falsa, aut inordinata gloriari non semper est malum.cap.23.num.13. vide tit. Iactantia.

LAVDEMIVM, soluere non tenetur donans,sed sic vendens.cap.23.num.65.

LEGATARIVS tenetur in conscientia soluere pœnam positam à testatore, quia potius est legatum conditionale quàm pœna.num.67.

LEGA

LEGATVM.

LEGATA pia, facta tantùm coram duobus testibus, valida sunt, nec statutum in contrarium erit validum, quia præiudicat Ecclesiæ libertati. cap. 17. num. 117.

Legatum, quod pater relinquit filiæ, cui debebat dotem, videtur relictum in solutionem dotis. num. 150.

Legatum à creditore in testamento relictum, non computatur in recompensationem debiti legalis voluntarij, bene tamen debiti legalis etiã necessarij. Et legatum relictum filio à patre, est instar legati relicti filiæ, scilicet in solutionem dotis. num. 150. 160.

Licitè potest quis legare pecuniam beneficiariis alicuius Ecclesiæ, vt perpetuò singulis mensibus pro legante tot Missæ quotannis dici possint, quot ex lucro pecuniæ ad rationem quinque pro centum. n. 257.

Licitum est legare vsum fructum pecuniæ. ibidem. Qui auertendo tabellionem, & testes facit, ne testator relinquat alicui legatum, tenetur restituere. ca. 26. num. 36. de auertente autem testatorem cum dolo, vel sine illo, vide tit. Restit. 2.

LEGATI Dispensatio facta sine iusta causa, non valet. Præl.9.num.13.

LEGITIMA, est debita iure naturę quoad filios pauperes debiles, & inhabiles, qui non possunt se sustentare: non tamen quoad alios. num. 38.c.26.

LEGITIMVS, vide illegitimus.

LEX I.

Quo ad obligationem.

A LEx humana potest obligare etiam cum periculo vitæ, sed non obligat. Prælud. 7.num.10.

Quando duæ leges contrariæ concurrunt in aliquo casu, quarum altera est omittenda; illa quæ est maior, debet præferri. cap. 7. num. 1.

Cessante fine legis, cessat lex. c.15.n.18.19.

Lex lata ad euitãda inconueniẽtia, cessantibus illis cessat. At verò id quod præcipitur in bonum finem, non cessat, licèt finis habeatur alia via. cap.16.num.36.

Lex humana iusta potest obligare ad mortale: & per legem humanam intelligitur canonica & sæcularis.cap. 23.num.40.in initio.

Vt

Vt autem lex humana possit obligare, aut B
effectu obliget, debet habere has conditiones necessarias.

Quòd sit iusta, id est, *lata ab habente potestatem, & ob vtilitatem publicam, non contraria diuinæ, & naturali seu supernaturali legi, & sit subditis æqualis.*

Quòd sit promulgata. Quòd sit recepta, saltem per maiorem partem vniuersitatis. Quòd non sit abrogata per aliam contrariam, vel per consuetudinem. Quòd intendat obligare ad mortale. Quòd desit iusta causa ab eius transgressione excusans: Aut non sit dispensatio ad eius transgressionem. Quòd desit iusta ignorantia. Quòd sit tempus ab ea præfixum pro iis qui non carent ignorantia iusta.

Igitur lex quæ sit iniusta, vel non pro- C
mulgata, non recepta à maiore parte vniversitatis, vel abrogata, vel obligans ad veniale, vel consultoria & exhortatoria, aut si datur iusta causa transgrediendi, aut dispensatio, aut iusta ignorantia, aut nondum est tempus elapsum: aut si elapsum, sed iustè ignoratur lex, non obligat ad mortale: neque ad veniale, excepta illa, quæ intendit veniale. c. 23. num. 40. 41.

Lex iniusta dicitur ea *quæ est lata à non* D
habente potestatem, & quæ principaliter est fa-

cta in vtilitatem priuatam, aut est inequalis subditis, aut denique contraria legi diuinæ naturali vel supernaturali. ibidem. Imò & lex sæcularis dicetur, & est iniusta: quando est contraria legi Ecclesiasticæ. c. n.

Lex consultoria, vel exhortatoria, nec ad veniale obligat: nisi adsit contemptus verus, tam ipsius legis quàm eius latoris; tunc enim esset peccatum mortale. cap. 19. num. 20. Nouo cap. 20. n. 20. & cap. 23. n. 40. vide etiam tit. Contemptus, & Obedientia, & Consilium.

E Iusta causa semper excusat à mortali transgressorem legis humanæ. Et illa dicitur iusta causa, propter quam legislator, si præsens esset, eum excusaret. cap. 23. num. 41.

Qui bona fide credit iustam habere causam excusantem à lege humana, & ob id nõ seruat, non peccat saltem mort. peccat tamen venialiter. Præl. 9. nu. 14. ca. 21. n. 20. & cap. 23. num. 43.

Quæ sit iusta ignorantia, & dispensatio excusans à tali transgressione, vide tit. Dispensatio, & tit. Ignorantia.

F Non solùm lex diuina, sed etiam humana, tam sæcularis quàm Ecclesiastica, potest obligare in foro conscientiæ ad peccatum veniale, & etiam ad mortale. Quod etiam facere possunt statuta ciuitatum. Imò & de facto

facto obligant ad mortale illæ leges & statuta, quorum auctores intendunt per eas obligare ad illud, saltem si vt tales receptæ sint. cap. 23. num. 48.

Secus si earum latores non intenderunt ad id obligare, qualia sunt statuta Dominicanorum, quæ nec ad veniale obligant. Nam & nullæ diuinæ consultoriæ obligant etiam ad veniale, & aliquot earum præceptiuarum tantùm ad veniale. num. 49. & 50.

Leges etiam canonicæ, non habentes præ- G
ceptiua aut prohibitiua verba, sed tantùm ordinatiua vel constitutiua, non obligant ad mortale, etiam si sint imperatiui modi: Quæ iuxta communem intelligentiam non significant præceptum, nec prohibitionem. Exceptis illis quæ ponuntur in materia, quæ de se ad mortale obligant. Sed nec tunc manabit huiusmodi obligatio ex vi talis legis constitutiuæ, sed ex illa lege quæ illam materiam præceperat cum tali intentione obligandi ad mortale: Nihilominus huiusmodi leges ordinatiuæ, extra materiam de se ad mortale obligantem, ad minus obligant ad veniale. Quia animus latoris fuit, vt actus transgrediendi legem, esset vitiosus, qui aliâs erat indifferens, & consequenter esset saltē venialis. Quia verò tunc non præcepit, nec prohibuit, videtur non intendisse obligare

ad

ad mortale. cap. 23. num. 49. §. 3. Nullum verbum Latinum ex se significat sufficienter
H legem obligare ad mortale: vnde hæc verba, *Teneas*, *Debeas*, *Obligetur*, *Præcipimus*, *Obligamus*, *Vetamus*, *Mandamus* & alia similia, ex sua primæua significatione non significant sufficienter legem obligare ad mortale, aut animum latoris id intendisse: nam sunt generalia, & apta ad inducendam obligationem culpæ, tam venialis quàm mortalis, atque in dubio intelligenda sunt potiùs de veniali quàm mortali. num. 50.

I Lex enim de non mentiendo officiosè sine damno, de non furando minima, de non ridendo immoderatè, præceptiua est, sed solùm obligat ad veniale. ibidem. §. 4.

Notanter diximus ex se, quoniam secus est in lege Ecclesiastica, ex vsu Ecclesiastico & communi interpretatione Pontificum, nisi per aliquod aliud verbum vel signum exprimatur, vel significetur solùm obligare ad veniale. num. 52.

L Vnde intentio cuiuslibet legislatoris Ecclesiastici, vtentis verbo præceptiuo vel prohibitiuo, est obligare ad mortale, nisi per aliud verbum vel signum significetur contrarium; & à fortiori si apponantur hæc verba *Strictè præcipimus*, *in virtute sanctæ obedientiæ præcipimus*, & sub obtestatione diuini iudicij;

iudicij, quæ obligationis incrementum significant.num.53.

Hoc verbum *oportet* in lege canonica positum, tantùm obligat, quantùm illud, *debet*, aut *obligatur*.ibid.

Lex quæ continet pœnam præsupponentem peccatum mortale, obligat ad mortale, quamuis non habeat verba præcipientia, seu prohibentia. nam qui vult aliquid, videtur velle illud sine quo id esse non potest. Vnde lex constituens vel præcipiens vel prohibens aliquid sub pœna excommunicationis majoris, aut simpliciter sub pœna excommunicationis, siue addatur ipso iure siue non, præsupponit peccatum mortale: nisi prærequirat monitionem. Non tamen est idem in pœna suspensionis, interdicti & irregularitatis, quæ aliquando sine culpa adhibetur.num.53. M N

Præsupponit etiam peccatum mortale lex quæ habet hæc verba, *sub pœna æternæ indignationis Dei & SS. Apostolorum Petri & Pauli*. Idem dicendum de quauis lege canonicâ, quæ continet has & alias coniunctim pœnas temporarias.ibid.

Lex autem humana secularis non obligat ad mortale, eo solo quòd habeat verba præceptiua, aut prohibitiua, quia nec primæua significatio verborum, nec accessoria O

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ria per vſum ſæcularium inducta, nec communis interpretatio Legum, & aliorum legiſlatorum, qui principaliter inſpiciunt pœnas temporarias, talem obligationem indicant. num. 54.

Imò nec leges diuinæ inducunt obligationem mortalis, eo ſolo quòd latæ ſint per verba præceptiua. Nec vſus Iuris canonici adimit robur iuri diuino, nec addit, vt quatenus eſt diuinum obliget magis, aut minùs, quàm antè illud obligat. Vnde vt ſciatur an Deus per ſuam legem verbum *præcipio* vel *mando*, continentem, voluerit nos ad mortale obligare, ex declaratione Eccleſiæ eiúſque doctorum, colligendum erit. cap. 23. num. 54.

P Lex humana etiam præcipiens, præſertim ſecularis, quæ pœnam temporalem conſtituit in dubio, ad mortale non obligat, quatenus eſt lex eius qui eam pœnam temporalem ſtatuit. num. 55. I. Quoniam aliàs oporteret quòd leges humanæ obligantes ad mortale, pauciſſimæ eſſent. II. Quoniam qui de duobus propoſitis alterum affirmat, alterum negare videtur, id eſt, legiſlator, qui ad vtramque pœnam obligare potens, pœnam irrogat temporariam, videtur excludere æternam. III. Nam

conſue

consuetudo antiqua interpretata est, vt legum sæcularium transgressores non peccent mortaliter, nisi cùm per eas etiam lex diuina naturalis, aut reuelata, aut canonica ab illis infringatur. num. 55.

IIII. Nam Ethnici legumlatores nil Q de pœna æterna curarunt. Imò & paucissimi Christiani sæculares legislatores pœnam temporariam imponentes intendunt ad æternam obligare, ad quam diuina vel naturalis non obligat.

V. Nam lex purè pœnalis sine vlla prohibitione pœnam constituens, ad nullam culpam obligat, quatenus talis est. ibidem.

Qui constituit pœnam, licèt non sem- R per obligat ad culpam, nec præsupponit obligationem ad illam: communiter tamen sic. Nam regulariter statuitur ob culpam, quamuis interdum ob causam. num. 56. diximus tamen notanter in dubio. Nam lex quæ vtramque pœnam exprimit, vel de cuius latoris animo constat fuisse, ad vtramque obligare per aliam legem, aut consuetudinem, aut per alium modum legitimum sine dubio obligat ad mortale. Ibidem. Di- S ximus denique quatenus est lex eius qui solam pœnam temporalem statuit. nam

si sunt

si sunt etiam leges aliorum, qui ad mortale obligare voluerunt, ad illud obligabunt quatenus sunt tales; non enim intendimus asserere, quòd vna lex, quæ pœnam temporariam imponit, tollat æternam per aliam statutam, maximè quando sunt diuersorum
T legumlatorum. Denique quod dictum est, legem etiam præcipientem præsertim sæcularem statuentem pœnam temporalem in dubio non obligare ad mortale, locum habet etiam in legibus statuentibus pœnam amissionis vitæ vel membri. I. Nam quod dici solet, nempe, eum qui magnam bonorum aut famæ iacturam subit, peccare mortaliter, falsum est, dummodo non adsit alia circumstantia quæ mortalem faciat.

II. Nam licèt ille, qui transgrediens legem secularem pœnalem, se exponit probabili periculo amissionis vitæ vel membrorum, peccet quidem mortaliter: Hoc tamen non est ob transgressionem illius legis, sed ob violationem quinti præcepti decalogi: imò verò aliquando non erit periculum probabile, si cum transgressione adsit magna cautela. ibidem.

V Quòd si aliquis obiiciat, quòd sequeretur, iniustam esse legem, quæ tam grauem pœnam imponit pro actu, qui non est mortalis: Respondemus, satis esse quòd in foro exteriori

riori præsumatur mortalis, quamuis in interiori non sit talis, & legislator potest, imò de facto præsumit contemptum in eo qui violat legem sine causa iusta. Præterea quia non esset iniusta lex, cuius lator exprimeret se nolle eius transgressorem sine contemptu & scandalo ad mortale obligare: sed velle, vt qui sine iusta causa eam transgreditur, præsumatur per contemptum id facere, & ob id pœnam illam incurrere. ad hæc omnia facit, quòd nonnulli duces laudati sunt, qui ad seruandam militarem disciplinam ob minima furta milites occiderunt. Ibidem.

Item consuetudo communis habet, vt X
transgressio legum purè humanarum pœnam temporariam exteriorem constituentium, non sit mortalis in foro interiori, nisi sint tales quæ presupponant peccatum mortale, vel transgressiones aliarum legum diuinarum naturalium vel supernaturalium. num. 59.

Qui legem etiam sæcularem iustam per contemptum legis & auctoris violat, peccat mortaliter. n. 57.

Transgressio legis præceptiuæ non pœ- Y
nalis facta per solam incuriam, vel obliuionem leuis culpæ, non est mortalis. n. 59.

Idem de transgressione cum causa proba-

bili, vel pro tali habita, bona fide, sine dolo. Idem de ea quæ fit per epieiceiam credendo intentionem legislatoris non fuisse ita obligare. num. 59.

De eo qui transgreditur legem de Vectigalibus & de Venatione. vide tit. Vectigal, Venatio.

Prælatus imponens pœnam temporariam ipso iure incurrendam, videtur excludere spiritualem, etiam si iuberet ne absolueretur sine præuia solutione: quia iussio illa potest operari effectus alios ab isto, & sic nō est inutilis. num. 60. Imò potest absolui ante solutionem per Bullam Papæ. num. 62.

Lex in nihilo recepta, ad nihilum obligat, & quoad vnam partem receptam, quoad illam obligat solùm, vel quoad dispositionem tantùm, & non quoad pœnam, vel vice versa. Imò quoad vnam partem pœnæ & non quoad aliam. num. 62. Vide tit. Pœna.

Lex humana etiam Ecclesiastica ad exteriorem solam pœnam obligat, si quoad eam tantùm est recepta, quamuis legislator ad vtramque pœnam intendisset obligare. Ibidem.

Quælibet lex fundata in præsumptione, ligat in foro exteriori, & non interiori, quoties veritas est præsumptioni contraria. c. 23. num. 62.

Lex

Lex imponens collegis vel municipibus pœnam exclusionis ipso iure, non obligat ante condemnationem. num. 63.

Non tenetur quis manifestare rem in cõmissum cecidisse, maximè in foro conscientiæ. num. 64.

Peccat, qui iussus à iudice soluere pœnam, non soluit; secus, antequam iubeatur, quamuis in ipsa lege sit imposita ipso iure, quando pœna requirit aliquam executionẽ, vt quando est pœna amissionis bonorum, vel pœna soluendi certam summam pecuniæ. num. 76. Secus, si non requirat executionem, vt pœna excommunicationis, suspensionis &c. num. 67.

Lex pœnalis aliquando obligat ad pœnam etiam ante sententiam; sed tunc pœna est velut pactum conuentionale. num. 67. & c. 25. num. 118.

De legibus quæ prohibent ludos: vide, ludus.

De lege quæ prohibet vel concedit cibos, vide Gula. & ibidem de ieiuniis & de festis, Festum.

Lex æterna quid sit, vide, Peccatum II. A.

LEX II.

Quoad promulgationem.

LEx ante promulgationem non obligat. cap.23. num.44.

Lex ſummi Pontificis, vel Imperatoris, non præfigens tempus, obligat poſt duos menſes à promulgatione facta in prouincia, ibidem.

Lex inferiorum non præfigens tempus, ſimul atque promulgatur & ſcitur, obligat. c.23. num.44.

LEX III.

Quoad interpretationem.

LEGES, quæ rectè intelligi poſſunt de pœna maiori vel minori; in dubio, de minori ſunt intelligendæ. cap.23.n.50.& 55.

Cauſa finalis legis coniicitur ex proœmio. cap. 15. num.18.

Quando duo ſunt ita diſpoſita, vt vnum ſit metiens, & alterũ menſum, lex corrigés, vel limitans metiens, cenſetur corrigere vel limitare menſum, ſi eadem ratio militat in vtroque. cap.22.num. 72.

Conſuetudo eſt optima legum interpres. c.23. num.58.

De

De originaria & acceſſoria interpretatione verborum præcipiendi, & iubendi, vide Lex.1.lit. P. & Q.

LIBELLVS FAMOSVS, peccat mortaliter, qui componit libellum famoſum.c. 18. num.35.

LIBER. Libri amatorij relegandi ſunt à ſcholis. cap. 23. num.31.

LIBERTAS Eccleſiaſtica: vide tit. Excommunicatio VI. §. IIII.

LIBERTAS Hominis, vide Bona.

LIBERVM Arbitrium, vide, Anima.

LITTERÆ APOſtolicæ.

LIE dicitur habere litteras falſas, vel vti eis, qui ſciens aut ſcire debens eſſe tales, vtitur illis. cap. 27. num.62.

Sub nomine litterarum Apoſtolicarum in materia odioſa, non includuntur ſupplicationes à Papa ſignatæ, quas vocant ſignaturas. cap. 27. num.62.

Litteræ Apoſtolicę ſurreptitiè impetratæ, non ſunt litteræ falſæ. Ibidem.

Aliud eſt falſare litteras, quod includitur ſub bulla cœnæ: aliud eſt vti falſis, quod non includitur. ibidem.

LITTERÆ Dimissoriæ, & licentia ad Ordines, non possunt dari à capitulo Sede vacante infra annum vacationis. Atque pœna capituli contra id facientes est interdictum. Ordinati autem minoribus, sunt priuati priuilegio clericali : Ordinatus verò maioribus, est ipso iure suspésus ad beneplacitum futuri prælati. cap. 25.num.68.

LITTERÆ Sigillatæ. Qui inuenit scriptum in quo aliquis scripsit sua peccata, & legit, peccat mort. nisi fama proximi parum læderetur.

Peccat etiam mort. qui legit schedulam, cuius initium scriptum erat, *Memoria peccatorum*, vel aliquid simile. cap. 18.num.34.

Qui referat vel legit litteras sigillatas, quæ in secreto obseruabantur, animo lædendi notabiliter, vel dans causam, peccat mort. Referans verò ob curiositatem sine intentione lædendi notabiliter, vel sine probabili periculo eius, solùm peccat venialiter. cap. 18. num. 53.

Prælatus licitè potest referare literas suis subditis missas. Idem de præfecto militum in finitimis hostium locis constituto, maximè tempore belli. num. 53.

Idem de inimico mittentis epistolam ad alium, vel eius cui mittitur, qui potest illam referare, si iustè timet aliquod damnum sibi imminere.

imminere. Potest etiam epistola referari, quando probabiliter timetur damnum alteri tertio. num. 53. cap. 18.

LITIGIVM. Peccat mortaliter qui paciscitur, vel transigit in causa criminali: secus, si cessat scandalum. Item peccat cum obligatione restituendi, qui accipit aliquid vt discedat à lite iniusta. Item peccat sine obligatione restituendi, qui vt vincat in causa iusta, vtitur instrumentis, vel testimoniis falsis. cap. 25. num. 32. vide tit. accusatio lit. E.

LOCATIO *& conductio.*

LOCANS domum meretrici, peccat mort. cap. 16. num. 15. hoc autem limitatur, quoniam locatur eo fine vt meretricetur; secus si eo fine, vt viuat. cap. 17. num. 195. §. 4. & clericus. cap. 21. num. 25. idem dicendum est de locante domum vsurario. ibid. Peccat mort. qui locat arma volenti alium interficere vel iniustè percutere. cap. 17. num. 195. in principio. A

Qui mittit locationis pretium per nuntium non habitum pro fideli, cuius dolo vel culpa periit, tenetur restituere; secus si misit B

per nuntium communiter habitum pro fideli. cap. 17. num. 195.

Quomodocunque pereat locatum Domino perit, nisi adsit dolus, pactum, culpa, vel mora. ibidem.

C Qui pensionem rei conductæ non soluit Domino, quia non vtitur illa, vel quia non vult, vel non potest per casum fortuitum contingentem, ex parte ipsius tenetur restituere. num. 198.

Locator tenetur reddere conductori totam pensionem, vel pro rata temporis, si non potuit vti re locata, quando confiscata est ob maleficium locantis, vel data militibus; non tamen tenetur restituere damnum emergens, vel lucrum cessans. Idem de locatore compellente ad soluendam integram pensionem domus locatæ conductorem coactis eam relinquere, ob pestem, vel aliam iustam causam superuenientem ante finitum tępus: solùm enim tenetur soluere pro tempore quo ea vtitur. num. 189.

D Idem de locatore nolente deducere partem debitam agricolæ, ob sterilitatem fortuitam, quam nec fertilitas præcedentis nec sequentis anni compensare potest. Non tamen tenetur quando solùm fructus percepti damnificantur. ibid.

E Sterilitas fortuita est *illa quæ ex aliqua temporum*

temporum iniuria contingit sine culpa agricolæ. Cuius vera definitio est, quòd *Sterilitas sit illa quam conuentio partium, vel consuetudo, vel communis opinio regionis probat, vel tanta, vt ex tribus partibus colligi solitis, vix duæ colligantur.* num. 188.

Peccant locator & conductor non seruantes leges locationis & conductionis expressas, vel tacitas. num. 187.

Remissio facienda tempore sterilitatis, nõ habet locum, quando lucrum vel damnum sunt communia, nec quando sterilitas prouenit ex vitio tenuitatéve agri, ob negligentiam agricolæ contingens. num. 190. F

Neque in pensionibus rerum in longum tempus conductarum, vel locatarum, quamuis maior pars talis rei pereat etiam casu fortuito, modò non pereat tota; quod procedit quando exigua pensio soluitur potiùs ad recognitionem dominij directi, quàm ad solutionem fructuum. Secus, quando pensio est tanta, quòd parum minus solueretur si conduceretur ad modicum tempus. nu. 190.

Est ergo diminuenda pensio ob sterilitatem euenientem casu fortuito. Non tamen est augenda propter fertilitatem prouenientem ex industria conductoris, nec quando ex fœcunditate prædij. Secus, quando contingit casu fortuito. num. 191. cap. 17. G

Locans domum ſuam in certum tempus,poteſt antequam illud finiatur, colonum remouere ab illa,in quatuor Caſibus. I. Quãdo locauit eam in longum tempus : ſcilicet in decem , vel , ad minùs,in quinque annos: & in duobus primis non ſoluit penſionẽ:vel ſi locauit in minus tempus, tamen non ſoluit ſtatuto die , nec celeriter ſatisfacit. II. Quando indiget illa ad ſuam habitationem. III. Quando domus indiget refectione. IV. Quando conductor abutitur domo recipiendo meretrices &c. num. 193.& 194.

H Locans ſcienter vaſa vitioſa,non patefacto vitio ob quod vinum effuſum eſt, tenetur ſoluere vinum,& intereſſe.Secus ſi ignorauit vitium. Idem de omnibus aliis rebus vitioſis, ex quibus damnum ſequitur.n.196.

Merces locationis & quælibet penſio ſoluenda eſt regulariter loquendo in fine anni, niſi pactum vel conſuetudo ſtet in contrarium. num. 198.

Qui dolo,lata culpa,vel leui ſua, vel ſuorum, infert notabile damnum rei conductæ, tenetur reſtituere : ſecus,ſi inferatur ab alio, cui ipſe reſiſtere non poteſt,vel non tenetur; vel contingit caſu fortuito abſque culpa & mora.cap.17. num.199.

Locatio fieri poteſt cum ſalario incerto. num.252.

Peccat

Peccat qui locat oues, vel alia animalia, I
pensione iniusta: vel cogit agricolam ad soluendam iustam pro tempore, quo desinit laborare, non sua culpa, sed domini: vel casu contingente circa eum, vel animalia: vel cogit ad æstimationem eorum post mortem, vel damnum naturale vel fortuitum, sine dolo, aut culpa leui eius. Quoniam hæc Domino pereunt: nisi agricola paciscatur, vt periculum quoquomodo eueniret, esset commune ei, dato ob hoc pretio, vel diminuta pensione. Imò si absque intentione petendi aliquid vltra debitum ab agricola, ne eius culpa damnum contingat, paciscitur (ne duriùs boues exerceat) vt dimidium damni, quoquomodo contingentis, ad eum spectet, non diminuta pensione, peccat mortaliter. quia potest mori sine hoc quòd declaret hanc intentionem, vel poterit mutare illam: & tunc ipse vel eius hæredes vexabunt agricolam iniustè. num. 260.

Locationes beneficiorum anticipata solu- L
tione in præiudicium successorum non valent. Neque licet locare iurisdictiones Ecclesiasticas, vel facultates nominandi aut deputandi vicarios, in spiritualibus, vel rerum Ecclesiasticarum. cap. 27. num. 150.

LOCA RELIGIOSA. vel sacra.

DORMITORIVM religiosorũ non est locus sacer, ita vt fornicatio in eo facta sit sacrilegium: secus, de cœmeterio. cap.16.num.2. in fine.

Dormitorium & claustrum religiosorum, est locus sacer quoad immunitatem Ecclesiæ, sicut cætera loca sacra. Quæ vide tit. Immunitas.

Sacer locus, vt furtum in eo sit sacrilegiũ, intelligitur quælibet Ecclesia, Xenodochium, Basilica, Eremitorium, auctoritate Papæ, vel Episcopi ædificata, & cœmeteriũ per illos sacratum. cap.17.num.95.§.5.

Quid sit claustrum, quoad clausuram religiosorum, vide tit. Excommunicatio VI.

Locus sacer quoad effectum, vt per effusionem sanguinis vel seminis maneat pollutus, quis sit, vide tit. Ecclesia.

LVDVS I. In se.

A LVDVS est actus principaliter factus ad recreandum animum per voluptatem: &

& est duplex, bonus & malus. cap. 19. num. 2. Nouo cap. 20. num. 2.

Ludus malus est venialis ex suo genere. B num. 3. Factus verò principaliter animo lucrandi, potiùs est negotiatio, & ferè semper est mala, & est venialis. num. 3. 6. Si autem fiat ad subueniendum necessitati, vel alium finem bonum, erit bona. num. 3.

Quando quis tanti vel pluris facit lucrum quàm animi recreationem, tunc ludit principaliter ob lucrum. num. 11. cap. 20.

Nunquam ludus fit mortalis, quamuis fiat animo principaliter lucrandi, etiam notabiliter à potente donare, & nimio ludendi appetitu, nisi quando violatur lex aliqua obligans ad mortale, qualis est eorum, qui noctes in dies vertunt, & è contra, missas obligatorias omittunt, vel subeunt periculo amissionis bonorum, sine quibus non possunt sustentare vxorem, liberos, familiam sustentandam de præcepto, vel aliquid simile. Nec etiam est mortale ex circumstantia loci sacri, nisi specialiter sit prohibitus in tali loco qualis est comœdiarum prophanarum: vel nisi fiat cum notabili scandalo, vel irreuerentia Dei, vel Ecclesiæ. cap. 19. num. 3. & Nouo cap. 20. num. 3. Imò aliquando potest fieri licitè in loco sacro, vt si fiat ad recreandum infirmum

infirmum ibi existentem. Ibidem.

Numquam fit mortalis ex circumstantia personæ, vel temporis, vel qualitatis ludi, etiam fortunæ, nisi sit aliqua specialis prohibitio. Imò ludus quo magis nititur fortunæ, eo aptior est ad recreandum. n. 3.

Vnde leges vetantes ludos fortunæ magis quàm industriæ, non intelliguntur in ludo facto causa recreationis, quamuis lucretur aliquod pretium. num. 7.

Omnibus verò laicis & clericis prohibetur ludus aleæ in vniuersum, *per quem significatur omnis ludus principaliter nitens fortunæ*. num. 7. Vnde peccat mortaliter qui ludit rem notabilem, ludo sibi prohibito sub mortali; vel cum eo, qui donare non potest; vel cum potente donare, metu tamen coacto, vel per fraudem decepto. num. 5. Quis possit donare vel non, vide tit. Donatio. lit. C. D.

H Quibus adde, quòd etiam, stultus, puer, mancipium, prodigus, coniux, & alij similes, non possunt donare. Potest tamen filius sub potestate patris constitutus, qui de eius licentia versatur in scholis, vel in curia, de suo commeatu quatuor aut quinque de centum, quæ dantur ei ludo, impendere. Idé dicendum de religioso, qui studet, aut negotiatur impensis sui Abbatis, modò id honestæ

nestæ recreationis causa faciat. Quia pater & prælatus tacitam eius rei facultatem eis facere videntur. num. 12.

Qui cogit alium ad ludum, non potest I licitè lucrari. Coactio autem non est sola inuitatio, vel inductio consueta, sed ea quæ fit iusto metu, vel grandi reuerentiali vel timore exprobrationis, ne, quia inuitatus renuit ludere, vilis & abiectus habeatur. cap. 19. num. 13. Nouo cap. 20. num. 13.

Qui ergo lucratur aliquid notabile, etiam ludo licito, à non potéte donare, vel attracto per vim, vel dolum, tenetur restituere. n. 13.

Licitum est ludere spirituale lucrum, vt preces dicendas à victo. num. 7.

Peccat verò mortaliter, qui ludit cum notabili irreuerentia Dei. Quod potest fieri etiam dictis miscendo verba sacra & diuina, ad scurrilia in ludis dici solita. Item peccat mortaliter qui factis in se mortalibus ludit, admiscendo verba aut gesta impudica, & alia mortalia. Idē de eo qui ludit cū magno scādalo, vel notabili nocuméto proximi, vel probabili sui periculo. num. 4.

Peccat m. qui dissimulando, vel occultādo suā magnam ludiperitiam, attrahit ad ludēdū longè imperitiorem: aut falsis talis, vel chartis vtitur, vel leges ludi cum notabili damno colluforis transgreditur. num. 17.

Idem

Idem dicendum de ludente non appoſita pecunia cum iuramento ſoluendi, & non ſoluit. His addēdi ſunt tres caſus in quibus idem dicendum eſt. Primus, de eo qui ſcienter ait ſe habere plura puncta, quàm habet. Secundus, de eo qui aduertit colluſorem errore calculi dicere ſe habere pauciora, & non monet. Tertius, de eo qui accipit manum. Sed hic non tenetur reſtituere quantùm lucratur, ſed quantùm valet illud ius prioris loci; qui tres caſus tantùm habent locum in damno notabili. ibidem.

Inſpector ludi quamuis non admoneat ludentem, qui errat in non computando, vel non capiendo priorem locum, ſi id non promiſit, non tenetur reſtituere. num. 17. Neque inſpectores ludi, quibus ludentes dant aliquid ex lucratis, tenētur reſtituere, niſi quando lucrantes ad id tenentur. num. 18. in fine & Nouo num. 19.

Qui ludit credita pecunia, non tenetur ſoluere ſecundùm leges Hiſpaniæ: imò ſecundùm multos nec in alio regno. Si verò iurauit, tenetur ſoluere. Poterit tamen vel antequam ſoluat, petere abſolutionem iuramenti: vel ſoluta repetere. num. 17.

Qui tenetur reſtituere lucrifacta vni, non poteſt cōpenſare lucrifacta ab eodē in eodē ludo, & etiā in diuerſis: quāuis vni ſint liciti,

&

& alij non; siue vterque sit habilis, siue inhabilis ad donandum, siue alter habilis & alter inhabilis. Qui verò falsis chartis, vel alia fraude lucratur, non potest compensare cum iustè lucrifactis ab eodem. num. 18.

Peccāt m. qui ludentibus ludos mortales, subministrant nèceſſaria; nam cooperantur corū peccato. n. 15. & vt plurimùm inuitant, & iuuant eos ad tales ludos. n. 16. Idē dicendum de inſpectore Eccleſiaſtico cuius præſētia eſt cauſa quòd ludo mortali ludatur. Et de eo qui debens ex officio prohibere, non prohibet talem ludū: laicus autē, qui non eſt cauſa talis ludi mortalis, neque delectatūr eo, quatenus talis eſt, ſed ſolùm arte & induſtria ludētium, non peccat m. ſpectādo. n. 14.

Monachus & clericus ſpectans multo tēpore ludum mortaliter malum, vel ſi veniāliter tantùm, ſed eo animo, vt ſi eſſet mortalis, etiam ſpectaret eum, peccat mortaliter: ſecùs, ſi paruo tempore vel ſine tali animo. ibid. Iuramentum de non ludendo non debet relaxari, eo quòd ludens habeat magnum deſiderium ludendi. cap. 12. num. 11.

LVDVS II. Monachi, & clerici beneficiarij, & ſacris initiati, prohibētur ſub m. ne ludant ludis aleæ ſeu fortunæ, illicitis, quantitatem notabilem fructuum beneficiorum Eccleſiaſticorum: imò etiam de bonis pa-

trimonialibus. cap.19.num.9. Nou. cap.20. num.9.10.

De clericis in minoribus, non habentibus beneficium Ecclesiasticum, idem dicendum est quoad ludum, quod de laicis.num. 10. Nam laicis non prohibetur sub mortali per legem humanam ludus etiam principaliter propter lucrum quamuis magnum. num.10.

Filius nondum emancipatus, & monachus,de licentia Patris, vel Abbatis,versantes in scholis vel in Curia, possunt ludo aliquid impendere licito.num.12. Atque filius talis plura potest ludendo lucrari, quàm perdere: dummodo non alliciat alium ad ludum, falsúmque dicendo,se habere potestatem donandi & perdendi.num.12.& 13.

LVXVRIA.

Est vitium inclinans ad inordinatum vsum venereorum. Estque vitium capitale: & vincitur fugiendo. Eius filiæ sunt, Cæcitas mentis, Præcipitatio, Inconstantia,Inconsideratio,Amor sui,Amor huius mundi,Horror futuri, Odium Dei. cap.23. num.112. & 113.

Habet sex species fornicationis. I. Est, Fornicatio simplex inter solutos. Soluti hîc intel

intelliguntur vir & fœmina, ſoluti ambo à vinculo Matrimonij, Cognationis, Affinitatis, Ordinis ſacri, Religionis, voti, vel infidelitatis. II. Eſt adulterium, ſcilicet quando alter, vel vterque, eſt cõiugatus. III. Inceſtus quando ambo ſunt conſanguinei, vel affines: & in his etiam eſt neceſſariò exprimendus gradus, primus vel ſecundus vel tertius vel quartus conſanguinitatis vel affinitatis. Item quando ſunt coniuncti cognatione ſpirituali. Item quando alter, vel vterque, eſt religioſus profeſſus, vel vir eſt ordine ſacro inſignitus, licèt illa ſit religioſa vel non: quanquam horum crimen ſacrilegium aptè dici poteſt. num. 3. cap. 16. §. 1. 2. & 4. IIII. Stuprum quãdo ſcilicet fœmina eſt virgo: non tamen ſufficit quòd vir ſit virgo. num. 3. §. 1. ſed oppoſitum dicit. cap. 6. num. 7. Nou. num. 8. V. Species raptus, quando aliqua contra voluntatẽ ipſius, vel patris, violenter extrahitur à domo ſua, quamuis fiat ad ducendum illam poſt copulam habitam: & etiam quando violenter extorquetur, ſiue fœmina ſit virgo, ſiue non. de pœna raptoris. vide tit. raptus. VI. Contra naturam, quando non ſolùm peccatur contra naturalem rationem, ſed etiam contra ordinem à natura præfixum, ad habendam copulam. cap. 16. num. 3.

Fornicatio ſimplex eſt peccatum mortale, & contrarium aſſerere, eſt hæreticum. cap.16.num.1.

A peccato mortali ſimplicis fornicationis nulla excuſat ignorantia, neque exiſtimare quòd poſſit fieri cum meretrice, quia eſt ignorantia iuris naturalis, quæ non excuſat; neque timor mortis, neque infamiæ, neque pudor vociferandi, neque timor infamiæ quæ ex vociferatione ſequeretur. ibidem.

Ad hoc vt quis peccet mort. ſufficit adhibere huiuſmodi fornicationi voluntatem & conſenſum etiam coactum. Nam debet priùs omnia mundi mala pati, quàm illi conſentire.cap.16.num.1.

Fœmina, quæ, quamuis non conſentiat, tamen ex metu aptat ſuum corpus ad actum turpem,peccat mortaliter.ibidem in fine.

Quæ verò vi opprimitur, non peccat mort. non ſe defendendo, neque manibus, neque membris (vt ait Sotus)neque clamore, ſed ſatis eſſe, vt non conſentiat,neque ſe præparet ad actum turpem: ſed difficile eſt hoc, vt honeſtæ fœminæ non ſe defendant aliquo modo. Non tamen tenetur manus iratas iniicere in vim inferentem, vel clamare,ita vt peccet mortaliter, eo quòd non clamauit,vel manus non iniecit, dummodo

nulla

nullatenus consentiat; neque peccat eo solo,quòd non resistat: Neque verò si restiterit,quo potuerit modo,malè faciet, sed benè:imò in foro exteriori damnabitur, si saltem non clamauerit. Itaque ratio peccati est,in eo scilicet,si consentiat, vel si nõ consentiat, saltem ex metu etiam mortis, & aptet sua membra ad peccatum fornicationis cuiuslibet speciei.cap. 16.num.1.

Vis omnino absoluta excusat à peccato mortali; illa scilicet,qua sine vllo consensu absolutè cogitur quis adulterari, vel fornicari,adeò vt virgo omnino resistens, & nullatenus consentiens, per talem vim absolutam violata, non perdit virginitatem saltem coram Deo:etiam si de actu ipso delectationem percipiat, modò neque in actum neque in delectationem voluntate deliberata consentiat.Nam talis delectatio est naturalis tantummodo.cap.16.num.1.

Fornicatio fidelis cum infideli, inducit nouam circumstantiam necessariò confitendam.num.3.

Simul ac vetatur copula quæuis illicita, vetatur etiam eius desiderium, consensus deliberatus, aut propositum illam committendi. Imò consensus delectandi,se in ea,vel per solam cogitationem, vel per aliquem sensum corporeum, etiam si nullum adsit

propositum illam perpetrandi : nam quælibet horum est peccatum mortale.num.2.

Cogitationes, desideria,propositum,consensus , verba, & tactus, habent easdem circumstantias , seu species, quas habet fornicatio,vel luxuria.num.3.& cap.6.nu.8.9.

Mulier soluta intelligitur quælibet cœlebs non virgo , etiam vidua,dummodò careat aliis obligationibus , & vinculis suprà dictis. Vir autem cœlebs etiamsi sit virgo, solutus dicitur,si careat eisdem vinculis suprà notatis.lit.A.cap.6.num.8.§.5.

De Adulterio.vide plura titulo,Adulteriũ.

Circumstantia loci sacri in materia luxuriæ , necessariò est confitenda. Quid sit quoad hoc locus sacer,vide Ecclesia.

Fornicatio autem in dormitorio religiosorum non est sacrilegium , neque facta in quolibet alio loco sacro quartæ speciei.Secus,si in Ecclesia, aut cœmeterio , aut in locis sacris tertiæ speciei.num.3.§.3.

Verba & actus turpes non sunt necessariò confitenda, dummodo is cõfiteatur fornicationem quam illa consequuntur. cap.6. num.7. Idem de osculis & amplexibus turpibus. num. 17. & hoc non solùm præcedentibus copulam, sed etiam de sequentibus eam.additum in Nou.num.17.quod verũ est, licèt sit aliqua notabilis interruptio.

nam

nam licèt sint diuersa peccata etiam in genere moris, non tamen sunt necessariò confitenda. additum in Nouo.num.18. corol.1.

Species contra naturam suprà assignata potiùs est genus, vel species subalterna continens alias species, vel circumstantias specialissimas necessariò confitendas. num.3.in fine. I. est cùm quis rem habet cum fœmina tali modo, vt illa non concipiat. num.9.etiá si sint coniuges. num. 33. II. Quando effunditur semen extra vas, etiam inter coniuges. nu. 3. & 33.vel alio quouis modo tit. pollutio voluntaria, quæ vocatur mollicies. de qua vide tit.Pollutio. III. Copula Sodomitica etiam inter coniuges habita. IV. Copula cum iumento. num.3.§.1.

Species incestûs suprà posita,habet etiam tot species specialissimas necessariò confitédas, quot sunt differentiæ cognationum, & quot gradus habet consanguinitas; imò & affinitas ex copula licita,vel illicita contracta. c.16.n.3. in fine. & n.35.& c.22.n.41. & c.7. num.4.

Debet enim explicari numerus graduum vsque ad quartum incluſiuè in consanguinitate.num.3.c.16. & idem in affinitate ex copula licita. num.35.& in affinitate ex copula illicita vsque ad secundum tantùm,vt de-

ducitur ex.cap.22. n.41. Denique debet explicari an cognatio sit specialis,vel carnalis, vel legalis.c.16.n.35.c.22.n.40.

Qui rem habuit cum virgine, vel pro tali habita, sine dolo, nec deceptione,quia illa se obtulit, vel leuiter rogata concessit,nō tenetur ei restituere in conscientia. Primò: *nam scienti & volenti nulla fit iniuria.* Secūdò: quia lex,quæ obligat deflorantem ad satisfaciendum,loquitur tantùm de decipiente. Secus, si præcesserunt importunæ preces, quæ quoad hoc æquiualent coactionem. Secus etiam in foro exteriori, quamuis fœmina nō probet se virginem. Satis enim est, quòd ipse non probet contrarium.iure namque præsumitur fuisse tūc virginem, & fuisse deceptam. cap.16.num.16.

Est pœna defloratoris in foro exteriori, quòd dotet eam, & ducat in vxorem:vel quòd dotet eam, & cædatur fustibus. Ibid.

Qui etiam dolo, vel importunis precibus, defloravit virginem,ad nullam restitutionem tenetur, dummodo illa æquè bene nubat ac si esset virgo;nec maritus eius corruptionem deprehendat. tenetur tamen satisfacere pro illa iniuria per pœnam impositam vel imponendam,licèt nullum damnum restituibile illi eueniat; nam satisfactio differt à restitutione, sicut genus ab specie: satisfa

tisfactio namque etiam habet locum, licèt nullum damnum restituibile eueniat: satis namque est quòd illata sit iniuria, licèt hæc non sit restituibilis. at verò restitutio solùm habet locum, quoniam illatum est damnum pretio æstimabile, additum in Nou. num.17.

Qui importunis precibus, & falsis promissionibus, absque pollicitatione ducendi eam in vxorem, decepit & corrupit; in vtroque foro tenetur satisfacere: in exteriori quidem ad id quod suprà dictum est: in interiori autem, tenetur ad ducendum eam, vel saltem ad faciendum vt maneat contenta, vel ad resarciendum ei omne damnum, quod ei inde euenerit, scilicet quanto pluris eget ad adipiscēdum maritum, qualem adipisceretur manens virgo: idque arbitrio boni viri. Item aliquid aliud ob verecundiam & contumelias quas tota vita passura est. ibidem.

Quòd si promisit se ducturum eam, siue ex animo, siue fictè ad decipiendum eam, obligatur ad implenda promissa in vtroque foro, & multò magis si id iuramento firmauit, ni essent valde inæquales genere vel diuitiis. Nam tunc tantùm obligaretur ad addendum id quo magis habet opus ad adipiscēdum talem maritum, qualem adipisce-

retur, si non esset infamata, vel ad collocandum eam in statu honesto. Idem dicendum, quando, licèt promissio facta fuerit verè, tamen probabiliter timetur, ex tali matrimonio nasciturum graue scandalum. Idem in eo qui promittit, sed est sacris initiatus, vel aliam habet vxorem, vel pater omnino renuit tradere filiam corruptori. num. 18.

Et vltra prædicta tenetur, & obligatur ad placandum eius patrem, & satisfaciendam iniuriam ei illatam. ibidem.

Qui virginem dolo vel importunis precibus corrupit, tenetur illi satisfacere detrimentum illatum ex fractione sigilli; licèt illa æquè bene nuberet ac si non amisisset sigillum. hoc autē locum habet quando maritus deprehēdit talem defectū: & propter hoc discedit ab ea, & peregrè proficiscitur, vel eā nimis seuerè tractat: secus, quando non deprehendit talem defectum. num. 19. dicto 6.

Qui dolo vel importunis precibus cognouit per copulam mulierem ab alio vitiatam, sed pro virgine reputatam, & per hoc infamauit eam, tenetur ad resarciendam infamiam. num. 19. dict. 7.

Voluntas conditionalis habendi copulam, si, vel quando fuerit vxor, nō est peccatū. nu. 9. in fine. Secus, si consentiret delectationi, quæ ex tali cogitatione oriretur. ibid.

Lic

Licitum est habere spem habendi copulam cum vxore futura,non tamen licet consentire delectationi ex tali spe oboriundæ. ibidem.

Propositum, vel desiderium quoduis deliberatum copulæ illicitæ, est peccatum mortale. Idem de delectatione morosa.cap. 16.num.9.§.5.

Delectatio morosa carnalis, est duplex, tacita vel expressa: Tacita est *quando aduertens homo se illa teneri, & duci in periculum consentiendi,non expellit, nec nititur expellere, sine iusta causa qua eum excuset à tali expulsione.* ibidem.

Expressa est *quando quis deliberatè consentit in delectationem, & fruitur ea,qua est orta ex lasciuis cogitationibus, in sensu appetitiuo:* & vtraque est mortalis.ibidem.

Et toties peccat,& talibus speciebus,quoties habuit illud propositum,vel delectationem morosam,interrumpendo illa,siue circa vnam personam,vel multas: & iuxta circumstantias personarum circa quas versantur illæ cogitationes deliberatæ, vel delectationes morosæ. Et ideo numerus & circumstantiæ eorum, necessariò sunt confitendæ.num.6.§.5.

Quãuis peccata cordis,oris,& operis sunt eiusdem speciei, differunt tamen secundùm

maio

maiorem,vel minorem perfectionem.ibid.

Peccat mort. qui deliberatè consentit, & delectatur, ex delectatione quæ oritur ex cogitatione copulæ cum vxore futura,vel si alioquin liceret.num.9.§.6.

Peccant mort.viduus vel vidua, qui deliberatè delectãtur,& gaudẽt cogitatione copularum carnalium licitè habitarum cum coniuge iam mortuo: idem si ex tali cogitatione aduertunt se esse in periculo pollutionis.Nõ tamen peccãt, si meminerint copularum habitarum, id est, quòd eas licitè habuerint,& in eis delectati fuerint,& gaudeãt de illis tamquã de præteritis licitè habitis:imò & possunt illas velle habere,si qua ratione fieri posset. Sed non licet nunc actu consentire delectationi, quæ ex tali cogitatione oritur. Idem dicendum de eo, qui ex recordatione copulæ licitæ præteritæ, vel futuræ coniugis absentis habet delectationem carnalem,& consentit in eam, scilicet quòd peccat.cap.16.num. 10.

Peccat mort.qui deliberatè vult amplecti, tangere,osculari fœminam,vel amplectitur, osculatur & tangit eam,etiam tactu nõ impudico, animo tamen fruendi delectatione carnali quæ oritur ex his actibus. Quod etiam procedit ad eum qui tangit personam quam desiderabat in coniugem accipere, si nondum

nondum accepit. Secus si omnes actus indeliberatè velit, vel si eos faciat ad finem honestum. num. 11. dict. 1.

Alloqui, vel videre fœminam, etiam ob eius pulchritudinem, si adsint circumstantiæ honestæ, non est peccatum. Si verò fiant ob solam curiositatem sine fine luxuriæ, tantùm est veniale. Si verò adsint circumstantiæ loci, temporis, & modi, aut aliæ peccati mortalis, vel ad illud, vel ad eius periculum, vel consensum inducentes, erit mortale. num. 11. dict. 2.

Tactus, amplexus, & oscula inter sponsos contrahentes sponsalia de futuro, si fiāt cum cautela honesta, & sine periculo pollutionis, vel consensûs, & tactus non sint impudici de se, licitè fiunt. Sed quia rarò contingit, vt sine tali periculo fiāt, expedit vt auertantur donec coniuges fiant. num. 12.

Tactus de se impudici, inter non coniuges, imò etiam inter sponsales de futuro sunt mortales, & nunquam cōsentire in eos oportet. Ad quos euitandos eadem defensione vtēdum est qua circa copulam vi tentatam dictum est. num. 13.

Tactus impudici inter coniuges, ex quibus euenit eis pollutio, vel ipsi eis illam intendunt, vel periculo pollutionis se exponunt, sunt mortales. cap. 16. num. 41.

Peccat

Peccat mort. qui animo concupiſcendi alienam, pergit ad Eccleſiam, vel qui mittit, vel recipit epiſtolas, vel aliqua dona, vel quærit mediatrices, vel exhibet ſe videndum in loco in quo concupiſcatur ab alio. num. 13. vel eo animo ſe ornat; ſecùs ſi faciat animo, vt ametur honeſtè, licèt carnaliter, in finem contrahendi matrimonium. Item peccat mort. qui delectatur canendo, loquendo, vel audiendo verba luxuriæ. num. 14.

Peccat mort. qui vtitur obſcœnis cantilenis, verbis, & geſtibus, inducens, vel credens, aut credere debens alium peccaturum mortaliter. cap. 23. num. 123.

Peccat mort. qui nutu oculorum, verbis, vel cantu nititur aliquem inducere ad peccatum, vel conſenſum luxuriæ: vel curauit, vt ſe comitarentur aliqui in finem mortiferum, ad muſicam, haſtiludia, & ſimilia ad prouocandum aliquem ad luxuriam. Item qui vel quæ falsò gloriatur cum illo, vel illa rem habuiſſe. num. 14.

Peccat mort. qui comedit aut bibit pluſquam oportet, vel quærit aromata, vel cibos calidos in finem luxuriæ: niſi ſit coniux. num. 15.

Peccat mort. qui comedit aliquem cibũ, credens eius vſu ſe vincendum eſſe ab aliqua

qua graui tentatione carnis. cap. 21. num. 11.

Non tamen sufficit grauem se passurum tentationem, dummodò credat se non esse vincendum. cap. 21. num. 11. & cap. 3. nu. 5. lit. D. Nou. n. 21.

Peccat mort. qui alicui poculum amatorium propinat, vt ab ipso ametur. cap. 11. num. 32.

Comedere cibos calidos inducentes ad tentationem carnis, non est occasio propinqua, nec in se peccatum mort. neque facit quasi semper peccare mortal. eos, qui illis vtuntur, dummodò non comedat illos in finem pollutionis vel fornicationis. Tunc enim esset mort. & non deberet absolui, qui vescitur illis, nisi verè proponat se illis non vsurum. cap. 3. nu. 5. lit. I. Nou. n. 25.

De faciente, aut proponente imagines lasciuè depictas, & ad luxuriam prouocantes. vide tit. Imago.

Peccat mortal. quem piget impotentiæ coëundi luxuriosè; secus si pigeat impotentiæ ad copulam matrimonialem. cap. 16. num. 15.

Peccat mortaliter qui mala intentione sequitur mulierem, & eò grauiùs, quò diuturniùs. Quòd si mulier sit honesta, tenetur ille restituere illi famam, ob infamiam ei inde

inde sequutam. c. 16. num.15.

Peccat mortaliter, qui dat, aut locat domum meretrici ad meretricandum: Secus si det ei illam ad inhabitandum tantum. c. 16. num.15.

Concubinarius cohabitans concubinæ, numquam debet absolui, nisi separetur ab ea cum vero proposito numquam redeundi ad eam. c. 16. n. 20.

Quòd si in eadem domo possent cohabitare sine peccato (quod tamen rarò continget) etiam non sunt absoluendi, nisi verè ac firmiter proponant se numquam, neque verbo, aut opere simul habitaturos, aut conuersaturos. cap. 16. num. 20.

Idem dicendum de his quos populus credit esse concubinarios, licèt non sint, nempe quòd debent separari ob vitandum scandalum. ibidem.

Idem dicendum de eo, cui videtur quòd non vitabit peccatum mortale, nisi separetur ab ea persona, cum qua cohabitat, etiam si sit pater, mater, filius, filia, frater, soror, maritus, vxor: & ancilla, qua Dominus eius abutitur luxuriosè, debet non solùm separare se ab eo: sed etiam, iustè potest fugere. nu. 21. imò & potest compellere eum, vt se vendat alteri. ibidem.

Concubinarij peccant mort. & communi-

ter

niter sunt excommunicati per constitutiones synodales: & hodie vbiuis gentium sunt excommunicandi priùs legitimè moniti, & concubinæ sunt in exilium mittendæ iuxta Trident. num. 23.

MALEDICTIO.

MALEDICENS seu imprecans mortem alicui & toti eius familiæ, duo tantùm peccata committit, non tot quot sunt personæ familiæ. Idem de eo qui blasphemando maledicit Petro, & Vndecim Apostolis. cap. 6. num. 18. in Nouo additum.

Qui deliberatè maledicit imprecando sibi malum, cui non licet consentire, vel proximo malum notabile sub ratione mali, peccat m. Secùs si fiat indeliberatè, vel ore tantùm vt communiter fit. cap. 23. nu. 117. Imprecari autem sibi damnum boni, quod posset prodigere, non est mortale. Ibidem.

Peccat mort. qui maledicit diabolo ratione suæ naturę: secus ratione culpæ. n. 117.

Qui creaturas rationales vel irrationales commendat, vel committit diabolo, quatenus sunt creaturæ Dei, blasphemat. Quod maledicat eis quatenus sunt res proximi,

idem est ac si proximum malediceret. Quòd si neutra harum rationum est, maledictio erit vana, & peccatum veniale. Ibidem.

MALEFICIVM, quoad coniugatos, vide Matrimonium X. §. VII.

MALEFICIVM, quoad maleficos & veneficos, vide tit. Superstitio.

MANIFESTVM, vide Notorium.

MARITVS.

QVID possit maritus circa votum Cõtinentiæ vxoris, aut de non petendo, & de aliis similibus, vide Votum. IV.

Nihil potest vouere maritus circa debitũ coniugale in præiudicium vxoris. c. 12. n. 61.

Si vouit succurrere terræ sanctæ ex licentia vxoris, vel sine illa, tenetur implere. num. 62. Si tamen cessaret necessitas succurrendi, quia cessant bella, cessaret etiam facultas vouendi, & adimplendi. num. 87. lit. D. in Nou. num.

Non potest sine licentia vxoris mutare habitum in habitum religiosorum tertij ordinis. num. 62.

Absentia mariti ab vxore, iusta de causa non est prohibita: maximè si occupatur in

in rebus neceſſariis, vel militaribus, in obſequium Regis, Reipublicæ, vel ſui ipſius. num. 87. lit. D. & Nouo num. item Nouo cap. 16. num. 32.

Peccat mort. maritus qui ſine iuſta cauſa prohibet vxorem audire miſſam, vel ieiunare diebus de præcepto, vel ſi atrociter percutit vxorem, vel dicit ei conuitia notabilia, aut aliquod verbum, licèt non iniurioſum, animo tamen conuiciandi notabiliter. cap. 14. num. 19.

Mariti præceptum aliquando obligat vxorem ſub m. num. 20.

Peccat mort. maritus occidens vxorem in adulterio deprehenſam. cap. 15. num. 3.

Quando quidē poteſt eam accuſare, vide Matrim. 11.

An maritus poſſit ſumere cibos calidos in finē copulæ: & de quibuſdam peccatis inter coniuges contingentibus vide tit. Luxuria.

Maritus qui ſibi vſurpat aliquid ex bonis paraphernalibus vxoris, peccat m. & tenetur reſtituere. Non tamē quæ bene vel malè cōſumpſit de lucris cōmunibus. Quoniam illa ſola quæ tēpore diuortij inueniuntur lucrifacta cenſentur lucra. Reliqua licèt pro dimidio lucrifierent vxori, tamen lucriſiunt reuocabiliter. cap. 17. num. 153. 155.

Donatio à marito facta de bonis mobilibus

sine consensu vxoris, valet. Tenetur computare illa in partem suam, & vxorem certiorem facere, vt in partitione tantundem plus sibi cedat. imò & donatarius tenetur manifestare vxori si credit maritum non manifestaturum. num. 155. Idem dicendum est de marito, qui in terris vbi lucra fiunt communia, donat aliquid inscia vxore: nam licet impensa mariti prouida vel prodiga diminuat lucra non tamen donatio est; hæc enim non permittitur, sicut impensa. ibid.

Donata marito à consanguineis eius, ad eum pertinent: & ad vxorem, quæ ei dantur à suis consanguineis. num. 166.

Potest paciscì cum promittente dotem, & non soluente, vt donec soluat, reddat singulis annis pro oneribus matrimonij tantum quantum aliquis mediocriter industrius, ex illa dote (manẽte salua) capere posset. num. 213.

Iusta sunt statuta regionum, statuentia vt promittens dotem, donec soluat, & etiam maritus, & ipsius hæredes, donec dotem reddant vxori viduæ, vel separatæ, impendant certum quid singulis annis.

Qui dotẽ recipit, & hęredes eius in causa diuortij, tenentur vxori viduæ, vel separatæ præbere alimenta, quæ (salua dote) dari possunt, donec persoluatur vxori. num. 213.

Peccat

Peccat mort. maritus capiens ad vsuram merces ad res vanas, contrahendo graue æs alienum, damnificando notabiliter vxorem, ac liberos. Idem de capiente & emente habita fide de pretio merces, quas præsenti pecunia vendat. cap. 17. num. 163.

MARTYRIVM. Peccat mort. qui se martyrio temerè offert, & irritans infideles. Item qui se offert ad martyrium principalis ob tædium vitæ, quàm ob zelum fidei. c. 11. num. 40. & cap. 15. num. 12.

Est autem martyrium in præcepto quando necessarium est ad defendendam fidem, vel bonitatem multorum: vel ad excusandas blasphemias. Est in consilio quando ex eo non sequitur ampliùs, quàm gloria Dei, & exaltatio fidei. cap. 11. num. 40.

MATER. vide tit. Pater.

MATRIMONIVM I.

In se & quoad ætatem contrahentium.

MATRIMONIVM est *Sacramentum, quo fit mariti & fœminæ coniunctio, individuam vitæ consuetudinem retinens.* cap. 22. num. 19. §. 1.

Matrimonium inter infideles non est sacramentum, sed tantùm contractus. Solum Matrimonium Christianorum est Sacramentum, & confert gratiam recipienti, nisi obex ponatur. num. 19. & 20.

Coniunctio quæ per Baptismum & Pœnitentiam fit inter Deum & animam, metaphoricè dicitur coniunctio. num. 19.

Coniunctio verò maris & fœminæ, quoad Matrimonium, principaliùs dicit vnionem animorum vtriusque, quàm corporum, cum qua etiam sola potest constare Sacramentum. num. 19.

Indiuiduitas, siue insolubilitas matrimonij in hoc consistit, quòd sic coniuncti nisi morte naturali non possunt solui regulariter, nec possunt altero viuente, aliis coniungi, debent alter alteri fidem seruare, & debitum coniugale reddere, & se mutuò in administranda re familiari iuuare, denique neuter eorum potest sine alterius consensu continentiam promittere. num. 19.

Matrimonij materia est consensus legitimus: forma sunt verba, & sufficit nutus, vel signa, vel Scriptura, imò aliquando taciturnitas, vt quando pater contrahit pro filia præsente, audiente, & non contradicente. num. 20. §. 2.

Ætas legitima in viro ad contrahendùm

dùm de præsenti est quatuordecim annorum completorum, & in fœmina duodecim. Si tamen potentia suppleat ætatem, priùs contrahere possunt: quæ quidem vsque ad illum annum non præsumitur. num. 29. Ætas verò ad Sponsalia est septem annorum in vtroque: peruenientes tamen ad annos pubertatis possunt petere absolutionem. num. 27.

Peccat mort. qui contrahit matrimonium, vel sponsalia ante legitimam ætatem. Quamuis in hoc communiter magis peccent consulentes, & contrahentium curam habentes, quàm ipsi contrahentes, qui plerumque excusantur ob ignorantiam iuris. num. 29. in Antiquo. Nam in Nouo sublatum est non de consensu auctoris, sed ex errore impressoris, vt ex contextu præcedenti & ex summario apertè constat. num. 29. cap. 22.

Contrahere matrimonium ob finem mortalem est culpa mortalis. Contrahere propter delectationem carnis, vel propter diuitias, est veniale. Contrahere autem minùs principaliter propter hæc, & principaliter propter Deum, non est peccatum. num. 79.

Peccat m. qui cùm sit in mortali, vel existat excommunicatus maiori vel minori, contrahit matrimonium. num. 81.

Omnis vtriusque sexus ætate legitima, & iusto iudicio præditus, potest contrahere matrimonium, nisi specialiter prohibeatur, vel intersit aliquod impedimentum inter contrahere volentes. Amens verò tempore amentiæ non potest. num. 29.

Circa matrimonium definiuit sub anathemate Concilium Trid. sess. 24. hæc sequentia.

I. *Quòd matrimonium est propriè ac verè Sacramentũ à Christo Domino institutũ.* II. *Quòd confert gratiam.* III. *Quòd non licet Christiano habere plures vxores, quia prohibitum est per legem diuinam.* IV. *Quòd non solùm gradus consanguinitatis & affinitatis in Leuitici* cap. 18. *expressi, possunt impedire matrimonium, & dirimere contractum: sed etiam alia impedimenta ab Ecclesia statuta.* V. *Quòd potest Ecclesia in aliquibus illorum Leuitici dispensare.* VI. *Quod potuit Ecclesia constituere impedimenta dirimentia matrimonium, & quòd nullatenus errauit in hoc.* VII. *Quòd matrimonium non potest dissolui, neque dissoluitur propter hæresim, vel molestam cohabitationem, vel absentiam affectatam.* VIII. *Quòd matrimonium ratum non consummatum potest dirimi per solemnem professionem religionis alterius coniugum.* IX. *Quòd non errat Ecclesia docendo matrimonij vinculum non*

non dissolui per adulterium, & neutrum etiam innocentem posse altero viuente matrimonium contrahere, mœcharique eum, qui dimissa adultera aliam duxerit, & eam, quæ dimisso adultero alij nupserit. X. *Quòd non errat Ecclesia, quæ propter aliquas causas separat coniuges quoad thorum, vel cohabitationem ad tempus certum, vel incertum.* XI. *Quòd clerici sacris initiati, vel Regulares post solemnem castitatis professionem non possunt contrahere matrimonium, & si contrahant non tenet: quia obstat ei lex Ecclesiastica, & votum solemne emissum: neque per hoc vllo modo damnatur matrimonium.* XII. *Quòd non possunt omnes contrahere matrimonium, qui castitatem vouerunt, etiam si non sentiant se eius donum habere.* XIII. *Quòd status coniugalis non est anteponendus statui virginitatis, vel cœlibatus.* XIV. *Quòd prohibitio solemnitatis nuptiarum, certis anni temporibus non est superstitiosa, nec tyrannica.* XV. *Quòd non sunt damnandæ benedictiones, nec aliæ cæremoniæ, quibus Ecclesia vtitur in matrimoniis.* XVI. *Quòd causæ matrimoniales spectant ad iudices Ecclesiasticos.* cap. 22. num. 31. in Antiquo: nam in Nouo sublata sunt hæc omnia ex negligentia impressoris.

Peccat mort. qui credit hæc definita à

Trid.non esse vera: & est hæreticus, & si id quouis modo exteriùs expresserit, est excommunicatus per bullam cœnæ.num.31.

MATRIMONIVM II.

Quoad Sponsalia.

A SPONSALIA non sunt matrimonium, *sed promissio eius: & requirunt mutuam promissionem.* Sufficit tamen quòd altera pars tacitè repromittat. Et quamuis promissio vnius tantùm sufficiat ad se obligandum, non tamen sufficit ad efficienda sponsalia, nisi sit mutua,& reciproca. cap. 22. numero.25.

B Dissoluuntur multis modis Sponsalia. I. Remissione partium, etiam si sint iurata. II. Per alterius ingressum religionis etiam ante professionem.num. 25. & 26. III. Per matrimonium alterius de præsenti contractum. IV. Per migrationem alterius in aliam regionem, si non redit tempore præfinito.nu.26. V. Per superuenientem affinitatem. VI. Per absolutionem à iudice factam, quia contraxerunt intra annos pubertatis, & peruenientes ad illos, petunt absolutionem. VII. Per lapsum tempo-

ris

ris præfiniti ad contrahendum de præsenti. C
VIII. Per superuenientem lepram, vel alium morbum contagiosum, aut notabilem deformitatem. IX. Per superuenientem fornicationem alterius. X. Per votum castitatis præcedens, non tamen per sequens: quoniam alter non potest vouere in præiudicium alterius excepto voto religionis. XI. Per superuenientem capitalem inimicitiam. XII. Per non impletionem promissi. XIII. D
Per famam impedimenti canonici ad contrahendum. XIV. Per susceptionem ordinis sacri. XV. Per superuenientem cognationem legalem. XVI. Per asperitatem morum alterius. XVII. Per aliquid nouè superueniens, quod si præcessisset, non fuissent contracta. num. 26. & 27.

In his casibus regulariter non dirimuntur ipso iure, & qui contraheret absque auctoritate iudicis in casu quo esset necessaria, committeret graue veniale. Imò nullo modo peccat, quando causa dissoluendi est manifesta. Idem quando sponsalia sunt clandestina. num. 27. E

Qui promisit alicui non ducere aliam, quàm illam, non tenetur ducere illam: non tamen potest ducere aliam. num. 27.

Sponsalia dupliciter transeunt in matrimonium. I. Per copulam subsecutã affectu

mari

maritali, id est, cum intentione consummandi matrimonium: & hoc quidem secundùm ius antiquum. Sed iam non habet locum post Tridentinum Concilium. n. 28. & c. 25. num. 144. & ca. 27. n. 141.

II. Per declarationem consensus de præsenti, verbis vel aliquo signo aperto factã: non tamen per simultaneam habitationem, nec per traductionem sponsę in domũ sponsi, nec per oscula, nec amplexus, nec copulam attentatam. c. 22. n. 28.

De sponsalibus conditionatis, quando transeant in matrimonium, vide Matrimon. IIII.

Qui contrahit matrimonium, vel sponsalia, cum cognata intra primum gradum illius, cum qua contraxit sponsalia, vel matrimonium validum, peccat mort. & matrimonium vel sponsalia sunt nulla. num. 26. & 57.

H Impedimentum iustitiæ publicæ honestatis est impedimentum quod impedit & dirimit inter spõsum vel maritum, & omnes cognatos sponsæ suæ, vel mariti intra gradum prohibitum. num. 57.

Ad hoc impedimentum non requiritur copula: illa autem interueniẽte oritur aliud impedimentum affinitatis. Ante Trid. non requirebatur, quòd matrimonium, vel spõsalia

salia iure valerēt, & impediebat vsque ad 4. gradum. At nunc requiritur quòd sint valida, & solùm impedit intra primum gradum. num. 57.

Qui post contracta sponsalia cum vna, I deinde cōtrahit matrimonium cum cognata eius, priorem debet accipere, quia secundum nullum fuit. Quòd si secundam cognouit, neutram potest accipere; non primam, propter impedimentum affinitatis, ortum ex copula; non secundam, propter impedimentum publicæ honestatis ortum ex primis sponsalibus. c. 22. num. 26. & tit. 57.

Peccat mort. qui post contracta sponsalia L. cum vna, contrahit cum alia matrimonium vel sponsalia. num. 72.

Sponsalia clandestina non sunt annullata per Trid. num. 144. c. 25.

De eo qui deflorans virginē promisit ex animo eam ducturum, quando teneatur ducere, quando non. vide tit. Luxuria.

MATRIMONIVM III.

Quoad verba absoluta.

ILLA verba requiruntur, & sufficiunt ad matrimonium quibus cum dicto vel signo statim significatur alterum alteri sui corporis

ris potestatem tradere, quomodolibet dicantur. ca. 23. num.20.

Quando constat de voluntate contrahentium,non refert quoad vtrumque forũ, quibus verbis vtantur: quoniam si est vtriusque volũtas cõtrahendi de præsenti,matrimoniũ fit:si de futuro,sponsalia tantùm.num. 79.

MATRIMONIVM IV.

Quoad verba sub conditione.

QVOAD forum interius in nullo casu matrimonium vel sponsalia contrahũtur ante impletam conditionem, si verè fuit animus suspendendi, vsque ad implementum conditionis. ca.22.n.66.67.

Conditio turpis,& contra bonum indiuiduitatis, & contra fidem matrimonij,annullat matrimonium.num 66.

Conditio turpis, vel impossibilis, quæ nec est contra substantiam,nec bonum matrimonij non annullat, neque suspendit, sed habetur pro non adiecta.c.22.n. 66.

Conditio honesta suspẽdit,donec impleatur,dummodo ponatur à principio,& suspẽsiuè,& ambę partes expressè consentiãt conditioni,vel vna pars expressè, & altera tacitè. num.62.& 66.

C Quòd si talis conditio sit honesta,& de re præteri

præterita, vel præsenti, non est vera conditio: imò si est vera, matrimonium statim valet; si falsa, est nullum. ibid.

Causa, modus, & demonstratio numquam suspendunt matrimonium: annihilant tamen, quando sunt contra substantiam, vel matrimonij bonum. ibidem.

Per hæc verba, *duco te in vxorem si cras* D
orietur Sol, est matrimonium purum quoad Ecclesiam, non tamen quoad forum interius, si verè fuit animus suspendendi consensum vsque ad ortum Solis. n. 67.

Matrimonium contractum cum hac conditione, *si pater voluerit*, & pater postquam semel contradixit, consentit, validum est, si consensus contrahentium durat vsque ad consensum patris. num. 63.

Quòd si pater tacet, nec consentiens, nec E
contradicens expresè, validum est, si per signa colligitur, illum tacere, quia placet ei: & nullum, si colligitur tacere, quia displicet ei: in dubio tamen nō videtur ideo tacere, quia placeat ei. ibidem.

Si tempore quo ponitur ista conditio, *si pater voluerit*, pater est mortuus ignorāte filio, matrimonium est nullum: si autē sciente, validum est: quia conditio est impossibilis, & habetur pro non adiecta. n. 64.

Si ante impletam conditionem, altera F
partium

partium voluntate mutata contrahit absolutè, cum alia valet, secus si contrahat post impletam.c.22.n.64.

Qui dicit, *contraho tecum matrimonium si permiseris coitum*, matrimonium est nullum, si intelligit de fornicario. Si verò intelligat de vxorio, perfectũ est simul atque coierit.n.65.

Qui dicit in futuro, *contrahã tecũ si permiseris coitũ*, manent sponsalia pura, & absoluta, si intelligit de fornicario: si verò de licito sũt conditionalia, quæ secuta copula licita transeunt in matrimonium, secundùm ius antiquum, non tamen post Trident. n. 26. & 65.

Per hæc verba, *contrãho tecum, si te virginem inuenero*; intelligendo per inspectionem honestarum fœminarum, est matrimonium conditionale: si per copulam intelligit, est purum quoad Ecclesiam.n. 66. Quòd si expressè dicat *contraham tecum si te per copulam virginem inuenero*, sunt sponsalia pura. ibid. Si verò dicat *contraham tecum, si te per honestas fœminas virginem inuenero*, erunt sponsalia conditionata. Ibidem.

MATRIMONIVM V.

Quoad intentionem & consensum.

A PECCAT mort. qui contrahit matrimoniũ, vel sponsalia fictè, & matrimonium est nullum,

nullum, quamuis copula sequatur, si posteà verè in eam non consensit. Nec sufficit cohabitatio cum ea tamquam propria vxore, etiam si crederet sufficere, nisi coiret, vel cohabitaret animo contrahendi denuò, quia per talem cohabitationem & copulam non vult denuò contrahere, sed vti matrimonio antea contracto. c. 22. num. 76.

Tenetúrque stabilire matrimonium fictè contractum, nisi sit magna inæqualitas; & tũc tenebitur restituere damna sequuta. Decepta verò non potest alteri nubere, nisi iudicio prudentis viri credat deceptorem verũ dicere. Cuius rei signa erũt, si ille statim post B contractum matrimonium, id declarauit, & cum alia contraxit, vel religionem est professus: vel si id non declarauit, statim posteà tamen iuramento firmauit, & alioqui est fide dignus, & suæ conscientiæ curam habens, & bonorum consuetudine vtens. Idem si adeò dispares sint, vt verisimile sit illum noluisse cum illa cõtrahere: aut si sint alia huiusmodi indicia, vt illa tutò possit alteri nubere. Alioqui non licebit. nam sæpe nobiles & diuites solent ob egregiam formam, vel alios fines, verè contrahere matrimonium cum plebeiis fœminis. n. 77.

Peccat mort. contrahens cum aliqua legi- C timis verbis, protestatus priùs absque iusta

causa per nulla verba esse sibi animum contrahendi, quamuis eam carnaliter non cognosceret, & in foro exteriori iudicaretur pro matrimonio. Si verò id protestatur ob iustã causam, quam habet, nec peccat, nec cẽsebitur matrimonium in illo foro. num. 78.

Quibus verbis vtendum, cùm constat de voluntate contrahentium, vide Matrimonium. III. lit. B.

Non requiritur vt ambo dent consensum simul, eodem loco & tempore, dummodò prior in consensu perduret. num. 80.

D Si vnus consentit verè, & alter fictè, qui tamen post aliquot dies verè cõsentit, priori in suo consensu permanente, fit verum matrimonium. Consensus autem tamdiu dicitur durare, quamdiu non receditur ab eo. nu. 80.

MATRIMONIVM VI.

Quoad consensum coactum.

A PECCANT mort. parentes, qui cogũt ad matrimonium filios, qui votum continẽtiæ, vel religionis emiserunt in ætate legitima. c. 14. n. 17. An verò possit filius cogi à patre vt contrahat cum tali, vide tit. Filius.

Peccat mort. qui metu iusto cogit aliam secum contrahere, vel cum alio: & qui post coactè contractũ retrocedit, nolente coacta, nisi

nisi iusta causa superueniens excuset. Et potest cogi ad contrahendum. c. 22. nu. 50. 51.

Peccat mort. qui metu mortis consummat matrimonium. Nam illud metu iusto contractum, & consummatum non valet, etiam si verè consentiat. nu. 51.

Metus iustus cadens in virum constantem, est ille quo minus malum eligitur causa vitandi maius. Sed hoc intelligitur ad effectum excusandi à peccato, non ad iudicandum firmitatem, vel infirmitatem actûs. Nam ad hoc iudicio boni viri iudicandum est, quis dicatur metus iustus. Verumtamen minor metus sufficit in fœmina, quàm in viro. n. 51. Vtrùm metus reuerētialis annullet matrimonium. vide c. 22. n. 51.

MATRIMONIVM VII.

Quoad consensum clandestinum.

CIRCA Matrimonia clandestina statuit Trident. sess. 24. c. 1. de Reform. hæc sequentia.

I. *Errare, dicentes quòd matrimonia clandestina ante Trident. non erant valida. Vel, quòd filius non potest, sine consensu parentum, matrimonium contrahere. Vel, quòd parentes possunt illud irritare.* II. *Quòd matrimonia clandestinè contracta, quamuis valida fuerint ante*

ipsum concilium, tamen contrahere illa semper fuit detestabile.

III. *Præcipit sancta Synodus, vt in posterũ antequam matrimonium contrahatur, ter à proprio contrahentium parocho tribus continuis diebus festiuis in Ecclesia inter Missarum solemnia publicè denuntietur inter quos sit matrimonium contrahendum: quibus denuntiationibus factis, si nullum legitimum opponatur impedimentum, ad celebrationem matrimonij in facie Ecclesiæ procedatur, vbi parochus, viro & muliere interrogatis, & eorum mutuo consensu intellecto, vel dicat*, Ego vos in matrimonium coniungo in nomine Patris & Filij & Spiritus Sancti. Amen. *vel alijs vtatur verbis iuxta receptũ vnius cuiusque prouinciæ ritum. Quòd si aliquando probabilis fuerit suspicio, matrimonium malitiosè impediri posse, si tot præcesserint denuntiationes: tunc vel vna tantùm denuntiatio fiat, vel saltem parocho, & duobus vel tribus testibus præsentibus, matrimonium celebretur; deinde ante consummationem denuntiationes in Ecclesia fiant, vt si aliqua subsint impedimenta, facilius detegantur, nisi Ordinarius ipse expedire iudicauerit, vt prædictæ denunciationes remittantur: quod illius prudentiæ & iudicio sancta Synodus relinquit. Qui aliter quàm præsente parocho, vel alio Sacerdote, de ipsius parochi vel ordinarij licẽtia, & duobus*

lus vel tribus testibus, matrimoniũ contrahere attentauerint, eos sancta Synodus ad sic contrahendum omnino reddit inhabiles, & huiusmodi contractus irritos & nullos esse decernit, prout eos præsenti decreto irritos facit, & annullat.

IIII. *Quòd quicumque sacerdos sine licentia parochi coniunxerit matrimonio aliquos, maneat suspensus, donec ab ordinario eius, qui coniungere debebat, absoluatur.* V. *Parochus, contrahentium, & testium nomina, & matrimonij contracti locum describat, & librum apud se custodiat.* VI. *Quòd contrahentes antequam contrahant, vel triduò ante consummationem matrimonij confiteantur, & cõmunicent.* VII. *Quòd laudabiles consuetudines & ceremonias, quas, vltra predictas, circa hæc quæque prouincia habeant, adhuc seruent & retineant.* c. 22. n. 68. & 69.

Vnde infertur quòd peccat mortaliter qui contrahit matrimonium clandestinè. c. 16. num. 36.

Matrimonia sine proprio parocho & testibus clandestinè celebrata & cõtracta, sunt omnino irrita & nulla post Trid. Matrimonia verò coram parocho & testibus contracta, sunt valida, etiam si fiant sine trina monitione; dicentur tamen clandestina ob alios effectus. n. 70. c. 22.

Peccat mortaliter, qui contrahit matri-

monium etiam publicè non præmissa trina monitione.num.68.

Qui contraxit clandestinè, peccat mortaliter in aliquibus casibus,non publicando, quamuis matrimonio non vtatur, videlicet quando altera pars petit vt publicetur, aut periculum incontinentiæ imminet, & nulla est iusta causa, qua differatur:imò si tale periculum non sit, & vterque consentiat; tamen si timetur damna ex tali matrimonio, eo quòd non publicatur, peccat non publicando:aliàs non.cap.16.num.38.

Qui post contractum primum matrimonium clandestinè, contrahit secundum publicè; peccat si vtatur secundo, etiam compulsus sub excommunicatione. Tenetur tamen cum secunda conuiuere, præcipiente prælato, si possit absque periculo copulæ, alioqui verò minimè.cap.16.num.39.

Qui ante Trident.clam cõtraxit, & consummauit, & postea quia ipse id negauit in iudicio, ipsa alteri nupsit,non potest ipse religionem ingredi.cap.22.num.24. Quòd si is cui illa secundò nupsit,moreretur,teneretur iste eam accipere, etiam post professionem. ibidem.

In denuntiationibus potest Episcopus iusta de causa dispensare,vt omittantur:veluti si nobilis velit contrahere cum ignobili,di-

ues

nes cum paupere, senex cum adolescentula, aut timeatur consanguineorum vel aliorum malitiosa impeditio.cap.22.num.70.

Vtrùm autem matrimonium contractum in facie Ecclesiæ, contractum absque proprij Sacerdotis, vel eius locum tenentis præsentia, sit validum, Doctor manet dubius, in cap.22. num.69. arguens pro vtraque parte, sed cap.25.in fine tenet non valere.

Facies Ecclesiæ potest dici ianua Ecclesiæ, vel ipsa Ecclesia, vel præsentia multorum saltem cognatorum, & vicinorum, & idoneus testium numerus. Sed nunc facies Ecclesiæ quoad matrimonium est præsentia proprij parochi, vel eius locum tenentis, & duorum vel trium testium. cap.22.num.70.

Nulla causa quantumuis iusta, potest hodie facere, vt matrimonium sine parocho, aut eius vicario, & testibus, nouò contractum sit validum. Neque Episcopi possunt dispensare, vt illorum præsentia non adhibeatur.num.70.

Qui verò publicè, & præmissis denuntiationibus, seruatáque forma Conc. Trident. contraxit matrimonium, sed nullum, ob aliquod impedimẽtum occultum, tenetur post obtentam dispensationem denuò contrahere, potéstque clandestinè, & in foro cõscientiæ tantùm contrahere.cap.16.num.36.

Imo Pius V. declarauit, non requiri præsentiam parochi neque testium ad huiusmodi matrimonium nullum, per dispensationem obtentam denuo contrahendum, & reualidandum.cap.22.num.70. Quæ declaratio est valde vsitata in Pœnitentiaria Romana.cap.16.num.37.& cap.22.num.70.

Minor, qui timet se à suo curatore traditum iri alicui nuptui parum conuenienti, potest clandestinè,id est,sine denuntiationibus,non tamen sine parocho & testibus,contrahere cum alia sibi multùm conuenienti. cap.16.num.36.37.

Confessarius & testes, qui procurant, & faciunt, vt aliquis gladio grauiter ictus & iam iam moriturus,ducat vxorem concubinam suam, vt liberos ex ea susceptos legitimos faciat,& ipse in bono statu moriatur,in nullas censuras,neque alias pœnas incidunt. num.37.

Vtrùm coniuges clandestino matrimonio vtentes peccent,vide,Matrimon.X.§.13.

Sufficit ex declaratione Pij V. parochus habitationis fœminæ, quãdo matrimonium celebratur in parochia fœminæ.Et iuxta declarationem Gregorij XIII. sufficit parochus viri, quando contrahitur in parochia viri. Additum in Nou. cap.25. num.144.in fine.

Spon

Sponsalia clandestina valida sunt etiam post Trid. ibidem.

MATRIMONIVM VIII.

De impedimentis in genere.

DVplex est impedimentum. vnum impediens tantùm: alterum impediens ac dirimens. Dicitúrque dirimens, non quòd dissoluat matrimonium legitimè contractum ante huiusmodi impedimentum, sed quia cõtrahentes post illud peccant mort. & matrimonium est nullum. cap. 22. num. 29. A

Qui credens impedimentũ esse dirimens, quamuis non sit, contrahit, peccat mort. & matrimonium non valet, si credebat illud non valere: aliàs sic. num. 49.

Non tenetur alter coniugum credere subesse impedimentum dirimens, eo quòd vnus testis etiam fide dignus iuratus, & amicus, & proprius parochus id affirmet ei. num. 82. B

Matrimonium contractum ab ignorante impedimentum dirimens, non incipit valere per solam cessationem impedimenti: sed requiritur nouus consensus, concessa ei qui ignorauerit libertate renunciandi, seu renuendi. Satis tamen datur libertas quando

declaratur impedimentum, etiam in genere,& non cogitur ad contrahendum.cap.22. num.47.

C Matrimonium nullum ob aliquod impedimentum dirimens,non incipit valere propter dispensationem denuò superuenientem, nec per solam cohabitationem, & copulam subsequentem, nisi adsit nouus & mutuus consensus.num.76.& 86.

Inter infideles potest dari impedimẽtum dirimens per eorum leges.Non tamen comprehendunt eos impedimenta Ecclesiastica, quantùm ad matrimonia contracta in sua infidelitate.num.49.

Aliquod impedimentum dicitur iuris naturalis,quia ex se dicit indecentiam,non tamen tantam, vt absque lege positiua diuina, vel humana obliget,& ita non constituit ius naturale.num.84.

Excommunicatio non est impedimẽtum dirimens.cap.9.num.2.& cap.22.num.81.

Sciens aliquẽ cognouisse consanguineam eius,quam vult ducere, tenetur denuntiare. cap.16.num.58.cap.18.num.54.

Peccat mort.qui iussus sub excommunicatione, non denunciat impedimẽtum quod scit.cap.22.num.83.

Si impedimentum est occultum,& ortum ex peccato, qui illud scit,debet priùs secretò mone

monere:quòd si non sufficiat,denunciet Superiori,quamuis probare nō possit;quoniam ad impediendum matrimonium nondum contractum, sufficit testimonium vnius. Si verò credit ex denunciatione magnum futurum scandalum, non tenetur denunciare, quamuis probare possit.num.83.

MATRIMONIVM IX.
De impedimentis impedientibus tantùm.

SEptem sunt delicta, quæ impediunt, & non dirimunt Matrimonium.

I. Incestus,qui *propriè est solus accessus ad consanguineam, vel affinem in gradu prohibito.*cap.22.num.74.

Primò, Ex omni incestu oritur impedimentum affinitatis impediens & dirimens. Secundò, Ex incestu cum affine admisso durante matrimonio oritur impedimentum contrahendi cum quacunque alia. Tertiò, Ex incestu cum consanguinea,oritur duplex impedimentum, scilicet affinitatis, & ne possit cum alia contrahere. num.74. & quidem in duobus primis dictis omnes conueniunt, in tertio autem dissentiunt plerique Theologi, & plerique canonistæ: sed immeri

meritò tum propter aliqua capitula iuris canonici, tum etiam quia hoc impedimentum non inductum est propter iniuriam, quæ fit matrimonio, per coitum cum cognata coniugis: quandoquidem idem impedimentum oritur ex incestu cum affine, nullo præcedéte matrimonio. Super hoc impedimento vt possit cum alia quacumque, præter incestuosam, contrahere, Episcopus dispensare potest, si timetur periculum incontinentiæ; imò iam ex consuetudine non est necessaria dispensatio. num. 75. II. Impedimentum est vxoricidium: idem de viricidio, & mariticidio. III. Raptus sponsæ alterius. IV. Proprij filij de fonte susceptio, animo, ne vxor à se debitum possit exigere. V. Presbytericidiū. VI. Peccatum, propter quod pœnitentia solemnis iniuncta & facta fuit. VII. Contractus matrimonij scienter cum moniali. num. 74. Iam de impedimentis quæ impediunt & dirimunt.

MATRIMONIVM X.

De impedimentis quæ impediunt & dirimunt: & diuiditur in 9. §§.

§. 1.

A DE *impedimento erroris.* Peccat mort. qui procurat matrimonium, vel sponsalia à se

à se vel ab alio contrahi per errorem, quæ aliàs non contraherentur.num.32.

Error personæ aut conditionis seruilis annullat matrimonium: non tamen error fortunæ.Atque error fortunæ est credere de paupere,quòd sit diues,aut de plebeio, quòd est nobilis,&c. Error personæ est credere de vna persona quòd sit alia, vt quòd sit filius talis regis vel comitis, cùm tamen non sit: si autem credatur indeterminatè quòd sit filius regis vel comitis,vel nobilis,non est error personæ,sed fortunæ vel qualitatis; nec etiam est error personæ,si credatur filius talis regis,vel comitis,& tamen non habeatur cognitio talis regis & talis filij. Error etiam personæ est credere quòd sit primogenitus alicuius, cùm tamẽ non sit;& propter spem quam habet, illum successurum in bonis paternis,nubit tamquam primogenito.si verò absolutè consentiret in præsentem, valet matrimonium.ibidem.

Error conditionis seruilis est, quo quis credit seruum esse liberum. Vnde peccat mort. seruus contrahens matrimoniũ cum libera ignorante statum serui, & matrimonium est nullum. Quòd si seruus cum serua contrahat, putans eam liberam, matrimonium est validum.cap.22.num.33.

Matrimonium erroneum, si est clandestinum,

ſtinum, propria auctoritate poteſt diſſolui quoad omne: ſi eſt publicum, poteſt ſeparari quoad thorũ, propria auctoritate; & quoad cohabitationẽ, per ſententiam iudicis, etiam ſi dominus ſeruam poſt matrimonium manumiſerit, libero coniuge inſcio, & etiam ſi cum ea libera facta copulam habuerit coniugalem: niſi adſit nouus conſenſus. ibidem.

Si tamen liber reſciuit eam eſſe ſeruam, & tamen conſenſit in eam ſaltem per copulam vxorio affectu habitam, non fit validum matrimonium, poſt Trid. ibid.

Si liber matrimonium ignoranter contraxit cum ſerua, & nihilominùs eam vult habere pro vxore; & illa non vult, matrimonium eſt nullum: ſed cogetur ab Eccleſia, vt conſentiat. ibid.

Dominus tradens ancillam ſuam tãquam liberam, libero credenti eam liberam, videtur manumittere illam. ibid.

Peccat mort. Dominus, qui conſentiens matrimonio ſerui ſui, non concedit ei locum ad reddendum debitum. Seruus autem contrahens inuito Domino magis tenetur ad eius obſequium, quàm ad reddendum debitum: ſecus ſi contrahat eo conſentiente. num. 34.

Quamuis Dominus poſſit vendere ſeruum ſuum, qui de eius conſenſu contraxit

matri

matrimonium, non tamen in regiones tam remotas, vt impediatur vsus matrimonij. nu.34. Peccat Dominus qui prohibet seruis suis contrahere matrimonium. ca.14.nu.21.

§. II.

DE *impedimento voti, & ordinis.* Peccat mort.qui post votum simplex castitatis contrahit matrimoniũ vel sponsalia;quamuis contraheret animo ingrediendi religionem post contractum.valeret tamen matrimonium quamuis vterque vouisset castitatem.cap.22.num.73.

Iste antequam consummet,tenetur ingredi religionem, vt hac via obseruet votum. vnde si consummet etiam ad petitionem alterius, peccat.ibid.cap.12.nu.80. vnde contrahendo & consummando committit duo peccata.cap.12.nu.80.

Post consummatũ verò matrimoniũ non peccat reddendo petenti. & hoc non solùm petenti formaliter,verùm etiam virtualiter; nẽpe per signa vel alia indicia:peccat tamen quoties petit.poterítque Episcopus dispẽsare post consummatum matrimoniũ vt petat. c.16.n.30. & quamuis hæc perpetua prohibitio petendi debitum, videatur secundùm mentem auctoris comprehendere etiã eum, qui vouit non nubere: ego autem solùm intel

intelligo eam de illo qui vouit continentiam. quoniam votum non nubendi,non æquiualet voto castitatis.

Et quod dictum est, peccare illum, qui post votum castitatis contrahit matrimonium,animo non consummandi,intelligendum est, nisi contrahat ad euitandam mortem vel infamiam.ibidem.

Iste autem, qui contraxit post votum castitatis, non potest mortua prima vxore denuo contrahere,quamuis iurasset.c.22.n.73.

Peccat etiam mortaliter qui contrahit cum ea , quam scit vouisse castitatem.ibid. & quod diximus de voto , idem dicendum est de iuramento.ibidem.

Qui interrogatus, an valeat matrimonii contractum post votum simplex castitatis, respondet, valere;peccat,si persona interrogans est talis quòd detur ei occasio peccandi,aliàs non.ibidem.

Qui post votum religionis contrahit, peccat , sed poterit debitum petere. cap.12. num.47.

Matrimonium ratum nõ consummatum dissoluitur per votum solemne religionis. cap.22.num.21.

Qui post contractum matrimonium , & non consummatum,vouit religionem,tenetur implere.num.27.

Matri

Matrimonia, vel sponsalia contracta post votum solemne, sunt irrita & nulla. num. 31.

Peccat mort. qui sacro ordine initiatus contrahit, & est excommunicatus, & matrimonium est nullum. nu. 52.

Peccat mort. coniugatus ordinem sacrum suscipiens, insciа vel inuita vxore: secus si suscipiat ex consensu legitimo vxoris. & erit legitimus, si sit senex, & castitatem voueat. nu. 32. vel religionem ingrediatur. ibidem. 52.

Maritus, cuius vxor fornicata est, ipso non dante causam, potest ingredi religionem. num. 24. Sed ipsa non potest alij nubere, dum ipse vixerit, si matrimonium fuit consummatum inter eos.

§. III.

DE impedimento consanguinitatis intra quartum gradum. *Consanguinitas est propinquitas duarum personarum, quarum vna ex altera, vel amba ex eadem descendunt.* cap. 12. nu. 41.

Consanguinitatis gradus necessariò & distinctè est confitendus vsque ad quartum. cap. 7. nu. 4. & cap. 16. nu.

Consanguinitas intra quartum gradum, impedit matrimonium, & dirimit. Et qui

contrahit cum ea, quam credit vel credere debet esse suam consanguineam, intra quartum gradum inclusiuè, est excommunicatus, nisi excuset eum ignorantia. cap. 22. nu. 42. 43.

Qui verò contrahit sponsalia, peccat mort. sed non est excommunicatus, nisi habeat cum tali consanguinea copulam affectu maritali. cap. 22. nu. 43.

Excommunicatio lata contra consanguineos contrahentes, non comprehendit consulentes, mandantes, nec aliter consentientes. cap. 27. nu. 51.

Qui credentes se esse cognatos contrahũt (cùm non sint) peccant mort. & matrimoniũ non valet, si credebant illud non valere: aliàs verò sic. cap. 22. nu. 43.

De aliquo gradu aut impedimento prohibito, Leuit. 18. habente indecentiam, vide Matrim. VIII.

§. IIII.

DE impedimento affinitatis. *Affinitas est propinquitas duarum personarum, quarum vna cum consanguinea alterius copulam habuit completam.* Contrahiturque tam per copulam illicitam, quàm per licitam perfectam: non

don tamen sufficit sola penetratio fœminæ, nec violatio virginitatis, nec alia quæuis turpitudo cum muliere facta, sine seminis effusione in eius vas naturale: nec sufficit actus Sodomiticus. Atque affinitas quidem ex copula licita, intra quartum gradum impedit ac dirimit matrimonium. Orta verò ex copula illicita, non extenditur vltra secundum gradum. Nam reliqui, tertius scilicet & quartus huius postremæ affinitatis gradus, nullo modo impediunt, ita vt post decretum Concilij Tridentini sit validum, & post decretum Pij V. sit licitum. cap. 22. nu. 42.

Affinitatis gradus est necessariò confitendus. cap. 7. nu. 4. iuxta differentiam copulæ licitæ vel illicitæ, ex qua talis affinitas oritur. cap. nu.

Qui contrahit scienter cum impedimento affinitatis, peccat mortaliter, & est excommunicatus. Quando verò excusat ignorantia, vide. capit. 22. num. 43. & capit. 27. n. 141. & in hoc Comp. tit. Excom. V I. §. 6. lit. E.

Si verò contrahit sponsalia cum affine, non est excommunicatus, nisi sequatur copula cum affectu maritali. ibidem. An ista excommunicatio comprehendat alios quàm contrahentes. vide tit. Excom. V I. §. 6. lit.

§. V.

DE impedimento cognationis spiritualis. *Cognatio spiritualis est attinentia duarum personarum, quæ ex statuto Ecclesiastico oritur per baptismi & confirmationis administrationem, vel susceptionem baptizati, vel confirmati, impediens ac dirimens matrimonium.* Vnde peccat mort. qui contrahit matrimonium cum alia contingente se huiusmodi cognatione spirituali; atque matrimonium est nullum. cap.22.nu.36.

Tota cognatio spiritualis redacta est hodie per Trident. ad solam eam, quæ est inter patrinum & baptizatum, patrem & matrē baptizati.& inter baptizantē & baptizatū,& patrem & matrē baptizati. Vnde cessant iam fraternitas,compaternitas,inter baptizantem, & patrinos.& reliqua omnia. Hæc cognationis spiritualis restrictio, intelligenda est etiā in ea quæ oritur ex confirmatione.nu. 36. 37.40.

Patrini autem baptizati illi soli intelliguntur, qui ad baptizatum de fonte suscipiendum, electi sunt ab iis ad quos spectat. Quòd si alij extra designatos baptizatum tetigerint, nullam cognationem spiritualem contrahunt. Quando autem ex negligentia Parochi, vel alterius, vel tempore

tempore necessitatis, nulli patrini designantur, verius esse iudicatur, quòd omnes qui tangunt baptizatum, & respondent, contrahunt cognationem spiritualem secundùm iura antiqua, siquidem Trident. nil loquitur de hoc casu. capite 22. numero 37. & 39.

Cognatio spiritualis orta ex Baptismo, seu Confirmatione, superueniens matrimonio contracto, non dissoluit, sed tantùm impedit petitionem debiti. Pater autem baptizans in necessitate filium coniugis suæ potest debitum petere. Pater verò baptizans in necessitate filium fornicarium, non potest contrahere cum eius matre sine dispensatione. cap. 16. num. 34. cap. 22. nu. 40.

Catechismus *baptismi est institutio baptizandi solenniter facta à Sacerdote de articulis fidei, cum unctione olei antè quàm baptizetur, & unctione Chrismatis post baptismum*: ex quo actu, & ex exorcismo ibi facto, oritur alia cognatio spiritualis inter easdem personas, inter quas nascitur ex baptismo, sed minor illa, impediens quidem matrimonium, sed non dirimens. Quæ etiam cognatio restricta est post Trid. sicut orta ex baptismo & confirmatione. nu. 40. & 72.

Quando ob neceſſitatem confertur baptiſmus ſine ſolemnitate extra Eccleſiam, tunc contrahitur cognatio ſpiritualis impediens ac dirimens: quando verò ſupplетur ſolemnitas catechiſmi in Eccleſia, contrahitur cognatio minor impediens tantùm nu. 40.

DE IMPEDIMENTO cognationis legalis.

§. VI.

EST *propinquitas ex adoptione alicuius in filium, prouenies.* Eſtque triplex. I. Aſcendentium vel deſcendentium, ſcilicet adoptantis & adoptati, & deſcendentium eius, quæ nec tollitur diſſolutione adoptionis, nec emancipatione. II. Quaſi tranſuerſalis, ſcilicet inter adoptatum, & filios naturales adoptantis durante adoptione, & filio naturali exiſtēte in poteſtate patris, & non aliàs. III. Eſt legalis affinitas ſcilicet inter vxorem adoptati, & adoptantis & inter adoptatum, & vxorem adoptantis: & hæc durat perpetuò ſicut prima. Quælibet autem harum impedit ac dirimit matrimonium, cap. 22. n. 44. Neque etiam contrahitur inter adoptātem, & matrem adoptiui, nu. 45.

§. VII.

DE IMPEDIMENTO frigiditatis, furiæ, amentiæ, & de maleficio.

§. VII.

IMPOTENTIA seu frigiditas perpetuâ impedit ac dirimit matrimonium: non tamen temporaria. Illa verò est *impotentia perpetua, quæ sine miraculo, vel probabili periculo animæ vel corporis, non potest tolli.* Impotentia autem generandi, quæ reperitur in senibus, vel in sterilibus, non impedit. num. 59.

Peccat mort. qui credens se perpetuò impotentem, contrahit matrimonium, vel sponsalia, & contractus est nullus. Idem de contrahente ignoranter, & postea sublata ignorantia vtitur matrimonio. ibidem. Possunt tamen conuiuere tamquam frater & soror. nu. 60. & cap. 3. nu. 5. lit. E. Nou. nu.

Qui potens contraxit scienter cum impotente, potest se ab illo separare etiam contra eius voluntatem, quia non est verum matrimonium: vnde non potest eo vti ad delectationem carnalem, poterunt tamen conuiuere tanquam frater & soror. nu. 60.

Et qui verè maritus est, & non potest

semen effundere, licitè potest niti ad copulam. ibidem.

Impotentia naturalis perpetua oritur ex frigiditate, & ad hanc reducitur omnis alius naturæ defectus, aut excessus, aut arctio membri, quæ naturalem copulam impediunt. Impotentia autem accidentalis perpetua oritur ex causa accidentali, per maleficium seu fascinationem, ad quam etiam reducitur quodlibet accidentale, quod ex abscissione vel castratione, vel alio artificio oritur, quod vel copulam naturalem vel saltem copulam perfectam impedit: vtraque impotentia dirimit, si est perpetua & inhabilis ad copulam naturalem, vel perfectam. nu. 59.

Maleficium seu fascinationem alio maleficio dissoluere, aut rogare aliquem etiam paratum, vt dissoluat, est peccatum mortale. Licitum est tamen modis licitis dissoluere maleficium, sicut exorcismis Ecclesiasticis, cap. 11. num. 29. Faciens verò maleficium per res sacras, peccat mort. nu. 32.

Furiosus vel amens, tempore suæ amentiæ non potest contrahere, cap. 22. numero 29.

DE

DE IMPEDIMENTO *disparitatis cultus.*

§. VIII.

PECCAT mort. Christianus contrahens matrimonium cum infideli pagana, vel catechumena, nondum baptizata: & matrimonium est nullum.

Peccat etiã m. Christianus Catholicus cõtrahens cum hæretica, vel schismatica: matrimonium tamen valet. num. 48. & 49.

Potest cõiux catholicus discedere à cohabitatione coniugis hæreticæ ad suam hæresim inducentis, non tamen potest cum alia contrahere denuo. nu. 22.

Matrimonium factum vel contractum ab infidelibus contra eorũ leges, non valet: & multò minùs contractum ab eis contra leges naturales, vt fit quoties cum pluribus quàm cum vna contrahitur. nu. 48. cap. 22.

Matrimonium contractũ inter infideles etiam consummatũ diuiditur, si alter conuertatur ad fidem: non tamen dirimitur ob solã conuersionem alterius. Nam quamuis conuersus licitè posset separari quoad cohabitationẽ, meliùs tamen faceret conuiuendo quousque spes esset conuersionis: imò non

potest cũ alia contrahere, nisi quando infidelis nollet habitare absque contumelia creatoris, & sine studio peruertendi, vel inducendi ad mortale. Quod procedit etiã si cõtraxerint in gradibus per Ecclesiam prohibitis, dũmodo secundũ leges eorũ matrimoniũ sit validũ. Si autẽ infidelis antequam fidelis cũ alia contrahat, cõuertatur ad fidẽ, tenetur fidelis illam recipere. cap. 22.n.49.

DE IMPEDIMENTO *criminis vel delicti.*

§. IX.

QVANDO possit negari debitũ propter adulterium vide tit. Matrimon. XIII.

Peccat mort. maritus qui occidit vxorem propriam in adulterio deprehensam. cap. 15. nu. 3.

Non potest maritus accusare adulterij vxorem, quando ipse etiam adulteratus est, nec quando fuit vim passa: nec quando probabiliter credebat maritum mortuum: nec quando aliquis ad eam accessit sub specie mariti: nec quando maritus præbet adulterandi occasionem, vel tolerat. cap. 16. nu. 29.

Occisio

Occisio coniugis alicuius, causa contrahendi cum eius coniuge, facta vtroque machinante, perpetuò impedit ac dirimit; quatuis alter esset infidelis, & patrata sit occisio ad eius conuersionem. Facta verò altero tantùm machinante, non sufficit, nisi adulterium interueniat. Facta alio fine quàm contrahendi, non sufficit; nec ratihabitio occisionis suo nomine factæ. Sufficit tamen iussio, vel consilium. cap. 22. numer. 46.

Adulterari scienter cum coniuge alterius, & contrahere matrimonium, vel dare fidem de contrahendo, impedit ac dirimit: non tamen sufficit datio fidei, nec contractus sine adulterio. Si verò adulterium non sit factum scienter, sed vterque probabiliter ignorabat, possunt cõtrahere mortuo coniuge, qui impediebat. Si verò altera tantùm pars ignorabat, eius arbitrio relinquitur contrahere vel non: dummodo non resciuerit ante mortem coniugis impedientis; vel, postquam resciuerit, non habuerit copulam. n. 46.

IMPEDIMENTVM Iustitiæ publicæ honestatis: vide titul. Matrimonium. II.

MATRI

MATRIMONIVM XI.

De diuortio.

MATRIMONIVM, quoad thorum & cohabitationem, diuiditur iudicis auctoritate propter fornicationem subsecutam, & etiam propter sæuitiam, vel asperitatem morum coniugis: non tamen quoad vinculum. Quoad thorum verò solùm, potest diuidi propria auctoritate propter fornicationem. cap.22.num.21.

Coniux Catholicus potest discedere à cohabitatione coniugis hæreticæ, inducentis ad suam hæresim. nu.22.

Idem potest coniux à coniuge inducente ad aliquod mort.si non potest eum ab inducēdo retrahere. Idem potest vxor à furente cessare à furando. Neque tenetur vxor cohabitare cum marito volente eam occidere. Non tamen potest coniux discedere à coniuge ob lepram, vel morbum gallicum, nec ob amentiam, nisi immineret periculum mortis. num.22.

Non peccat vxor non discedens à marito perseuerāte in adulterio. Idem est de marito respectu vxoris adulteræ, si timeret eam non posse ab adulterando arceri sine maxi-

mo

mo scandalo, vel damno publico, vel priuato. num.22.23.

Diuortium propter adulteriũ fieri potest quoad forum interius, absque iudicis auctoritate; secus quoad exterius, nisi adulterium sit notorium. Maritus autem, cuius vxor fornicata est, ipso non dante causam, potest ingredi religionem. num.24.

MATRIMONIVM XII.

De secundis nuptijs.

PECCAT mort. coniux, qui antequam sit certior de morte prioris, contrahit cum alio. cap.16. n.40. Quid debeat facere circa debitum coniugale, vide Matrim.13.

Ad contrahendum secundò requiritur notitia de morte prioris. Ad quam sufficit fama; vel, si erat senex; vel, prælium ingressus, non apparuit. c.22.n.53.& 54.

Peccat mort. qui credens priorem vxorem viuere, cùm re vera mortua esset, contrahit cum secundâ, & matrimonium est nullum, si dum contrahit, credit illud non valere: secus si credit valere, licèt sciat se peccare contrahendo.n.56.

Peccat mort. contrahens cum secunda viuente prima etiam nondum cognita.nu.53.

MATRI

MATRIMONIVM XIII.

De debito coniugali.

A QVOAD debitum coniugale vir & vxor sunt æquales. cap. 12. n. 87. lit. E. Nouo num. 89. & cap. 16. num. 27.

Debitum coniugale potest peti ab eo qui emiserat votum religionis. cap. 12. n. 47.

B Coniux qui emisit votum castitatis, & matrimonium consummauit, tenetur reddere debitum. cap. 12. num. 39. Etiam petenti virtualiter. cap. 16. num. 30. Sufficit enim vt illud petat interpretatiuè cum certis exemplis. num. 25. Non tamen potest ipse petere. cap. 12. num. 39. cap. 16. num. 30. cap. 12. num. 73.

Et cum isto potest dispensare Episcopus, vt petat. cap. 16. num. 30. De hac prohibitione petendi, & de voto non nubendi. vide Matrim. X. §. III.

C Peccat mort. qui post votum castitatis emissum cum consensu alterius, petit debitum: & etiam qui debitum soluit ei qui de ipsius consensu votum emisit, non tamen peccat petendo ab eo qui vouit. c. 12. nu. 59. & c. 16. n. 31. Nec ipse vouens peccat reddendo. c. 16. n. 31. Quòd si ambo communi consensu vouerunt continentiam, ambo peccant

peccant mort. reddendo & petendo. Secus si solùm præcessit pactum à se mutuò debitum non petendi. num. 31.

Possunt coniuges mutuò paciſci non petere à se inuicem debitum, ne habeant plures filios quàm possint alere: secus, si instaret periculum fornicationis, n. 33. Possúntque recedere ab isto pacto. c. 12. num. 59. D

Votum de non soluendo, vel petẽdo debitum, sine cõsensu alterius, illicitum est. n. 60.

Qui data opera soluit debitum taliter, vt vxor non concipiat, peccat contra naturam. Et qui habet copulã extra vas, vel eo modo, quo vxor non possit recipere semen, peccat mort. & ipsa vxor si consentit in hæc, peccat etiam mort. Si verò intra vas ita vt coniux possit recipere semen, licèt sit inuerso modo, tantùm est peccatum veniale graue. cap. 16. num. 42.

Maritus non peccat sumẽdo aromata, vel cibos calidos, vt soluat debitũ: quòd si sumat vt magis delectetur, erit solùm veniale. n. 15. E

Coniux tenetur debitum reddere petenti, etiam tempore Quadragesimę, vel diei festi, nisi precibus contrarium fundeat, quæ non debent esse importunæ, nec excusat voluntas non habendi filios multos. Excusat tamen si petatur in loco publico vel sacro: vel etiam quando esset periculum mortis, grauis infirmitatis,

mitatis, vel aborsûs : & istæ causæ etiam excusant à reddendo debitum coniugi leproso. c. 16. num. 25.

G Reddere debitum in die quo communicarunt, non est peccatum saltem plusquam veniale. c. 21. num. 51.

Peccat mort. coniux reddens debitum in loco sacro, vel sacrato, seu benedicto tãtùm, siue ad modicum tempus existant in Ecclesia, siue diu habitent in ea. & secundùm Sotum potest haberi in Campanili vel alio loco contiguo. c. 6. n. 11. c. 16. n. 32.

H Qui petit tempore menstrui, non peccat mort. licèt ex tali concubitu credat monstrũ concipiendum esse; imò nec venialiter, si eo fine petit, vel reddit, ne consorti sit odio, vel fornicationem eius aut propriam euitet. ca. 16. num. 32.

De absentia mariti quando est licita. vide Maritus.

I Qui fuit patrinus filij sui malitiosè, in baptismo vel confirmatione, vt debitum fraudaret, non potest petere, tenetur tamen reddere. Idem quando ambo fiunt malitiosè filij sui patrini, non possunt mutuò petere, sed tenẽtur reddere. Quòd si fiat patrinus ob necessitatem, vel ex errore facti, vel iuris, potest petere, & in huiusmodi impedimentis Episcopus potest dispensare. num. 34.

Non

Non potest coniux post copulam habitam cum cognata vel cognato coniugis debitum petere, sed tenetur reddere. num. 35. L.

Peccat mort. qui petit debitum, cùm tamen contraxerit clandestinè sine testibus. n. 38. Sed hoc intelligitur quando fuerit scandalum, vt si putetur eam non esse eius coniugem: secus, cessante scandalo. nu. 39.

Aduerte tamen hoc matrimonium nullũ esse, post Tridentinum. Vnde quod dictum est, non procedit nisi in terris, vbi Trid. non est receptum: vel nisi quando matrimonium fuisset coram parocho & testibus contractũ, clandestinè tamen, id est, sine denunciationibus & aliis, si per mortem parochi & testium vel alia de causa probatio prioris matrimonij deesset. Nou. num. 39.

Petere & reddere debitum ante benedictionem nuptialem, non est peccatum mort. nec prima vice: imò nec veniale. c. 16. num. 38. c. 22. n. 71. 83.

Qui professus est in religione sine consensu alterius coniugis, non potest exigere, potest tamen petere propter fragilitatem alterius coniugis. c. 12. num. 60.

Peccat mort. qui post susceptum ordinem sacrum, insciavel inuita vxore petit debitũ: idem si reddat susceptо ordine sacro, ex consensu legitimo vxoris. Non tamen est legiti-

mus consensus, nisi ipsa religionem ingrediatur, vel nisi sit senex, & castitatem vouerit. cap.22. num.52.

Peccat mort.qui dubitans de morte prioris coniugis, petit debitum. Poterit tamen reddere. cap.16. num.40.41. c.22. n.54.

Idem de illa, quæ cum antea contraxisset cum vno dicente postea se fictè contraxisse, ipsa contrahit secundò cum alio, antequam haberet probabilem causam credēdi se fuisse deceptam. cap.22. num.77.

Non tenetur coniux ante consummatum matrimonium reddere debitum petenti, si vult ingredi religionem; ad quod assignandum est aliquod tempus. c.16.nu.26.

Tenetur reddere stulto vel furioso petenti; si reddi possit absque notabili damno reddentis. ibidem.

Peccat mort.maritus petens vel reddens debitum vxori, quam scit adulterari, nisi quando adulterium est occultum, vel illa est iam emendata, vel petit ne & ipse adulteretur, nec aliis præbeat occasionem credēdi se esse lenonem suæ vxoris.c.16. n.28.

Vxor autem communiter non peccat petens vel reddens marito, in adulterio etiam publicè perseueranti, quia non est officium eius corrigere maritum.ibidem.

Coniux adulter non potest exigere debitū ab

ab innocente, potest tamen petere.cap. 22. num. 23. Et innocens non tenetur reddere adultero petenti, potest tamen si velit, & quamuis innocens cœperit negare debitum adulteranti,tamen si ipse postea adulteretur, tenetur reddere.n.22. 23.

MATRIMONIVM XIV.De Bigamia. Vxor non fit Bigama ex redditione debiti marito, quem scit adulterari : vir autem sic. cap. 16. n.17.Cætera vide tit.Bigamia,& Irregularitas. II.

MATRIMONIVM XV.
De benedictionibus.

VSVS matrimonij ante benedictionem nõ est mortalis, nec venialis,nec in prima vice.c.16.n.38.c.22. n.71.83.

Peccat mort. qui temporibus ab Ecclesia prohibitis accipit benedictionem nuptiarũ, aut traducit solemniter spõsam in domum: non tamen si solùm contrahit sponsalia,vel matrimonium de præsenti. Tempora autem à Trid. pro benedictionibus interdicta sunt ab Aduentu vsque ad Epiphaniam,& à feria. 4. Cinerum vsque ad Dominicam in Albis inclusiuè.c.22.num.71.

Peccat, qui benedicit secundas nuptias benedictione sacerdotali, quæ intra Missam fit, & qui suscipit illam. Secus de ea, quæ datur post Missam. Et secus etiam de illa solẽni, vbi est consuetudo contraria: nam tunc possunt benedici secundæ nuptiæ: non solùm quando alter coniugum est viduus sed etiam quando ambo sunt vidui. Et à fortiori debent suscipere benedictionem qui contrahentes primas nuptias, ante benedictionem susceptam, ob mortem coniugis denuò contrahunt secundas. c.22.n.83.

MATRIMONIVM XVI.

De dispensatione.

PAPA potest iusta de causa dispensare in matrimonio rato, & non consummato, sicut de facto dispensarunt Paulus III. & Pius IIII. c.22.num.21.

Non tamen potest in consummato: & non dicitur consummatum per copulam, quæ præcessit matrimonium cõtractum, sed per eam quæ illud subsequitur. n. 84.

Papa potest dispensare in omnibus impedimentis iure humano inductis.n. 89.

In gradibus prohibitis, Leuit. 18. non dispensat

ſpenſat Papa, niſi ob cauſam grauiſſimam. num. 84.

In ſecundo gradu conſanguinitatis numquam eſt diſpenſandum, niſi inter principes magnos,& ob cauſam publicam.n.87.

Epiſcopus poteſt diſpenſare in matrimonio à ſe prohibito, & in impedimento inceſtus, & in omnibus aliis impedimentis quæ impediunt & non dirimunt, excepto voto caſtitatis, religionis. num.85.

Non tamen poteſt diſpenſare in aliquo impedimento impediente, & dirimente, niſi ſit occultum, & matrimonium publicum, & ſeparatio non poſſit fieri abſque magno ſcandalo, & ad Pontificem Romanum non ſit recurſus. c.22.n.85.

Matrimonium nullum ob aliquod impedimentum dirimens, non incipit valere ob diſpenſationem ſuperuenientem,nec per ſolam cohabitationem, aut per copulam ſubſequentem: ſed neceſſarium eſt,vt denuò & mutuo conſenſu contrahatur. cap. 16. num. 36. & cap.22.n.47.86. vide etiam ſuprà Matrimon.5.

Poſt Trid.difficiliùs diſpenſatur cum impeditis, qui ſcienter contraxerũt,& conſummarũt.n. 86.c.22.Quãuis expreſſio falſi mouentis ad diſpenſandum nocet, non tamen quælibet taciturnitas veri impedientis, ſed

quando tacetur verum, quod iura præcipiũt exprimi.ibid.

Item post Trid. in contrahendis matrimoniis,vel nulla omnino datur dispensatio, vel rarò,idque ex causa,& gratis.num.87.

Ad dispensandum in quarto gradu tres causæ sunt iustæ iuxta stylum Curiæ. I. Scilicet defectus dotis competentis etiam ad contrahendum cum poscente se:nec requiritur defectus dotis competentis ad contrahendũ cum sibi æquali. II. Extinctio magnæ litis. III. Quòd maior pars sibi æqualium suæ ciuitatis sunt consanguinei, vel affines.num.87.

MEDICVS ET CHIrurgus.

PEccat mort. absque sufficienti scientia medicans cum obligatione restituendi, cap.25.num.60. Item qui adhibet medicamenta morbo,antequam eum cognoscat.& qui facit, vt infirmus plura medicamenta accipiat, quàm opus est, ob conuentionem factam inter eum,& pharmacopolam,& tenetur restituere.nu.64.

B Peccat mort.qui non vult mederi pauperi ægroto, & qui non medetur diuiti in extremis

tremis constituto, & ob auaritiam nolenti soluere medico, cùm possit postea exigere suum stipendium. & qui detrahit aliis medicis, ne ipso prætermisso, illi vocentur ad curationem. & qui vt experiatur præbet medicinam, de qua dubitat, an sit notabiliter nociua. nu. 60.

Qui non persuadet infirmo cõfessionem, peccat: quod non habet locum quando manifestum est, morbum non esse periculosum. nu. 61. Imò quamuis sit periculosus, si moneat parochum, vel infirmi curam gerentes, quia credit, infirmo nociturum si ipse id ei dicat. nu. 62.

Peccat mort. si consulit infirmo illicitum coitum, vel ebrietatem, imò si dicat, non tibi consulo, sed si hoc faceres, sanareris. n. 62.

Præbens prægnanti aliquid vt patiatur abortum, peccat mort. imò etiam, si præbeat, vt eam à morte reseruet, credens, vel dubitans fœtum esse animatum. & qui sine iusta causa concedit facultatem non ieiunandi, vel comedendi carnes diebus prohibitis. nu. 62.

Item peccat mort. qui non admonet morituru indigentem eius admonitione, vt exeat à peccato. Item qui accipit nimium stipendium, & accipiens mediocre, si aliàs habeat publicum, cum pacto recipiendi nil

amplius,& tenetur restituere,quamuis vltro sit ei oblatum.nu.63.

MENDACIVM.

A ESt *significatio falsi, vel putati falsi cum intentione fallendi.* Et est triplex.Formale tantùm, *quando dicitur verum putatum falsum.* Materiale tantùm, *quando dicitur falsum putatum verum.* Completum, *quando dicitur falsum.putatum falsum.* & rursus diuiditur in iocosum,officiosum, & perniciosum.cap.18.nu.2.3.

B Ad essentiam mendacij non requiritur animus fallendi, requiritur tamen ad eius grauitatem.nu.3.

Mendacium,de veniali in confessione,vel de mortali legitimè confesso,non est peccatum mortale.Si tamen præbeat nullam materiam absolutioni, nisi mendacium veniale, quod non fecit,est mortale. Non tamen est mortale mendacium ex hoc solo, quòd sit in iudicio. cap.21.nu.37. vnde si ibi sit de re leui, est veniale tantùm. cap.18. nu.3.

Mendacium in materia fidei,sacræ Scripturæ, vel morum, est mortale, quia de se notabiliter est pernicioſum, secus si fiat solùm

lùm per multiloquium, vel ſine animo, & periculo notabiliter nocendi. Vnde non eſt mort. allegare falsò in pulpito vel in cathedra.nu.4.

Mendacium notabiliter perniciosum eſt mortale: narratio autem fabularum ſignificando expreſsè, vel tacitè non eſſe eas veras, non eſt mendacium.nu.2. Verumtamē mendacium etiam veniale nūquam licet dicere etiam pro ſaluanda vita.nu.3.

Non mentitur, qui reſpondet verum iuxta intentionem ſuam, quando iudex incompetens, vel competens, ſed contra iuris ordinem, vel homo priuatus, per metum, vel importunitatem extorquet iuramentū. cap. 12.nu.8. Quamuis dicat non feci, quod reuera fecit, intelligendo intra ſe tali hora vel taliter, quod teneatur dicere. num.87. lit.A. Nou.88.

Vnde non mentitur coniunx adultera, quæ in teſtamento filium adulterinum vocat legitimum, intelligendo intra ſe talem eſſe communi exiſtimatione.c.16.n.48.

Præterea qui iurauit dicere quod ſcit, non mentitur ſi dicat ſe neſcire occulta, quę non poteſt detegere.cap.18.nu.61.

MEMORIA, frequens de aliquibus peccatis non expedit.cap.1.nu.32.

Omnis adultus tenetur ſub peccato ve-

niali graui memoriter scire symbolũ Apostolorum, & orationem dominicam, Latinè vel vulgari lingua. cap.11. nu.18. §.7. Nou. nu.22.

MERCATOR ET MERCATVRA

Non tenetur mercator cessare ab arte, licèt ei sit occasio peccandi. ca.3.num.5.lit.I. Nou. n.

Ille dicitur *exercere mercaturam, qui emit vt vendat absque mutatione eius.* c.27.n.118.

MERCENARIVS.

IMpedjens iniustè mercenarium à laborando tenetur ei restituere.cap.17.nu.74.

Qui non soluit mercenario diariũ suum in ea re quam debet,peccat: & si mercenarius, eo quòd non indigeat vendit illud minori pretio,tenetur Dominus pretium conuentum adæquare. num. 107. §. 19. Nou. nu.108.

Suscipiens mercenarium nullo statuto pretio,tenetur tantùm soluere,quanti alium similem conduceret.ibid.

Qui conductus diario non laborat fideliter, ob quod conductor damnificatur notabiliter, tenetur restituere damnum ad arbitrium boni viri.nu.197.

Idem est, si promisit se diario pro altero labo

laboraturum, & dolo vel culpa id non præstat. Secùs si casu fortuito impediatur. Quòd si paratus est ad præstandum, & culpa conductoris non præstat, soluendum est ei diarium. Idem est si præstare omisit ob casum fortuitum contingentem ex parte conductoris, quando conductus diarium in alio loco, si ille non conduxisset eum, reperisset. cap. 17. nu. 197.

Regis præfectus publicis operibus, qui minori pretio cogit subditos ad importandam materiam, non potest efficere, vt idem faciant in gratiam alicuius hominis priuati, nec sufficit ad id cõsensus regis, nec quòd talis præfectus id oneri suæ conscientiæ accipiat. cap. 17. nu. 259.

MERETRIX. Nec quæuis alia mulier etiam religiosa, non tenetur restituere ea quæ etiam per blanditias obtinuit sine fraude ab amico potente donare. Secùs si per fraudem, vt fingendo se virginem, vel solùm fuisse cognitam à magnate. cap. 17. nu. 6. & nu. 41. §. 7. Imò nec tenetur restituere acceptum pro actu turpi. nu. 31. & nu. 34. dict. 4. Peccat tamen accipiendo pro ipso actu turpi. nu. 34. dict. 4. & nu. 36. §. 6. & clariùs. num. 38. Et idem est de aliis fœminis. nu. 35. §. 2. & nu. 40. §. 4.

Promissio facta meretrici de dando pretio

tio pro actu turpi non est valida in foro interiori, bene tamen in exteriori. nu.40.§.5. Meretrix tamen petendo talem promissionem, non debet petere ob illum actum turpem, nec tamquam debitum legale, sed quod soluat promissa propter suam indigentiam, vel ob alium finem honestum nu.41.

Peccat mort.locans domum meretrici ad meretricandū in ea,eo scilicet fine principali, vel minùs principali,vt meretricentur.Secùs si solùm ad habitandum, & viuendum, quamuis sciat eam meretricaturam ibi. cap. 17. numer. 195. §.4. & cap.21. numer.25.

Respublica potest permittere meretrices. Magis tamen expediret non permittere. Et peccatum est mort. quærere lucrum ex meretricio lucro. cap. 17. §.4. num.195. lit.C. Nou.nu.199.

MERITVM, *de condigno, est actus humanus bonus, factus ab eo qui habet gratiam Dei gratum facientem, & meretur gratiam & gloriam aternam.* Meritum de congruo, *est actus humanus bonus factus ab aliquo extra gratiam Dei existente, cui de quadam congruitate, & secundùm quid debetur aliqua merces spiritualis vel temporalis.* Prælud.7. num.3.

Opus

Opus ex voto factum magis meritorium est.cap.12.nu.32.

METVS non tollit,quin actus sit humanus.Attamen facta per metum vt plurimùm rescindi possunt, & aliquando non tenent, quia sine vlla rescissione sunt inualida & nulla. Præl.6.num.5.6. Nou.nu.4.5. Metus enim ita inficit quemlibet contractum, vt sit irritus,vel irritandus. cap.19.nu.13. secus si fiat blanditiis.Prælud.6.nu.8.

Metus iustus frequenter excusat à peccato transgressionis legis humanæ. Prælud. 7.nu.12. in Antiq. & in Nou.cap.22.nu.51. vide tit.Matrim.VI.

Metus iniustus si sit talis, quòd sine illo non fieret actus, æquiparatur in foro conscientiæ metui iusto.cap.27.nu.93.

Vnde qui rem ab alio extorsit per metum etiam non cadentem in virum constantem, non tenetur restituere in foro exteriori, bene tamen in interiori.cap.17.nu. 15.& 29.

Et sufficit metus reuerentialis ad inducendam hanc obligationem. nu. 29. at qui metus annullat donationem in foro conscientiæ, quamuis non sit tantus, vt sufficiat ad inualidandam eam in foro exteriori.cap. 17.nu.4.& nu.29.§. per metum. nam si metus leuis sufficeret ad rescindendum contractus

tractus in foro exteriori, respub. scaturiret litibus.eodem.nu.& §.

Quamuis in foro exteriori paria cẽseantur consentire sponte, & consentire per metum iustum non cadentem in virum constantem: tamen in foro conscientiæ idem censeretur, quòd quis consentiat metu iusto, vel eo minore: dummodò coram Deo ille fuerit causa principalis illius consensus. nu.15.Non tamen est idem in foro cõscientiæ consentire metu vel blanditiis.ibidem.

Metus reuerentialis annullat professionem pueri.cap.22.nu.51.

Metus iustus est *metus cadens in virum constantem, & est ille quo eligitur minus malum causa vitandi maius.* Atque minor metus sufficit in muliere quàm in viro, vt dicatur iustus.cap.22.nu.51.

Sponte fieri dicitur id quod fit sine metu iusto, quamuis interueniat metus leuis. cap. 27.nu.93.

MILES non tenetur abstinere à militia, quamuis sit ei occasio peccandi. cap.5. nu.5.cap.Nou.7.

MIRACVLA. Pro miraculis falsis offerens votiuas imagines peccat mort. cap.11. num.32. Peccat etiam, qui vtitur miraculis ab Episcopo non approbatis. cap.17.num. 169.Et peccat mort. qui concionando nar-

rat

sat scienter miraculum falsum. cap. 18. numero 5.

MISSA I.

De eius essentia, & valore.

Missa *est actio qua ex institutione Christi Domini nostri in memoriam passionis eius, panis & vinum in eiusdem corpus & sanguinem consecrantur, & sub eorundem speciem Deo offeruntur* cap. 25. num. 110. Et hoc nomen, Missa, significat spontaneam oblationem. ibid. A

Missæ valor triplex est: Generalis, qui debetur toti Ecclesiæ: Medius, qui ei pro quo dicitur: Specialis qui debetur dicenti. num. 92. Quinque particulæ valoris Missæ deputantur à Deo. I. Cuilibet fideli eo solo quòd est fidelis. II. Cuilibet circumstanti. III. Toti Ecclesiæ, præcipuè iussis nominari in ea, scilicet Papæ, Antistiti, Regi: & istæ tres sunt stabiles quæ nec crescunt, nec decrescunt pro multitudine vel paucitate eorum quibus applicantur. IV. Est facienti Missam, & nominatis ab eo priuatim, quæ scilicet contingit illi vel illis pro quo, vel quibus fit: & istæ duæ crescunt vel decrescũt, pro multitudine, vel paucitate eorum, quibus B

bus applicatur. cap. 25. numer. 110. igitur Missa pro multis dicta non tantùm valet multis eorum, ac si pro vno diceretur. Vnde qui ex obligatione dicit Missam pro aliquo, tenetur ei applicare totum valorem, quem debet. nu. 92. & 110. §. 35.

C Et qui tenetur dicere Missam pro vno non potest dicere illam pro illo, & alio, nisi de consensu expresso, vel tacito, qualis colligitur ex consuetudine seruata in parocho, vt parochus dicat Missam publicam de defunctis pro parochiano sepeliendo. nu. 92.

D Sacerdos nõ potest propter paupertatem recipere duas pitantias pro vna Missa. num. 92. & 111. corol. 4.

Qui aliquam pecuniam accipit pro Missis dicendis per se vel alium, & facit ab aliis dici pro minori stipendio, peccat, nisi habeat aliquod officium propter quod ler, vel consuetudo, vel voluntas saltem tacita Domini aliquid tribuat ei pro eiusmodi cura. nu. 91.

Nulla conuentio facienda est pro mercede Missarum. nu. 10.

De Missis disponendum est per prælatos, vel episcopos, si numerus earum fuerit exorbitans, vel si eleemosynis impares. cap. 25. nu. 138.

Nihil

Nihil dandum pro Missis nouis. num.88. Et licitè potest prohiberi ne in his nimiùm offeratur &c.ca.27.n.

Instituens Missas non peccat,licèt aliqui sumant inde occasionem peccandi.c. 14. nu. 31. §. 14.

Definita à Trident. circa Missam, vide Missa III.

MISSA II.

Quoad ministrum.

EPISCOPVS debet omnino prohibere, ne Sacerdos vagus & ignotus celebret. c. 25.nu.68.ipse tamen si celebret, in occulto, non peccat.cap.27.num.153.

Peccat mort. qui aduertens ante Missam se esse in mortali, celebrat. Quòd si aduertat post inchoatam non tenetur desistere, quamuis possit sine scandalo: tenetur tamen ante secretam confiteri, si possit sine scandalo.num.79. vel statim post Missam.n.

Peccat mort. qui celebrat non ieiunus. Quòd si aduertat post inchoatam Missam, etiam ante consecrationem, & eam sine scandalo non potest relinquere, non peccat. num.75.

Peccat mort. qui notorius concubinarius, & fornicarius, ante pœnitentiam celebrat. Et qui celebrat ante matutinas recitatas, nisi adsit vrgens necessitas. cap. 25. nu. 76. & 83. Item Sacerdos qui sine iusta causa non celebrat, saltem ter vel quater in anno. numer. 88.

Peccat mort. qui petit missam à Sacerdote, quem scit celebraturum in mortali: quod intellige de Sacerdote notorié suspenso, vel excommunicato, vel non parato, nec ad missam dicendam obligato, & peccante ex ignorantia, vel infirmitate, & non ex malitia. cap. 14. num. 31. lit. H. Nou. 341.

Qui non dicit tot & tales missas, quot & quales, & vbi tenetur, peccat. cap. 25. num. 134.

Onus annexum beneficio, vt beneficiarius quotidie celebret de B. V. Maria non obligat ad dicendum missam omnibus diebus: nec ad celebrandum de illa omnibus diebus quibus tenetur; missam dicere, sed solùm illis, quibus frequentiùs salua deuotione, & honestate debita potest. Onus verò dicendi missam per se, vel per alium de omnibus diebus intelligendum est. nu. 134. Sacerdos leprosus non est permittendus celebrare. cap. 27. nu. 202.

MISSA III.

Vbi & quando & quo ritu celebranda.

CONCILIVM Trident. sess. 22. cap. 1. definiuit sub anathemate hæc sequentia. *Scilicet hæreticum esse dicere, Non offerri in missa idem sacrificium incruentum, quod in cruce fuit oblatum cruentum. Aut in missa non offerri verum & proprium sacrificium. Aut quòd offerri in ea sacrificium, nõ est aliud quàm nobis Christum dari ad manducandum. Vel Christum non fecisse Sacerdotes Apostolos per illa verba*, Hoc facite &c. *Aut missæ sacrificium tantùm esse laudis, & gratiarum actionis, vel nudam commemorationem sacrificij in cruce peracti, non autem propitiatorium: vel solùm prodesse sumenti: neque pro viuis & defunctis, pro peccatis, pœnis, satisfactionibus, & aliis necessitatibus offerri debere. Aut blasphemiam irrogari Christi sacrificio in cruce peracto per missæ sacrificium, aut illi per hoc derogari. Aut impostruam esse missas celebrare, in honorem sanctorum, & pro illorum intercessione apud Deum obtinenda. Aut canonem missæ errores continere. Aut ceremonias & vestes esse ma-*

las. Aut missas, in quibus solus Sacerdos sacramentaliter communicat, illicitas esse. Aut quod nihil summissa voce dicendum sit in missa. Aut lingua tantùm vulgari celebrari debere. Aut aquam non miscendam esse vino in calice offerendo, Aut non esse optimum omnium pro animabus Purgatorij suffragium.

Idem Concil. Trid. sess.22. Decret.de Reform.statuit hæc. *Iubeant Episcopi ne fiat vlla conuentio super dicendarum missarum mercede: neque in missis nouis offeratur quicquam magis coactè quàm sponte. Nulla missa dicatur extra Ecclesiam, aut oratorium, quod non subiaceat visitationi Episcopi, vel Ordinarij. Nullus presbyter notoriè criminosus eam dicat, nec diuinis officiis intersit. Nulla cantio lasciua, vel prophana misceatur cantui etiam organico. Nec in missis fiant caremoniæ inusitatæ, nec cum superstitioso candelarum numero. Non fiant in Ecclesia actiones & colloquia vana, vel prophana, nec deambulationes, strepitus, clamores. Ordinarij moneant teneri parochianos ire ad audiendam concionem in suis parochiis quoties commodè potuerint.* cap.21.nu.10.& cap.25.n.

Peccat ergo mort. qui celebrat extra locum sacrum, & post Trident. non potest Episcopus concedere facultatem celebrandi extra locum sacrum super aram portatilem. cap 25. num.82.

Potest

Poterit nihilominus ſicut anteà poterat ob neceſſitatē celebrari extra locū ſacrum ſine licentia Epiſcopi, ita & nunc.ibidem.

Non poteſt dari licentia celebrandi in marivel in flumine, etiam vrgente neceſſitate. num.82.

De celebrante in Eccleſia interdicta, vel polluta, vel ſine ara:vide Irregularitas. V I. V I I. lit. B. F.

Peccat mort. qui celebrat ſine omnibus veſtibus ſacris,vel ſine corporalibus,vel ſine libro ſaltem continente,canonem *Te igitur*, etiam ſi feſtum vngeret: & quamuis aliter non poſſet vitare mortem ſecundùm Caietanum,quod ſatis durum videtur. Poteſt loco cinguli vti ſtola, & loco ſtolæ manipulo longo, imò ſecundùm aliquos cingulo non benedicto.cap.25.nu.84.

Peccat mort. qui celebrat ſine aqua, vel lumine, & qui conſecrat in pane fermentato,vel corrupto, vel in vino adeo acido, vel limphato, vt ſubſtantiam vini amittat. Et qui ſolum vinum conſecrat ſine aqua,& qui noctu ante lucem, excepto Epiſcopo:liceret tamen ex licentia Epiſcopi ob neceſſitatem communicandi infirmum, imò etiam abſque licentia ſi Epiſcopus abſit.num.85.

Non peccat,qui celebrat poſt horam ſextam,dummodo non ſit poſt nonam. nu. 86.

Peccat m. qui pluries quàm semel celebrat in die, nisi in septem casibus. I. In die Natiuitatis Domini, in qua tres Missæ dici possunt. II. Quando dicta missa superuenit persona notabilis veluti Episcopus. III. Quando dicta missa corpus defuncti occurrit sepeliendum. IV. Quando adest necessitas communicandi ægrotum,& non est Eucharistia. V. Quando quis præest duabus Ecclesiis,quæ indigent duabus missis,nec est alius qui dicat alteram. VI. Propter benedictionem nuptialem. VII. Quando occurrit causa iusta ad arbitrium boni viri. Sed isti casus intelliguntur dummodo purificationem calicis non sumpserit. cap. 25. nu. 87.

Missa non potest celebrari in die Parasceues,& Sabbato sancto. Consuetudo tamen fecit, vt tali sabbato Sancto dicatur vna, & ea quæ dicenda erat in ipsa nocte Resurrectionis: dici tamen potest in die cœnæ Domini missa tam secretò quàm publicè. n. 88.

De celebrante cùm non sit ieiunus, vide Missa. II.

Peccat m. is cuius negligentia sanguis funditur in terra, vel in altari. Quòd si stillauerit in terram, lambatur lingua,& tabula radatur. Si non fuerit tabula, vt non conculcetur, locus corrodatur, & igne consummetur, & cinis intra altare recondatur. Si autem

tem super altare stillauerit, sorbeat minister stillam: si super linteum, abluatur illud ablutione, à ministro calice suppositò, & aqua ablutionis recondatur iuxta altare: vnde ob hanc causam non est comburendum corporale. nu. 89.

Peccat, qui reliquias Sacramenti post ablutionem sumit post interuallum, secus si in continenti. nu. 89.

Prima ablutio calicis cum vino facienda est. num. 90.

Si post sumptionem sanguinis aliqua particula hostiæ adhæserit ori, potest sumi ablutio, quamuis hæc deglutiatur priusquam particula. cap. 25. num. 90.

Si sumpto sanguine particula hostiæ adhæserit calici, potest infundi vinum, vt simul cum particula sumatur. nu. 90.

Qui sumpta hostia inuenit in calice solam aquã debet sumere vinum, & aquam, vel solum vinum cum aqua, quæ remansit in calice, & consecrate, incipiendo ab illis verbis, *Simili modo*, prosequens vsque ad illa, *vnde & memores*, &c. aliisque prætermissis (ne populus propter moram intelligat errorem) sanguinem percipere. numer. 91.

Qui multas hostias consecrandas accipit, vere consecrat eas, quamuis dum profert

verba, recordetur tantùm hostiæ, quam manibus tenet. c. 25. num. 91.

Qui celebrat, debet nominatim pro Papa, & pro Antistite suo, & pro Rege, & pro illo, vel illis pro quibus Missam specialiter facit, non tamen pro aliis. num. 111.

Breuis modus applicandi Missam pro aliis à prædictis est.

Memento Domine mei, & eorum viuorum quibus possum sine præiudicio prædictorum valorem huius Missæ applicare, & humillimè supplico, vt eo ordine mihi, & illis applices, quem tu optimum esse ordinem nosti.

Nec expedit plura nomina concipere, ne mentem distrahant; vnde hæc memoria erit conueniens, vt in nominatiuo collocet se ipsum; in genitiuo, genitores; in datiuo, datores, seu benefactores; in accusatiuo, offensos, vel sibi iniurios; in vocatiuo, inseruientes; in ablatiuo, eos quibus obtulit preces illius, vel qui suas obtulerunt illi. cap. 25. num. 111.

MISSA IIII.

Quo ad auditionem.

PECCAT mort. qui vtens ratione, non audit Missam die festo sine iusta causa, quam

quamuis id fiat per solam negligentiam absque contemptu. cap. 21. n. 1.

Nemo tenetur, iure communi, die festo audire alia officia diuina prꝫter Missam. Atque sufficit audire vnam Missam etiam in die natiuitatis. num. 1. 2.

Sufficit audire dimidium vnius Missæ, & dimidium alterius. ibidem.

Sufficit audire à loco distanti, quamuis non audiat verba Sacerdotis. num 8.

Missa integra dicitur ab Epistola inclusiuè. num. 2. Pars notabilis Missæ potest constitui ex vna particula principij, & altera finis, & legendo per se partem omissam, vel audiendo lectam, satis est, etiam si quiuis alius legat. Non peccat saltem mortaliter, qui exit à Missa ante benedictionem. n. 2.

Episcopus non tenetur audire Missam quotidie; decet tamen illam audire. n. 2.

Excommunicatus quamuis negligat procurare absolutionem, non peccat in nō audiendo Missam. 3.

Multi excusantur ab audiendo Missam, nempe infirmus, & eius minister, nutrices, arcium custodes, iter facientes, carentes vestibus, quando isti sine magno damno proprio, vel alieno audire non possunt. cap. 21. num. 3.

Excusatur vidua, quæ iuxta consuetudi-

nem regionis non audit Missam per mensem, imò per annum. Quam consuetudinem, quamuis iustum sit quòd Episcopus curet exhortando abolere, non tamen videtur posse ex abrupto tollere per præceptum. Nec ferenda est consuetudo, qua nobiles puellæ numquam audiunt Missam, antequam nubant, maximè si ad alia festa nuptiarum, vel ludorum, pergant. num. 4. 9.

Excusantur tamen, si à parentibus prohibeantur; sed non excusantur parentes. Quando verò filia adolescens excusatur, excusatur etiam mater, quæ ad illam custodiendam remanet. Fœminæ autem non excusantur ob menstrua, nisi alia debilitas accedat. n. 9.

Excusatur etiam nupta quæ non potest Missam audire sine magno scandalo mariti. num. 5.

Qui iusta de causa excusatur ab audienda Missa, non tenetur id supplere orationem. num. 7.

Habentes priuilegium, tenentur audire Missam tempore interdicti. Idem est de clericis etiam primæ tonsuræ: non tamen toto tempore interdicti sed tantùm festis in eo occurrentibus. num. 3.

Non tenetur quis audire Missam in parochia, nec Episcopus potest contrarium præcipere, quia sicut non potest tollere ius

com

commune; ita nec potest reuocare generalem consuetudinem, vim legis habentem, qualis est hæc in toto Christiano orbe recepta, vt quis sine contemptu suæ parochiæ, aut parochi, audiens Missam extra parochiã in quouis loco, etiam in oratorio, satisfaciat præcepto: imò si Episcopus contra hãc consuetudinem ferret excommunicationẽ, esset nulla. Sed tandem Leo X. statuit sequens decretum.

Auctoritate Apostolica tenore præsentium notum facimus, omnes Christi fideles vtriusque sexus, qui non contempto proprio parocho in Ecclesiis fratrum ordinum mendicantium, Dominicis, & aliis festiuis diebus Missas audiunt, satisfacere præcepto Ecclesiæ de Missa audienda, nec in aliquam labem peccati mortalis pœnámve propterea incurrere.

Quod ipsum postea confirmauit, & declarauit Pius V. in quodam motu proprio. Nec obstat decretum Trident. quia non loquitur de Missa, sed de concione audienda in parochia: nec præcipit, sed dicit, vt moneantur fideles. Vnde parochianus etiam si fit concio in parochia, potest alibi audire vtiliorem sibi. Nec obstat quòd possit Episcopus circa hoc, ex decreto Trident. auctoritate Apostolica oportunum prouidere remedium, atque adeo poterit id præcipere,

sub-

sub excommunicatione, non, inquam, obstat quia non est opportunum remedium, cum tanto laicorum & Religiosorũ scandalo conari tollere consuetudinem, quæ etiam Romæ seruatur. c.21. num.5.§. Excusatur,& § Nec obstat.

Peccat mort. qui die festo audit Missam sine attentione, vt colloquendo, scribendo, & c.num.6.

Qui audiens Missam ex præcepto, preces ita recitat vt attentionem necessariam Missæ non adhibeat, peccat mort. Si verò adhibeat, potest eodem tempore satisfacere vtrique præcepto de audienda Missa, & recitandis precibus. num.8.

Qui egreditur è loco, vbi seruatur dies festus, & pergit in alium, vbi non seruatur, tenetur audire: de egredientibus autem è loco, vbi non seruatur, si tantùm transeant per locum vbi seruatur, Auctor videtur tenere (quamuis non omnino firmiter) quòd non teneantur audire Missam. num.5.

Peccat Dominus vel herus, qui negligendo, vel occupando in operibus, quæ differri poterant, est in causa quòd filij, vel serui non audiant Missam præceptam. c.21.n.9.

Qui pergit in Ecclesiam principaliter ob videndam fœminam, si tamen audiat Missam, satisfacit præcepto. num. 6.

Qui

Qui audit Missam publici concubinarij, tunc peccat mort. quando eius auditus est causa, vt ille eam dicat, vel quando scit, vel scire debet esse legem prohibentem id sub mort. secus si excusetur ignorantia. num. 6. Et iustè potest parochianus alibi audire Missam & concionem, quando eius parochus fuerit concubinarius, excommunicatus, denunciatus, suspensus ab ordinibus; aut criminosus notorius. cap. 21. num. 5. §. 3. post medium.

MONETA, ET *Pecunia.*

QVI falsificat monetam in substantia, pondere, vel forma, aut scienter vtitur falsis, peccat mort. & tenetur restituere. Idem de eo qui auctoritate priuata circuncidit, vel attenuat monetam. c. 17. n. 167. 168. qui bona fide dedit alteri pecuniam adulterinam, postquam id resciuerit, tenetur dare legitimam. num. 8.

Quamuis primus finis pecuniæ est emptio & venditio: sunt tamen septem fines secundarij; & qui dat eam, licitè potest recipere pretium pro eius vsu, excepto tamen mutuo & commodato. num. 283. lit. C. & in Nou.

Nou. numer. 287. at qui sex vsus hi sunt, cambire, permutare, ostentare opes, ornare, delectare se eius aspectu, succo eius medicari. ibid. licitum est commodare pecuniam, vt detur pignori vel ad ostentationem diuitiarum. num. 226. licitum etiam est pecuniam argenteam pecunia aurea & è contra emere, ac vendere etiam cum lucro ibidem.

B Qui habet pecuniam, quæ ratione secundarij vsus valet saltem sibi, plusquàm æstimetur per legem, quamuis non possit cogere alium, vt det pro illa maius pretiũ quàm sit taxatum per legem, potest tamen iuste accipere. num. 283. lit. C. Nou. 287.

C Moneta est quædam merx, & potest etiam vt pecunia est, commutari, & excommunicatione eius lucrum quæri negotiando. ibid. lit. I. Nou. 294. moneta vt merx, est venalibilis, non tamen vt pretium est. nu. 283. lit. F. & in Nou. num. 291.

D Moneta propter octo causas potest valere pluris vel minoris, quàm alia. I. Diuersitas metalli. II. Diuersitas bonitatis eiusdem metalli. III. Diuersitas formæ ac ponderis. IIII. Diuersitas locorum. V. Reprobatio totalis, vel partialis. VI. Temporis diuersitas. VII. Copia, vel defectus. VIII. Absentia, vel præsentia. Non tamen est sufficiens

ficiens causa quòd citiùs vel tardiùs danda sit, vel accipienda. num. 283. lit. I. Nouo num. 294.

Pretium pecuniæ in nundinis augetur vel minuitur propter multitudinem vel paucitatem volentium cambire, per viam tamen cambij liciti, non tamen illiciti. ibid. lit. K. Nouo num. 295. pecunia habita ex re vendita non succedit loco rei venditæ. num. 50.

MONIALES cuiusuis ordinis tenetur communicare semel in mense. cap. 21. num. 57. dicto. 13.

Possunt moniales accersire aliquam personam extraneam idoneam, vt dirigat eas in electione. cap. 27. num. 44.

Monialis quæ incidit in censuram Papalem, potest ante moram petendi absolutionem, & post pœnitentiam communicare, & choro interesse cum aliis, ne fama eius, vel monasterij, periclitetur. cap. 27. num. 239.

Qui frequenter inuisit moniales, tũc peccat mort. quando populus inde sumit occasionem murmurandi. c. 14. num. 31.

De ingredientibus claustra monialium, vide Excommunicatio V I. §. V I I. moniales possunt vocare medicos, latomos, fabros lignarios, & alios ministros ad res necessarias. cap. 27. num. 124. monialis illegitima non potest esse Prælata per dispensationem Episco

Episcopi. num. 201. §. 10.

MONOPOLIVM faciens peccat mort. & impetrans à principe priuilegium ne certi generis merces ab alio quàm ab ipso vēdantur in notabile detrimentum populi. ca. 3. num. 92.

MORA. Qui mala fide retinet rem alienam, semper est in mora. ca. 17. n. 10.

Ille est in mora restituendi qui sine causa nō restituit statuto die, vel cū primùm scit, vel scire debet rem esse alienam. n. 80.

MONS pietatis licitus est, c. 17. nu. 113.

MVLIER vide fœmina.

MVTVVM. Qui misit mutuum, veluti panem, vinum & alia, quæ vsu consumuntur, per nuncium fidelem, si actu non perueniat ad Dominum, tenetur restituere. si nuncius non fuit electus per mutuantem. ca. 17. num. 186.

Peccat qui res mutuatas non soluit statuto die rebus eiusdem generis & bonitatis. num. 214.

Mutuum verum solùm reperitur in rebus, quæ vsu cōsumuntur, & cōsistunt in numero, pondere, & mensura; palliatum verò in aliis etiam rebus, & contractibus. n. 206.

De vsura quæ contingit in mutuo. vide vsura. 3.

NAT

NAVFRAGIVM.

NAVFRAGIO amissa in mari, quæ nec sunt piratarum, nec infidelium, tenetur restituere, qui ex eis aliqua sibi accepit, quãuis illa aliàs perirent, nisi ipse acciperet. Non tamen tenetur, si exponat se periculo mortis, vt seruet ea. Sed in hoc casu tenetur etiam restituere, si dominus sperabat se alia via recuperaturum illa bona. cap. 17. num. 98.

Sed intellige hîc de piratis, aut infidelibus, cum quibus est nobis bellum iustum, non de Christianis piraticam exercentibus, de quibus hîc non est Sermo. ibidem. additum in Nouo.

Res à piratis quibusuis raptæ, debent restitui suis dominis, si cognoscantur. Quamuis de raptis, aut receptis ab hostibus iustis, & postea recuperatis, distinguatur in quibusdam legibus. ibidem. §. 4.

Qui capit aliquid amissum in mari, potest sibi retinere illud tribus concurrentibus. I. Quòd illud omnino erat perditum, si non saluasset ipse. II. Quòd dominus perdiderit spem recuperandi. III. Quòd saluans illud, maximo vitæ periculo ob id se obiecerit. ibidem. §. 5.

Illud dictum generale, Quòd, res alienæ vbicumque reperiatur, est domino restituenda, non est perpetuò verum. Fallit enim. I. Cùm iusta causa suadet contrarium. II. In re vsu capta. III. In re pro derelicta habita. IV. In re clàm accepta pro legali debito. Vnde in casu naufragij iusta causa sibi retinendi haberi videtur, quando Dominus satis præsumitur illa amissa habuisse pro derelictis. ibidem. additum in Nouo.

Non tenetur restituere qui in naufragio capit habita pro derelictis. Pro derelicto censetur *id quod dominus deserit, credens, quòd licèt recuperari posset sine probabili periculo vitæ, nullus tamen id subibit.*

Non tamen habetur pro derelicto quod mittitur in mare ad leuandam nauim tempore procellæ. cap. 17. num. 99.

Sicut vsucapio iustificat acquisitionem rei alienæ, ne incerta sint rerum dominia & acceptum in naufragio, ne omnino pereat, iustificat causam retinendi, & non restituendi illud, dummodo adiungas huic titulo, spem recuperandi amissam, præsumptionem derelictionis, periculum magnum accipientis, prouidentiam diuinam tali ex insperato recuperanti concessam. ibidem.

Petrus

Peius est vt res omnino pereat, quàm vt eius dominium sit incertum. ibidem.

NECESSITAS. Existenti in extrema necessitate, aliquando tenetur homo succurrere, etiam cum periculo proprio. cap. 11. num. 13. vide, tit. Eleemosyna.

Extremè indigenti quoad spiritualia quid facere debeamus vide.

Extremè indigens non enetur restituere, etiam si creditor extremè indigeat, nisi dominium rei restituendæ semper remanserit penes creditorem. cap. 17. nu. 60.

Qui extremè indigens accepit aliquid, vt se liberaret ab illa necessitate, tenetur restituere, quando venerit in pinguiorem fortunam. Nam accipiens rem in extrema necessitate, non fit Dominus. num. 61.

Necessitas facit omnia communia, id est, communicanda. Et sufficit mutuare indigenti. nu. 62.

Qui absque extrema necessitate accipit aliquid ad comedendum, vel vestiendum, peccat mort. & tenetur restituere. cap. 17. num. 118.

Peccat mortal. qui sine necessitate extrema occultè accipit res superuacaneas alterius, vt sibi vel alteri subueniat, numero 119.

Qui aliter non potest subuenire extre-

mè indigenti, potest accipere ab alia tertia persona, tenetur tamen restituere regulariter loquendo.num.118.

Extremè indigentibus excommunicatis, imò & infidelibus, oportet vendere necessaria ad sustentationem. cap. 21. num. 25. Et tenetur homo eisdem indigentibus extremè, subuenire, imò & non indigentibus extremè sed tantùm valde.cap.27. num.55. Quæ sit extrema necessitas, vide tit. Eleemosyna.lit. I.

NECROMANTIAM addiscens, vel ea vtens, peccat mort. & nolens comburere libros huius facultatis, nõ est absoluendus. cap.12. nu.28.

NEGOTIVM restituere tenetur negotiorum gestor, qui damnificauit alterum in vtilitatem sui principalis. vide Restitutio. I I.

Negotiorum gestor, qui rebus, vel loco, vel tempore, vel persona, vel pacto exclusis, negotiatus fuerit, iactura eius periculo erit, qui contra pactum fecit. cap.17. num.259.

Vtrùm qui promisit negotium se gratis acturum, possit clàm recipere pretium pro stipendio, colligitur pars negatiua ex cap. 23.nu.97.

NEOPHYTVS, id est, recenter conuersus, non debet ordinari. Neophytus non est

idem

idem qui vulgo dicitur nouus Christianus. cap.27.nu.205.

NOTARIVS vide Tabellio.

NOTORIVM dicitur *quod est manifestum per sententiam, vel confessionem in iure, vel per euidentiam facti, quæ nulla tergiuersatione celari potest*, & non aliud, quamuis duobus, tribus, vel pluribus testibus probari possit. cap.21.nu. 55. & cap.25.num. 73. illud autem dicitur notorium in vicinia, vel collegio, quod scit euidenter maior pars viciniæ, vel collegij, dummodò saltem decem inueniantur in eo. itaque non sufficit quòd id sciat pauciores quàm sex homines: nec ij sufficiunt, quando non sunt maior pars viciniæ, vel collegij. cap.25.num. 73. & cap.27.num.250.dict.10.

NVMERVS

PECCATORVM, necessariò est interrogandus, & necessariò confitendus. cap.5. nu.2. Nec sufficit confiteri sæpe peccasse. cap.6.num.13.14.

Si verò numerum non confiteatur propter obliuionem prouenientem ex culpa lata, confessio est nulla. cap.6.nu.14.

Sufficit, vt confiteatur ſtatum ſuum, qui multitudinem peccatorum numerare nequit, ſicut meretrix, vel ſaltem durationem temporis. nu. 15.

Numerus peccatorum multiplicatur quando quis eodem impetu dicit facitve diuerſa peccata. No. cap. 6. nu. 18.

Toties augetur numerus peccatorum, quoties voluntas peccandi, quæ fuerat interciſa, renouatur: ſecus eſt in actibus exterioribus. cap. 6. num. 16.

Non multiplicatur numerus peccatorum, etiamſi durante opere exteriori, multoties interior voluntas interrumpatur, ac renouetur: nec è contra ſi manente eadem voluntate opus multiplicetur, exterius prius quàm finiatur delictum. cap. 6. nu. 18. 16. Nec multiplicantur quamuis multiplicentur actus exteriores, & interiores, qui tantùm ſunt veluti via ad vnicum peccatum. nu. 16. Secus ſi per ſe ſint peccata ſeparata in Nou. nu. 17.

Nec etiam multiplicatur per actus conſequentes, & ſubſequentes. Quando inter præambula, & conſequentia, & actum principalem non eſt notabilis interruptio. Quòd ſi ſit aliqua notabilis interruptio, licèt ſint diuerſa peccata etiam in genere moris, non tamen ſunt neceſſariò confitenda. addit num

in

in Nou.cap.6.nu.18.coroll.1.

Multiplicatur tamen numerus per secundam copulam,etiam si sit propinqua primæ. ibid.

Consumēs integrum diem ad perpetrandum homicidium, facit vnum numero peccatum.cap.6.nu.15.cap.15.nu.4.

Qui per multum temporis insequitur fœminam,qua non potitur, toties committit peccata distincta numero,quoties interrumpit malam volūtatem cessando ab opere exteriori in illum malum finem ordinato,& iterum reuertitur ad illud.cap.6.nu.18.

NOVITIVS. vide,Religiosus.

OBEDIENTIA.

OBedientia est duplex,Specialis & Generalis. *Specialis,est virtus inclinans ad faciendum ea quæ iubentur,eo principaliter*,quòd iubentur.cap.23.nu.35.

Generalis verò *cōprehendit omnes omnium virtutum actus, quibus fit quod iubetur.* cap. 23.nu.35.

Obedientia in dubio excusat à peccato. cap.17.nu.201.

Præceptum Prælati sufficit fieri verbis claris vel obscuris, id satis significantibus.

cap.23. num.39. Quid non potest Prælatus præcipere, vide, Prælatus.

OBSTETRIX, peccat mortaliter ignorans formam baptismi. cap.22. nu 6.

OBLATIO inter Missarum solennia in die festo tunc est facienda sub præcepto, quando viget cõsuetudo antiquà, & si omittatur, datur scandalum, vel occasio, ne maior pars populi offerat. cap.13. nu.19.

OBLIGATIO, est mater actionis. Præl. 7. nu.25. Quando tempus præfinitur ad finiendam obligationem, eo elapso finitur: secus quando præfinitur ad dilatandam. cap. nu.45.

OCCASIO.

VT possit quis absolui, non tenetur abstinere ab occasionibus remotis peccandi mortaliter, nec à proximis peccandi venialiter. Tenetur tamen à propinquis peccandi mortaliter. cap.3. nu. 5. lit. A.

Occasio propinqua peccati mortal. est *omnis, & sola illa quæ est peccatum mort. vel est talis occasio peculiaris, qua credit homo, vel credere debet, numquam, vel rarò se vsurum illa sine mort.* nu. 5. lit. D. Nou. nu. 9. Exempla vide tit. Absolutio.

Peccat mort. qui se exponit periculo peccandi

candi mort.cap. 14.nu.26.

Qui non proponit se abstenturum ab occasione, quam dat alteri ad peccandum, non est absoluendus, quando dat illam per peccatum mort. aut intentione etiam minùs principali inducendi ad illud, vel ad id iuuando, vel contemnendo salutem spiritualem proximi, vel consentiendo saltem interpretatiuè. cap. 14. num. 31. lit. A. Nou. nu.32.

Talem occasionem præbet, qui reficit Synagogas, Mezchitas, Idola, eorúmve phana, & peccat mort. ibid. lit. D. Nou. 36.

Qui commodat balliſtam, ensem, &c. ei qui cum alio rixatur, & petit eum animo irato, dat ei occasionem peccandi propinquam. ibid. lit. D. Nou. nu. 38.

Non peccat qui permittit, vel offert alteri occasionem peccandi, vt sic deprehensus meliùs & vtiliùs corripiatur. lit. E. Nou. nu.39.

Non dat occasionem peccandi, qui bono animo instituit processiones, nundinas, nuptias, primas Missas, belli simulachra, publica conuiuia, choreas, &c. lit. L. §.24. Nou. nu.44.

OCCVLTVM. Occultus auctor delicti manifesti non potest sub excommunicatione compelli ad se manifestandum, sed ad

restituendum.cap.17.nu.160.

Occultum dicitur *quod non est publicum: publicum verò id quod est notorium.*ibidem.

ODIVM Dei est maximum peccatorum.cap.11. nu.14. Odium etiam proximi est mortale.ibid.

OFFICIVM. Peccat mort.princeps videns officia publica sui regni tam carè, & talibus personis, vt probabiliter credat, vel credere debeat, quòd malè vtentur eis,aut oppriment subditos.c.25.nu.7.

Peccant mort. Domini accipientes pretium pro temporalibus officiis,quando recognoscunt alium Superiorem,& sit in loco vbi prohibitum est sub mort.ibidem.

Non peccant principes dando officia publica in dotem, vel mercedem obsequiorum.Neque officiarij vendentes publica officia pretio tam honesto, & talibus personis, vt probabiliter credatur non malè vsuros officiis.cap.25.nu.7.

Pius V. tulit contra ambientes officia iurisdictionem habentia sequentem legem.

Nemini de catero liceat, mediante pecunia, vel solutione,& traditione,ac promissione aliarum rerum, & per interpositas personas, aut alias quouis modo faciendas, aliquas dignitates, & officia exercitium & administrationem iurisdictionis habentia procurare, assequi, vel obti

obtinere: ac si quis his præsentibus contrauenisse quoquomodo dici, aut censeri potuerit, ipsum contrauenientem eo ipso confiscationis bonorum, degradationis, & amissionis tam priuilegij doctoratus, quàm quorumcumque per eum obtentorum officiorum tam secularium quàm Ecclesiasticorum, ac demùm vltimi supplicij pœnam irremissibiliter incurrere volumus. & infrà. Et quod vbicumque & quandocumque compertum fuerit per interpositam personam, aliquas pecunias, seu alias res traditas, seu promissas fuisse alicui curiali, familiari, vel cuicumque alteri personæ pro officiis, & dignitatibus iurisdictionis administrationem habentibus, is qui officium huiusmodi habuerit, obtinuerit, se à præmissis attenta interpositione personæ huiusmodi nullatenus excusare queat. Quinimò nulla admissa ignorantia excusatione, ipso iure præsumetur solutionem, & promissionem huiusmodi de eorum qui officia & dignitates & similia obtinuerunt consensu, & mandato penitus esse facta, eisdemque propterea pœnis subiacere omnino intelligatur. cap. 25. nu. 7.

OLEVM sanctum. vide Chrisma.

OMISSIO vt mala sit, requiritur quod homo possit facere, & teneatur, & non faciat. Præl. 6. nu. 4. Præl. 7. nu. 13, & in hoc ponuntur aliqua exempla.

OPERA bona facta in peccato ad mul-

ta

ta prosunt. de quo in hoc Comp. tit. actus humanus.

OPERA misericordiæ. vide Eleemosyna.

OPINIO.

QVando confessarius & pœnitens habent contrariam opinionem; si confessarius credat se inniti euidenti textui vel ratione: pœnitentem verò dubiâ, non debet eum absoluere: secus, si pœnitens innitatur æquali rationi vel ferè æquali. cap. 26. nu. 4.

Sequenda est opinio communis, vel pluribus rationibus innitens: quibus cessantibus eligenda est benignior, illa scilicet, quæ fauet iuramento, matrimonio, doti, testamento, libertati, pupillo, viduæ, peregrino, rebus piis, & religiosis, alicui personæ miserabili, vel priuatæ contra fiscum, cùm fiscus in delicto personæ priuatæ fundatur, vel fauet valori actus, vel reo. cap. 27. nu. 283.

Opinio communis non facit ius. Imò postponenda est opinioni alicuius melioris rationis innitentis, additum in Nou. cap. 3. num. 8. post medium. Stylus verò curiæ Romanæ facit ius. c. n.

Non tenemur semper tutiorem partem eligere, sufficit eligere tutam, in his etiam, quæ

quæ ad fidem & mores pertinent. cap.27. nu.275.

In foro conſcientiæ ſufficit ad non peccandum, ſequi opinionem eius, quem meritò cenſemus ſcientia idoneum. num.285.

Pluris æſtimanda eſt opinio paucorum rationem perpendentium, quàm multorum non perpendentium. nu.285.

Qui opinatur, iudicat, ſecus de eo qui dubitat. nu.275. vide etiam tit. Scrupulus.

ORATIO. Quando feruoroſa oratio eſt neceſſaria, propter imminentem neceſſitatem, tunc neceſſaria eſt etiam contritio, c.1. nu.31.

Oratio eſt ſub præcepto, quando nullum aliud videtur remedium ſuę ſalutis, vel proximi. c.13. nu.18.

Sancti orandi ſunt & inuocandi à nobis, & contrarium dicere eſt hęreticum. cap.11. num.23. Inſtituens publicas orationes, non peccat. cap.24. num.31.

ORDO I.

Pro vt eſt Sacramentum ſecundùm ſe.

ORdo generaliter ſumptus *eſt parium diſpariumque rerum ſua cuique loca tribuens*

buens dispositio: & per antonomasiam, nomine ordinis intelligitur ecclesiasticus. ca.11. num.17.

Ordo quatenus Sacramentum, est qui *traditur character, & potestas consecrandi Eucharistiam: vel eam administrandi.* ibid. & de necessitate Sacramenti presupponit characterem baptismalem.nu.205.ca.27. Secus de charactere Confirmationis.nu.9.cap.1.

Materia Ordinis est traditio rei sensibilis, vt libri, vel calicis. Forma est prolatio verborum, quæ pro varietate ordinum sunt varia. Debet autem traditio, & acceptio, seu contactus rei sensibilis, concurrere simul cū prolatione verborū, & nō ante nec post.n.17.

Ordines iuxta Theologos sunt septem, Ostiarius, Exorcista, Lector, Acolythus, Subdiaconatus, Diaconatus, Presbyterium: nam prima tonsura, & episcopatus non sunt ordines, sed officia. Canonistæ faciunt nouem admittentes tonsuram, & episcopatum. Doctor asserit esse octo, non admittens Tonsuram. Tridentinum autem videtur fauere Canonistis, quoad episcopatum.num.18.

Quatuor minores ordines non sunt Sacramentum, sed potiùs Sacramentalia: & idem de prima tonsura: non imprimūt characterem, non habent votum solemne castitatis sibi annexum, & ob hæc non dicun-

tur

tur Sacri, quamuis sint Sacri. cap. 22. nu. 18.

Tres maiores ordines & episcopatus sunt proprie Sacramentum, imprimunt characterem, habent ex statuto Ecclesiæ votum solemne castitatis sibi annexum. num. 18. Non sunt reiterabiles, imò nec minores, nec prima tonsura. nu. 2.

Concilium Trident. definiuit sub anathemate hæc sequentia. sess. 23. cap. 2.

I. *Quòd in nouo testamento est Sacerdotium visibile, vel externum.* II. *Sacerdotium esse potestatem consecrandi, & offerendi corpus verum & sanguinem Domini, & peccata remittendi: non tamen esse officium tantùm, aut nudum ministerium prædicandi Euangelium.* III. *Quòd Sacerdotes qui non prædicant sunt etiam verè Sacerdotes.* IV. *Prater Sacerdotium esse in Ecclesia Catholica alios ordines maiores & minores, per quos velut per gradus quosdam tenditur in Sacerdotium.* V. *Ordinem siue sacram ordinationem esse verè & propriè Sacramentum à Christo Domino nostro institutum: non tamen esse figmentum à viris rerum Ecclesiasticarum imperitis excogitatum: neque esse tantùm ritum quemdam eligendi ministros verbi Dei, & Sacramentorum.* VI. *Quòd per sacram ordinationem datur Spiritus sanctus, ac proinde optimè dicunt Episcopi,* Accipe Spiritum sanctum. VII. *Quòd per*

per eam imprimitur character, vnde qui Sacerdos semel fuit, non potest fieri laicus.

VIII. *Sacram vnctionem, qua Ecclesia in sacra ordinatione vtitur, non tantùm requiri, sed esse salutarem, & in veneratione habendam, similiter & alias ordinis caremonias.* IX. *Esse in Catholica Ecclesia Hierarchiam, diuina ordinatione institutam, quæ constat episcopis, presbyteris, & ministris.* X. *Episcopos esse presbyteris Superiores, habereque potestatem confirmandi & ordinandi: atque eam quam habent non esse illis communem cum presbyteris.*

XI. *Ordines ab Episcopis sine populi, vel potestatis secularis consensu, aut vocatione collatos non esse irritos, sed legitimos & veros.*

XII. *Eos, qui nec ab Ecclesiastica potestate ritè ordinati, nec missi sunt: sed aliunde veniunt, non esse legitimos verbi, & Sacramentorum ministros.* XIII. *Episcopos auctoritate Romani Pontificis assumptos esse legitimos, ac veros Episcopos: non tamen figmentum humanum.* cap. 22. 18.

Peccat mort. & est hæreticus qui credit non esse vera, definita à Conc. Trid. circa Sacramentum ordinis. Et si id quouis modo exteriùs profert, est excommunicatus per bullam cœnæ. cap. 22. nu. 18.

ORDO

ORDO II.

Quoad collationem & Susceptionem.

PECCAT mort. qui se facit ordinari contra canones Concil. Trid. sess. 25. cap. 4. vbi ait.

I. *Nemo initietur prima tonsura, nisi fuerit confirmatus Sacramento Confirmationis : & nisi fuerit edoctus fidei rudimenta : & nisi sciat legere & scribere : & nisi intelligatur quòd in obsequium Dei vult ordinari: non tamẽ vt brachium seculare fugiat.* II. *Minoribus ordinandus habeat testimonium bonum à suo Parocho, & à suo magistro scholæ : calleátq; linguam Latinam : & minores conferantur per temporis interstitia, nisi aliud iudicauerit* Episcopus. III. *Quòd minoribus ordinati ascendant ad Subdiaconatum post annum elapsum à postremi gradus susceptione, nisi aliud iudicauerit* Episcopus. IIII. *Quòd minoribus initiati ante sacros ordines per annum versentur in Ecclesia, sint exõplares maximè continentiæ, & dominicis aut solennibus diebus communicent.* V. *Maioribus ordinandi maius habeant testimonium, idq; fiat publicè iussu Episcopi, de eorũ natalibus, ætate, & moribus, monitionibus in Ecclesia præmis-*

sis. VI. *Quòd ordinandi presbyterio, in minoribus sint probati, bonum habeãt testimonium: anno integro diaconatui seruiant: ministeria populum docendi, & Sacramenta administrandi priùs sciant: & ab eis castitatis & bonæ vitæ habeatur expectatio.* VII. *Capitulum Sede vacante infrà annum à die vacationis licentiam aut litteras commissorias non concedat alicui qui beneficij obtenti, vel obtinendi occasione artiatus non fuerit.* VIII. *Quòd facultates de promouendo aliquẽ à quocumque solùm suffragentur habentibus iustam causam in litteris exprimendam, ob quam à propriis Episcopis non ordinentur. Et tunc non ordinentur nisi ab Episcopo in sua diœcesi residente, vel pro eo Pontificalia exercente, idq; prævio diligenti examine.* IX. *Quòd nemo ordinetur prætextu cuiusuis rescripti, vel priuilegij, nisi eius probitas, & mores testimonio Ordinarij commendentur.* X. *Quòd ætas ordinãdorum sit ad Subdiaconatum, 22. annorũ: ad diaconatum, 23. & ad presbyterium. 25. & quòd nullus etiam regularis ordinetur sine prævio examine Episcopi.* Et notã quòd huic decreto non obstat Bulla Pij V. Mẽdicantibus quoad hoc cõcessa, quæ abrogata est à Gregor. XIII. XI. *Quòd cũ promotis per saltum, si nõ ministrauerint, Episcopus ex causa dispensare possit.* XII. *Quòd nullus ordinetur qui non ascribatur illi Ecclesiæ, aut*

loco

loco pio, pro cuius necessitate, aut vtilitate ordinatur. Qui si eum locum inconsulto Episcopo deserat, ei sacrorum vsus interdicatur. XIII. *Quod si fieri posset, minores ordines exercentibus stipendia assignentur: atque minoribus ordinati suis officijs inseruiant, cateri qui minoribus carent, eos non exerceant.* XIIII. *Nullus clericus peregrinus sine commendatitijs litteris sui ordinarij ad diuina officia admittatur.* XV. *Ne pro Missis nouis celebrandis quid detur, euitentúrque exactiones eleemosynarum importunæ, ac illiberales. c. 25. n. 68. Et ne cui vago & ignoto Sacerdoti Missas celebrare liceat. Et nemo publicè ac notoriè criminosus sancto altari ministrare, aut sacris interesse permittatur. Et ne sanctum hoc sacrificium extra Ecclesiam, aut ad diuinum tantùm cultum dedicata oratoria, à sæcularibus vel regularibus quibuscumque peragatur. Ibid.*

Item peccat qui contrauenit statutis eiusdem Tridentin. sess. 14. cap. 2. de Reform. vbi statuit circa suscipientem ordines, hæc sequentia:

I. *Qui se procurat ordinari ab Episcopo titulari absque sui Episcopi licentia, etiam si sit illius familiaris, & continuus commensalis, & in loco nullius diœcesis, vel exempto, suspensus sit ab executione ordinum, quousque suo Prælato visum fuerit. Episcopus verò titularis ab*

exercitio Pontificalium per annum sit suspensus. II. *Quòd Episcopus ordinare potest familiarem suum per triennium ei seruientem, si beneficium statim re ipsa & sine fraude illi conferat.* III. *Nemo ordinetur contra voluntatem sui Prælati, etiam si prohibeatur promouens ob occultum crimen & extra iudicialiter, & quòd ei qui à suis ordinibus, gradibus, dignitatibus Ecclesiasticis fuerit suspensus, non suffragetur vlla licentia de promouendo, aut ad priores gradus, ordines, aut dignitates anteà consecutas restitutio contra proprij Prælati voluntatem.* IIII. *Quòd Episcopus potest suspendere abbatem, si ei visum fuerit, suum subditum ordinatum quacumque auctoritate absque suo præcedenti examine, si eum inueniat inhabilem.* V. *Quòd Episcopus aut alij sui ministri pro collatione quorumcunque ordinum, aut pro litteris dimissorijs, aut pro sigillo nihil quicquam etiam sponte oblatum accipiant. Et notarij pro scriptura, si eis nullum salarium pro officio exercendo sit constitutum, decimam tantùm vnius aurei partem accipere possint.* VI. *Quòd non concedat dimissorias, nisi priùs examinatis & approbatis.* VII. *Quòd nemo ordinetur, nisi priùs legitimè constet eum beneficium Ecclesiasticum ad victum sufficiens pacificè possidere: & quòd illud beneficium resignare nequeat, nisi facta mentione, quòd ad illius beneficij titulum sit*

sit promotus, taq; resignatio non admittatur, nisi constet aliunde posse commodè viuere, & aliter facta sit nulla. VIII. *Quòd patrimonium, vel pensionem obtinentes promoueri posthac nequeant, nisi quos Episcopus iudicarit necessarios, vel vtiles, constito priùs, quòd patrimonium aliud, vel pensio satis sunt eis ad vitam sustentãdam, & illa sine Episcopi licentia alienare nequeant, donec beneficium sufficiens adipiscantur, aut aliunde habeant, vnde honestè viuant. c.22 n.18. dicto.3.*

Ordo facer metu iusto susceptus valet. c. 22. num. 52.

Recipiens ordinem, etiam primam tonsuram, ante Sacramentum Cõfirmationis, peccat mort. cap.25. num. 68. Sed hoc intellige, si adsit contemptus. nam si desit, nõ erit nisi veniale. cap.22. num.9.

Suscipiens minores ordines in mortali non peccat mortaliter: Secus de eo, qui suscipit Episcopatum aut alium sacrum ordinem in mortali. c. 22. num.18.

Peccat etiam mortaliter, qui procurat ordinari, vel ordinatur ab Episcopo titulari, sine sui Episcopi licentia. ibidem.

Peccat mort. qui scienter ordinatur ab Episcopo excommunicato: Et qui illegitimus quantumnis occultus ordinatur sine dispensatione: Item qui ordinatur extra tem-

pora, vel ante legitimam ætatem, vel absque litteris dimissoriis, & est ipso iure suspensus cap. 25. num. 69.

Ordinatus autem ante legitimam ætatem, nec recipit executionem ordinum, nec priuilegia ad eam spectantia. cap. 27. num. 201.

De eo qui non potest retinere vinum, de infami, de seruo, de neophyto, de idiota, de coniugato cum scurrili fœmina, an possint ordinari, vide Irregularitas III.

Non baptizatus licet sit catechumenus, & sanctus, si ordinatur, non recipit characterem ordinis. cap. 27. num. 205.

Peccat mort. qui furtim ordinatur, & contra prohibitionem ordinantis: & si prohibitio fuit sub excommunicatione latæ sententiæ, est excommunicatus & irregularis, cum quo solus Papa dispensat. c. 25. n. 70.

Qui scienter per saltum ordinatur, peccat mort. & potest cum eo dispensare Episcopus, antequam ministret, & dummodo antequam vtatur dispensatione, suscipiat ordinem omissum. Peccat etiam mort. qui ordinatur omisso aliquo necessario de necessitate præcepti, & non suppleto eo vtitur ordine, non tamen fit irregularis. num. 71.

Peccat mort. qui eodem die suscipit duos ordines sacros, & est à posteriore suspensus, in quo solus Papa dispensat. Item qui eodem

dem die suscipit ordines minores, & Subdiaconatum, nisi consuetudo esset contraria. Quod habet locum etiam post Trid. Non tamen peccat, qui eodem die suscipit quatuor minores. num. 71.

Peccat mort. qui corpore vitiatus ordinatur, aut qui postquam fuit semel à dæmone obsessus, vel morbo caduco in terram elisus: & qui antequam hos morbos haberet, ordinatus fuit, peccat celebrando, si postea frequenter corripiatur eis: non tamen peccat celebrando, qui in insaniam, vel furorem ex vi febris, vel vulneris versus fuit. à Dæmone autem obsessus numquam est ordinandus: aut si ordinatus sit, numquã debet celebrare, etiam si semel tantùm fuerit obsessus. cap. 25. num. 72. & cap. 27. num. 203. de leproso, vel patiente aliam infirmitatem præbentem notabile scandalum vsui ordinum. vide tit. irregularitas. 3. §. 2.

Peccat mort. qui excommunicatus suscipit ordines etiam minores: & qui notatus crimine notorio, & depositione digno, ordinatur ante dispensationem. Cum quo videtur dispensare Episcopus saltem in foro interiori, eo ipso quo ordinat illum. num. 73. 74. c. 25.

Licitum est suscipere primam tonsuram, & etiam minores ordines sine animo vlte-

riùs aſcendendi.num. 108.

Qui retinet duo beneficia curata fit incapax ad ordines. 115.

Ad preſbyteratum ſufficit attingere 25. ætatis annum. 116.

Obtentio beneficij eſt iuſta cauſa diſpenſandi in interſtitiis requiſitis ad ordines. Ibidem.

De ſuſcipiente ordinem titulo patrimonij promiſſi, vel donati animo retrodonandi poſt ordinationem: vide tit. Suſpenſio.

ORDO III. Quoad Miniſtrum conferentem ordines. Miniſtrans ordinem etiam ſcienter nondum confirmato, ſolùm peccat venialiter, ſi deſit contemptus. cap. 22. numer. 18.

Cauſa ſufficiens ad conferendum omnes maiores ordines intra annum à collatione minorum, eſt, quòd ordinandus obtineat beneficium preſbyterale, & ſit conſtitutio Synodalis (vt eſt in Epiſcopatu Palentino) quòd obtinens huiuſmodi beneficium fiat preſbyter intra annum. cap. 25. num. 116.

Quatuor minores ordines poſſunt ab Abbate conferri. cap. 22. num. 18. Statuta Trid. circa conferentem ordines, vide ſupra, Ordo. II.

ORDO IIII. Quoad executionem. Peccat mort. qui excommunicatus, vel interdictus

terdictus, vel suspensus exercet aliquē ordinem, vel actum particularem, & pertinentem ad suum ordinem. cap. 25. num. 93. & est irregularis. cap. 27. num. de patiente lepram, vel aliam infirmitatem præbentē, notabile scandalum vsui ordinis: vide tit. irregularitas. 3. §. 2.

ORNATVS.

MVLIER ornans se cum periculo spirituali proximi, peccat mort. si id facit per contemptum. Secus si desit contemptus. Præl. 9. num. 18. Et tunc erit contemptus, quando id facit absque vlla necessitate, vel vtilitate, credens tamen inde alium mort. peccaturum. cap. 14. num. 30.

Mulier ornans se sine contemptu salutis proximi, & sine intentione inducendi illum ad mort. non peccat mort. quamuis sciat se mortiferè adamandam ab aliquo populi, vel Ecclesiæ, quem ipsa non cognoscit: imò quamuis cognoscat, si credit, quòd ille peccat ex malitia, & praua consuetudine. quales sunt qui huiusmodi occasiones procurāt; & se iactant de illis. cap. 14. num. 31. lit. D. & Nou. num. 37.

Ornans se cultiùs quàm suo statui conue-

niat, tantùm peccat venialiter. cap. 14. num. 18.

Quæ verò se ornat splendidè secundum decentiam sui status, non peccat. c. 22. n. 11.

Religiosa quæ se moderatè ornat ob solam leuitatem ostendendi pulchritudinem, imò quamuis notabiliter excedat, solum peccat venialiter. cap. 23. num. 18.

Ornans se animo alliciendi alium ad concupiscentiam mortalem, peccat mortaliter.

Ornans se contra morem patriæ, venialiter peccat, nisi violet legem obligantem ad mortale. Idem de ea quæ se ornat splendidiùs quàm status requirit, nisi hoc esset in causa non soluendi debitum, vel non prebendi alimenta, quibus tenetur, etiam si ex id alius ad peccandum mortal. moueretur. num. 19.

Non peccat mortaliter fœmina ostentans pectora nuda, vt pulchrior videatur. Vti autem veste adeo tenui, vt pudenda intueantur, est mortale tam in viro quàm in fœmina. num. 19.

Non est de se mortale augere vel fingere pulchritudinem ornatu & fuco, sed veniale graue. Erit tamen mortale, quando fit in finem luxuriæ, vel alium mortalem. Non tamen erit neque veniale, si fiat ad occultandam aliquam deformitatem. Vti autem crinibus alienis, non est peccatum. num. 20.

Absolu-

Absolui potest illa, de qua confessor nequit intelligere, vtrùm peccarit mortaliter an venialiter, quamuis non possit ei persuadere quòd à tali ornatu desistat: cautiùs tamen aget consulendo peritos. num. 25.

PACTVM.

PACTVM legis commissoriæ positum in pœnam, sine fraude vsurarum, licitum est idem si ponatur, vt elapso die perdendi pignus, esset venditum iusto pretio. cap. 17. num. 217.

PAPA.

PAPA quo puncto est iste electus, habet confirmationem à Deo immediatè, & habet eandem plenitudinè potestatis, quam post coronationem. cap. 27. num. 147.

Papa sumit immediatè iurisdictionem à Christo super vniuersos Christianos. cap. 27. num. 13. & 263. §. Præfatus.

Papa non habet iurisdictionem super se, neque super successorem suum: neque dat iurisdictionem suo confessario. addit. Nou. cap. 27. num. 263. §. 4.

Papa

Papa nulli homini, neque legi humanæ subiicitur quoad pœnam: vnde non potest excommunicari. Nam neque propter hæresim (si in eam incideret) incidit in excommunicationem humanam: sed in aliam diuinam. cap. 27. num. 13.

Papa potest multa iura iure naturali & diuino competentia ex iusta causa restringere, limitare, declarare; neque ob id dicitur tolli tale ius. addit. in Nou. cap. 27. n. 163.

Imò etiam potest restringere ius Episcoporum, quod de reseruandis sibi casibus habent, & dare facultatem aliis sacerdotibus vt ab eis absoluant. ibidem.

Potest facere, vt parochiani non teneantur confiteri proprio parocho, sed quòd cuilibet Sacerdoti approbato etiam religioso confitentes non teneantur reiterare confessionem, etiamsi sine licentia parochi confiteantur, sed quòd intelligantur cum tali Confessione rite facta satisfacere præcepto Ecclesiæ: & contrarium dicere sapit hæresim Ioannis Poliaci olim damnati. additum in Nou. cap. 27. num. 263.

Papæ statuenti aliquid in detrimentum beneficiorum patrimonialium Castellæ, obediendum est, & dicere contrarium sapit hæresim Anglicanam. ibid.

Nemo neque Imperator potest spiritua-

lia,

lia, aut beneficia Ecclesiastica, etiam iuris patronatus,& quæ alia cuiuscumque qualitatis sint,& conditionis constituere,erigere, destruere,aut tollere,neque in totum,neque in partem etiam minimam, nisi solus Papa, aut ex eius commissione. addit. Nou.cap. 27.num.13.

PARAPHERNVM; vide Bona.

PAROCHVS.

PAROCHVS Episcopo absente potest dispensare in ieiunio,cap.21.num.21.

Sustentandus est à Dominis terrarum (in quibus degunt discedentes à Sarracenis)capientibus redditus Ecclesiasticos.c.25.n 27.

Debet prædicare,& tenetur de iure diuino.cap. 25. num. 121.& debet id facere saltem diebus Dominicis,& festis solemnioribus.num.185. Habet enim facultatem concionandi, & illam potest dare, quoad suam parochiam alteri noto,& approbato.n. 141.

Parochus non potest excommunicare. Et peccat mort. negans Sacramenta petenti, aut non dans licentiam confitendi alteri nu.131.

Tenetur confessionem, & communionem ministrare ægroto, etiam peste laboranti.

rantinu. 133.

Non tenetur quotidie, nec omnibus diebus, quibus commodè posset, missam celebrare: tenetur tamen omnibus festis de præcepto seruandis. Est etiam seruanda consuetudo, quæ circa hoc viguerit, ad quam tenebitur parochus. nu. 134.

Tenetur infra duos menses à die possessionis, coram Episcopo, vel eius vicario profiteri fidem. nu. 136.

Parochialis Ecclesia non est prouidenda, nisi per oppositionem præuio examine. nu. 139.

PARTICIPATIO. Aliquis dicitur participare alterius peccato his nouem modis, iubendo, consulendo, consentiendo, laudando, recipiendo, adiuuando, non impediendo, occultando, non manifestando. cap. 11. num. 13.

Participans peccato, non semper incurrit censuras, nec obligationem restituendi, quas principalis auctor incurrit. ibidem.

PASSIO. De passionibus animæ, vide, Anima. Pœnitens examinandus est circa passiones eius an sint mortales, necne: nisi aliàs id coniecerit Confessor. addit. Nouo Præl. 5. num. 11.

PATER.

PATER. MATER.

PATER potest obligare filium sub peccato mort. cap. 14. num. 2. Et peccat m. notabiliter negligens prouidere necessaria vitæ spirituali vel corporali filij. num. 17. Idem si propter auaritiam mittit filium ad hospitalia, vel ianuas Ecclesiæ. nu. 17.

Tenetur hospitali soluere expensas, quibus ibi nutritus fuit filius eius, nisi excusetur ob paupertatem. cap. 16. nu. 48. Tenetur alere filium post tridennium. cap. 14. num. 17.

Peccat mort. nolens filias etiam spurias dotare, cùm possit. Idem si consulit matrimonium filio emittenti votum continentiæ & religionis in ætate sufficienti. nu. 17. cap. 14.

Item si patitur amari filiam ob malum finem, vel non separat eam à malis sodalitiis. Vel patitur impudicè & enormiter tangi ab sponso. nu. 18.

Potest vendere filium etiam inuitum, propter necessitatem. Potest etiam donare filio laboranti in paternis bonis tantùm quantùm extraneo, idque extra legitimam. cap. 17. num. 88. & 144.

Tenetur

Tenetur restituere accipiens sibi, vel alteri ex bonis filij castrensibus, vel quasi castrensibus, vel fructibus eorum. Idem si accipiat aliquid, quoad proprietatem de bonis aduentitiis filij familiàs: & etiam administrando ea tam malè, vt notabiliter ladantur. Quo casu tenentur fratres mortuo patre resarcire; Si verò pater habebat vsum fructum, & non damnificauit proprietatem, sed solùm fructus, nec ipse, nec fratres tenentur restituere. num. 151.

Peccat mort. inducendo filium per metum etiam reuerentialem, vel per fraudem, vt renunciet legitimæ, & tenetur restituere. cap. 17. nu. 152.

Potest minuere filiis legitimas per contractus verè onerosos, & per donationes remuneratorias. Item potest, dum viuit, largiri in veras eleemosynas, ea quæ pertinent ad salutem animæ. cap. 26. nu. 39.

Mater peccat mort. si notabiliter negligit deligere nutricem bonam, vel curare bonam pueri educationem, vel vsque ad triennium non ministrat ei necessaria. Peccátque venialiter non lactans filium proprio lacte sine iusta causa: quæ si adsit, non peccat. cap. 14. num. 17.

PAVPER.

POTEST sua debita incerta in partem vel in totum sibi applicare, maximè de consilio Confessarij. cap. 17. num. 93. Sub nomine pauperis etiam intelliguntur monasteria, Ecclesiæ, pia opera, pauperes mendicantes & alij egeni. his possunt restitui res incertæ. ibid.

Pauper fictus tenetur restituere eleemosynam acceptam, non danti, sed pauperibus. Quod magis cofirmatur in Nouo, variis argumentis. cap. 17. num. 108. vide tit. eleemosyna.

PAVPERTAS. vide Religiosus.

PECCATVM I.

in Communi.

PECCATVM per metum factum est involuntarium secundùm quid, sed tamen est peccatum. Præl. 7. num. 17. in Antiquo.

Non omne peccatum ideo malum, quia prohibitum prohibitione humana: Secùs de prohibitione legis æternæ. Præl. 7. num. 18. Nou. num. 12.

Ex actu malo interiori & exteriori vnum peccatum fit in genere moris, quamuis plura sint in genere entis. Præl.7. num.23. Nou. num. 9.

Peccati reatus est obligatio nata à peccato, ad pœnam subeundam, ob mortale quidem ad pœnam æternam, & ob veniale ad temporariam: vnde reatus est filius peccati. Præl.7.num.25. Nou.num.21.

Item reatus peccati ad triplicem pœnam tendit. Nam ob offensam rationis habet remorsum conscientiæ: ob offensam Dei, pœnam æternam, vel temporariam: ob offensam legis humanæ, pœnam illius legis. ibid.

E Peccatum est duplex. Alterum originale, *quod est carentia iustitiæ originalis transfusa ab Adam per virtutem seminalem.* Eius effectus sunt rebellio quædam viriũ inferiorum contra superiores. Eius pœna est exclusio à vita æterna. Præl.8.num.5.8.

F Alterum est peccatum actuale, hoc est, *quod non est originale.* Et est duplex, mortale & veniale. Præl.7. num.25.21. Præl. num.6. peccatum actuale est multiplex, si ordinetur in fines plures, & malos. Præl.9. num.17.

G Peccatum contra plura præcepta, quorum vnum est generale, alterum speciale, inclusum in generali est vnum: secus si sit contra

tra duo præcepta distincta, vt quando in eodem die occurrunt duo præcepta ieiunij. cap. 11. num. 4.

Qui committit vnum peccatum, ex quo alia sequuntur: vnum tantùm peccatum cõmittit. ibid.

Peccata differunt specie penes obiecta, & fines. num. 17. Peccatum factum ex confidentia veniæ leuius est. cap. 6. num. 4. Licitum est gaudere de bonis effectibus subsecutis ex peccato: non tamen de peccato. cap. 21. num. 46.

PECCATVM *mortale*

EST *dictum, factum, vel concupitum contra legem æternam Dei.* Lex autem æterna est *summa Dei ratio, quæ iam inde ab æterno cuncta ordinauit, & post mundum creatum omnia gubernat.* Præl. 7. num. 5.

Quidquid est contra legem, & rationem naturalem, est contra legem æternam: non tamen è contrà. ibidem.

Peccatum aliquando potest remitti sine dolore formali. cap. 1. num. 6. 10. 13.

Voluntas peccandi mort. cum hac condi-

tione *Si Deus non prohibuisset*, non est mort. cap. 17. num. 4.

Peccatum in spiritum Sanctum *est contra bonitatem, quæ spiritui Sancto attribuitur.* Et est sextuplex, Desperatio, Præsumptio, Impœnitentia, Obstinatio, Impugnatio veritatis agnitæ, Inuidia fraternæ gratiæ. Dicuntur irremissibilia, non quia non possunt remitti, si adsit vera pœnitentia de eis: sed quia secundùm suam naturam repellunt principia & media, quibus remittuntur peccata. cap. 23. num. 126.

PECCATVM III. Veniale, *est præter legem, & non contra legem.* Sed sic contra legem æternam. Præl. 7. numer. 16. Requirit dolorem formalem, vel virtualem, & potest esse dolor de vno, & non de alio. c. 1. nu. 15.

Potest validè absolui à religioso non habente facultatem à prælato. Imò licitè, dummodo non sit illi prohibitum per statutum religionis, vel mandatum Superioris. cap. 4. num. 1.

Peccatum veniale nunquam est licitum, nec ad vitandam proximi mortem. cap. 14. num. 31. lit. D. Nouo num. 32. §. 8.

Potest remitti sine mortali. No. cap. 3. n. 7.

PECVLIVM. vide Bona Castrensia. Pecunia, vide tit. moneta.

A PENSIO *est ius spirituale, aut illi annexum,*

non antecedenter vt ius patronatus, sed dependenter, vel consequenter ad instar beneficij. cap. 23.nu.111.ad 13.

Pensio solita constitui super beneficia Ecclesiastica,non potest emi,vel vendi.ibid. vide Simonia I I.

Potest emi gratis sine auctoritate constituentis, non tamen redimi anticipata solutione sine auctoritate Papæ:& redemptio erit nulla, & non obstante ea potest exigi pensio pro annis, quibus anticipata est solutio.cap.23. num.111.ad 13. B

Filius illegitimus clerici non potest habere pensionem super beneficiis quæ pater eius obtinet vel aliàs obtinuit. cap.25.num. 117. C

Non peccat coniugatus, qui auctoritate Apostolica accipit super beneficiis pensiones necessarias ad sustentationem sui status. num. 119. Potéstque quis frui pensione à Papa sibi concessa,quamuis non seruiat Ecclesiæ. ibidem.

Non est imponenda super fructibus Episcopatus habentis tantùm summam mille ducatorum, nec parochialibus non excedẽtibus centum. num. 137.

Pensionarius personaliter consentiens constitutioni pensionis, si non soluit eam statuto die, incidit in censuram, etiam ante

intimationem litterarum ; secus si consentiat per procuratorem. cap. 27. num. 272.

PERCVSSIO.

A PErcussio clerici est triplex, Enormis, Mediocris, Leuis. Enormis est percussio violenta, qua quis deformatur, vel fit membrum inutile, vel quasi inutile ad suum munus: & illa, ex qua effluit multum sanguinis (exceptis naribus vel alia parte, ex qua facilè erumpit sanguis) & illa, quæ fit in proprium Episcopum vel Abbatem, vel
B causat magnum scandalum. Non est idem iudicium de quolibet excessu notorio, etiam facto in foro iudiciali, coram iudice, vel in Ecclesia, aut dormitorio, in facie vel oculo; nisi talis generet magnum scandalum. cap. 27. num. 92.

De percussione mediocri & leui habetur in extrauaganti cuiusdam summi Pontificis, qui fuit ante Innocentium IV. cuius tenor est hic.

Perlectis, &c. *Respondemus, percussionem leuem esse pugni, palmi, manus, pedis, digiti, aut baculi, aut lapidis, qua nullam maculam, neque sugillationem carnium relinquit, neque abscindit membrum, sine effractione dentium, sine auulsione multorum capillorum, sine effu-*

sione

sione multi sanguinis. Nolumus tamen dicere quòd huiusmodi leuis percussio, vt pugni, aut unguis, fiat atrox ob multi sanguinis effusionem. Ad iudicandum tamen quæ sit leuis, mediocris, aut enormis, volumus diligenter perpendi, non solùm factum, sed etiam qualitatem eius, & modum percutiendi, & ladendi cum omnibus suis circumstantiis loci, personæ, & aliis. Personæ si est magister, iudex, prælatus, pater, patronus, aut dignitas, percussus iniustè à subdito, aut ab alio se viliori. Quia ex hoc interdum censentur graues iniuriæ, quæ ex se sunt leues, aut mediocres. Et quia conditio negotij non patitur integram determinationem huius rei, relinquimus tuo arbitrio, vt declares, quæ sit leuis, aut enormis iniuria: Admonentes, vt potiùs declares in dubio esse percussionem grauem, & ab ea non posse absoluere, quàm declarando leuem occasionem præbeas ladendi statum Ecclesiasticum.

Non est intelligenda in hac materia percussio leuis venialis, quæ non inducit excommunicationem: sed percussio leuis mortalis, quæ inducit illam censuram: dicitur autem leuis, quia licèt sit mortalis, est tamen minor quàm enormis, & mediocris. cap. 27. num. 91.

Persona cuius arbitrio relinquit Pontifex harum percussionum censuram, potest

esse non solùm Episcopus, sed etiam confessor.num.91.

Percussio grauis eadem est,quæ enormis. ibidem.

A percussione graui seu enormi clerici solus Papa absoluit.A mediocri etiam Papa: sed aliquando potest Episcopus,vt cùm sunt clerici simul viuentes in collegio: aut si ianitor,executor, merinus, aut alius minister custodiens fores, & cohibens homines inferat manus clerico, absque intentione lædendi,& licèt non sine culpa,tamen leuiter, aut mediocriter. Possunt absolui à suo prælato Religiosi percutientes mediocriter,aut leuiter,clericum:A percussione leui Episcopus absoluit. cap.16.num.8. & cap.27.num. 92. Secus si sit à ministro Iustitiæ.num.78.

Peccat mort.clericus, aut religiosus, qui præ ira percutit se ipsum, & est excommunicatus. Secus si ex deuotione,aut luctu, ob mortem parentum, vel amicorum leuiter se flagello aut manu percutiat: non tamen potest consentire, vt ista ob hunc finem ab alio ei inferantur.cap.15.num.11.

PERMISSIO. Non peccant qui pueris ad vitia procliuibus permittunt occasiones labendi,vt comprehensi vtiliùs castigentur. cap.24.num.13.

PERMVTATIO. Quod habetur per permu-

permutationem, non succedit loco rei permutatæ.cap.17.num.50.

Ad iustitiam permutationis non requiritur quòd res permutanda sit iam in rerum natura, & in dominio eius,cum quo res alia permutatur.num. 283. lit.C.Nou.num.285.

PERTINACIA est credere aliquid nõ paratus corrigi ab Ecclesia. cap.11.num.22.

PEREGRINVS Clericus non debet admitti ad officia diuina, sine litteris commendatitiis. cap.25. num.68. ipse tamen si celebret in occulto, non peccat. cap. 27. num.153.

PERIVRIVM.

DIcens aliquid falsò, & adiungens, *hæc mihi faciat Deus*, vnum tantùm peccatum committit.cap.12.num.1.

Iurans falsum scienter, est periurus, quacumque de causa id faciat.num.5.

Iurans falsum non aduertens, sed ita dispõsitus, vt, si aduerteret, etiam iuraret, ob prauam consuetudinem, periurus est:Communiter tamen veniale est iurare falsum, non considerando an sit falsum nécne. numer.16.

Iurans falsum per ignorantiam crassam, credens esse verum, peccat mort. Si tamen

adhibuit aliquam diligentiam, sed insufficientem, peccat venialiter: Si verò adhibuit debitam, non peccat. ibid.

Iurans verum, credens esse falsum, aut iurans nesciens an sit verum, peccat mort. num. 7.

Iurans verum, secundùm mentem suam, & non iuxta mentem interrogantis iudicis competentis, seruantísque iuris ordinem, aut se offerendo ad iurandum iurat sic, peccat mort. Secus si iudex non est competens, aut non seruat ordinem iuris, vel extorquetur iuramẽtum ab homine priuato per metum, vel importunitatem. num. 8.

Qui metu compulsus, iurat iuxta mẽtem suam, non peccat, nec tenetur ad amplius quàm intellexit. num. 9.

Vxor adultera iurans marito se non esse talem, eo quòd persuasa sit quòd egerit pœnitentiam, peccat. Secus si compulsa fuit ab eo ad iurandum. num. 18.

Iurans falsò se non habere rem ab alio petitam, peccat mort. si tenetur dare: Secus, si non tenetur. num. 18.

Iurans tempore pestis verum iuxta mentem suam ad portas ciuitatis, & non iuxta mentem interrogantis, peccat mort. nisi custodes falsò crederent aliquam vrbem esse peste infectam, aut respondens rationabiliter

ter crederet se, neque aliquid suum, peste esse infectum.num.19.

Scholastici qui alloquuti sunt oppositores citra subornationem,& postea iactant se non alloquutos eos,non peccant.num.19.

Iurans sine animo adimplendi, peccat mort.num.12.

Iurans latroni se ei daturum centum aureos, non tenetur eos soluere,si intra se intellexit, *si teneor*, & tamen aliàs non debet, num.14.

Iurans facere aliquid, credens, se non posse præstare, peccat mort. Secus si credit posse illud præstare, & facit quod in se est,quamuis posteà non præstet.Peccabit tamen si transacto tempore statuto, quàm citissimè poterit,non præstet.num.22.

Iurans se habiturum aliquid sub secreto, & postea manifestat, vbi & quando occultare tenebatur,peccat mort. Idem de inducente ad violandum huiusmodi secretum. num.23.

PIETAS Filiorum erga parentes, vide Filius.

PIGNVS.

CReditor vtens pignore sine voluntate debitoris,cum notabili damno eius,peccat

cat mort.& est furtum: & si cum voluntate eius est vsura. Nisi vsus sit talis qualis gratis inter amicos conceditur, sicut liber.cap. 17.num.203.

Creditor tenetur computare in sortem fructus pignoris deductis expensis. Et peccat vtens vsu, vel fructu pignoris cum pacto non computandi in sortem; potest tamen deducere impensas legitimas. numer. 205.206.

Tenetur creditor computare in sortem fructus, quos debitor non colligebat, nec colligere putabat. Idem si sua solerti industria ter tantos fructus colligit, quàm debitor cogitabat.cap.17.num.216.

Dominus directus prædij, accipiens in pignus prædium emphyteuticum, non tenetur computare fructus in sortem, sed accipere eos sibi, concurrentibus tribus.

I. Quòd nil aliud debitum ex contractu emphyteutico præter fructus accipiat.

II. Quòd illud prædium nõ sit effectum melius, seu melioratum ab emphyteuta.

III. Quòd emphyteuta dominium vtile emphyteusis gratis aut ferè gratis obtinuerit, vt communiter feudatarius solet obtinere. Nam siue ille siue feudatarius ad obtinenda sua vtilia dominia soluit magnam summam pecuniæ, non potest dominus directus

rectus capere sibi fructus, saltem quando pensio, siue responsio pro eis soluenda longè minor est fructuum valore. Sed tanto plùs ex fructibus retinere poterit, quantò minùs pretium iusto, dominus vtilis directo dedit. Easdem conditiones debet seruare Dominus directus in pignus accipiens prædium feudale, si non vult computare fructus pignoris in sortem.218. D

De emente pignus amissum ob vsuras non solutas, idem est ac de emente rem alienam.num.265.

Qui misit pignus per nuncium non habitum pro fideli, cuius dolo, vel culpa periit, tenetur restituere: secus si misit illud per nuncium communiter habitum pro fideli. Nam pignus quomodocunque pereat, Domino perit, nisi interueniat dolus, pactum, culpa vel mora.cap.17.num.185. E

Creditor tenetur restituere, si eius dolo, vel culpa lata, vel leui pignus periit, vel notabiliter damnificatur; secus si culpa leuissima, vel casu fortuito, modò non præcedat mora: nec pactum, quòd pignus, quocumque modo periret, debitori periret. Idem de paciscente cum debitore, quòd eo non soluente ad certum tempus, pignus sibi cedat, vel ne post certum diem redimi possit, nisi pactum fiat in pœnam debitoris, vt habeatur

pro

pro vendito iusto pretio.num.204.217.

Idem de creditore paciscente, vt venderetur pignus non soluto debito intra certum tempus, & priusquam venderet, non notificat debitori. Licèt sit pactum non vendendi pignus, tamen trina monitione triduo interposito facta, vt soluat, vendi potest. Si verò nulla præcessit mentio de vendendo, vel non, vnica denunciatio sufficit, vt transactis duobus annis propria auctoritate possit vendere, non tamen priùs sine auctoritate iudicis.num.204.

Licitum est pactum legis commissoriæ, positum in pœnam sine fraude vsurarum: idem si ponatur vt elapso die soluendi, pignus esset venditum iusto pretio. num.217.

Si creditor bona fide, minùs quàm debetur, vendidit pignus, reliquum potest à debitore petere: si plus vendidit, tenetur restituere. Pignus autem retineri potest, donec soluatur debitum integrum. Quòd si non soluatur debitum tempore præfinito, potest pignus alteri pignorari. num.205.

Peccat qui vasa sacra, libros, & ornamenta Ecclesiæ pignorat, nisi ob redemptionem captiuorum, subuentionem pauperum, & alia multùm necessaria Ecclesiæ.num.205.

PIRATA. vide Naufragium.

POENITENS, non tenetur singulorum

pecca

peccatorum cuiuscumque speciei in particulari reminisci, quoad effectum dolendi. cap.1.num.25. Sed sic quoad effectum confitendi ea per species, circumstantias,& numeros.ibid.

Non quotiescumque pœnitens confitetur sua peccata,detestatur illa virtualiter vel formaliter. stat enim quòd confiteatur sine legitimo dolore.num.41.Nou.num.48.

Quando pœnitens non potest confiteri circumstantiã peccati sine infamia sui complicis, debet procurare alium confessorem. Hæc tamen non est sufficiens causa confitendi alieno confessori: & minùs ad communicandum sine præuia confessione.cap. 7.num.5.6.

Non est sufficiens causa confitendi alieno Sacerdoti,quòd parochus habebit maiorem sollicitudinem de illo, & minorem æstimationem. Nec pudor est sufficiens,nisi sit adeo magnus, & pœnitens constituatur in periculo tacendi aliquod peccatum. numer.9.

POENITENTIÆ virtus generaliter est *nolle facere,aut fecisse, aliquid iam à se factum*: & fit vel sine dolore vt in Beatis, qui pœnitent de peccatis absque dolore: vel cum dolore,vt in viatoribus. Præl.10.nu.1. c.1.num.2.

Semper

Semper fuit necessaria ad salutem his qui peccauerunt mortaliter, vt declarauit Trid. Præl.10.num.2.3.

Et iure naturæ est necessaria vt medium cap.1.num.28.

POENITENTIÆ Sacramentum.

APOEnitentia propriè significat pœnitentiæ virtutem, transfertur tamen ad significandum Sacramentum pœnitentiæ, & pœnam à confessario impositam. Præl.10.n.

Pœnitentia ergo est *Sacramentum absolutionis, quo Sacerdos sibi confitentem ritè & legitimè, absoluit.* cap.22.num.11.

Eius forma est, *Ego te absoluo*, quasi materia sunt tres actus pœnitentis, Contritio, Confessio, Satisfactio. Præl.10. num.4. & cap.22.num.11.

Incepit à passione Christi. Præl.10.nu.13. Nou.num.4.

Ad Baptismum & Pœnitentiam requiritur dolor propter Deũ, & non quiuis alius. Et baptizandi, sunt inducendi ad hunc dolorem: & errant qui baptizant Indos sine tali dolore, qui censeatur contritio; & multò magis qui baptizant eos, eò solùm, quòd petunt

petunt baptizari ob manuſcula, quæ ſperãt. c. 1. num. 36. 37. 39.

Hic dolor ſufficit ad Baptiſmum vt ſit generalis omnium peccatorũ mortalium, adducendo ad ſummum aliqua eorum, non deſcendendo in particulari ad omnes ſpecies. Ad Pœnitentiam requiritur dolor magis ſpecialis, recolendo omnes ſpecies peccatorum, & de illis ſpeciatim pœnitendo. Non tamen tenetur hunc dolorem ad ſingula individua peccata applicare. cap. 1. n. 39. Nou. n. 36. 37. & cap. 11. n. 7.

Qui pœnitet in infirmitate & non antea, dubitatur de eius ſalute (quia tunc mille oppreſſus doloribus, & curis, vix poteſt erigere animum ad legitimam contritionem) intellige tamen de ſalute vera, non de præſumpta quoad concedendam illi abſolutionem, & ſepulturam. c. 1. n. 19. Nou. 15.

Peccat mort. qui ſine contritione, vel attritione accedit ad hoc Sacramentum. nu. 37. Nou. 35.

Sacramentum pœnitentiæ verè remittit culpam mortalem. cap. 1. num. 43. lit. B. & clariùs Nou. num. 44. contra Gratianum.

Per ſe ordinatur ad ſanandum, & per accidens ad ſanitatem conſeruandam. cap. 1. num. 43. lit. c. Nou. num. 43.

Circa pœnitentiã, definiuit Trident. ſub

anathemate. sess. 14. hæc sequentia.

I. *Quòd pœnitentia semper fuit necessaria ad veniam peccati mortalis.* II. *Quòd, Sacramentum pœnitentiæ numquam fuit ante adventum Christi, neque ante eius mortem, & resurrectionem.* III. *Quòd postea nihil prodest non baptizato.* IIII. *Quòd fuit institutum à Christo Domino per illa verba.* Ioan. 20. Quorum remiseritis peccata: &c. V. *Quòd fuit institutum ad reconciliandum Deo peccantes mortaliter post baptismum.* VI. *Quòd est verè, & propriè Sacramentum, & est distinctum à Sacramento baptismi, & ideo vocatur secunda tabula post naufragium.* VII. *Quòd verba illa* Quorum remiseritis &c. *intelligenda sunt de potestate remittendi peccata.* VIII. *Quòd ad veram pœnitentiam requiritur contritio, confessio, & satisfactio tanquam eius materia, & partes.* IX. *Quòd solus Episcopus, & presbyter habent potestatem absoluendi, & non alij, & licèt sint mali, non tamen perdunt eã.* X. *Quòd sunt iudices ad verè absoluendum.* c. 22. n. 11.

POENITENTIA solennis.

PRo mortali grauissimo imponebatur olim pœnitentia septem annorum. cap. 26. num. 27.

POENA. Qui propter delictum luit in corpore, eo quòd non habet in ære, non tenetur ad pœnam pecuniariam, quamuis perueniat ad pinguiorem fortunam.

Pœna legis non debetur in conscientia ante condemnationem iudicis. cap. 17. nu. 13. Idem de pœna exclusionis à collegio, vel municipio. c. 23. num. 63. & etiam in pœna conuentionali quam pœnitentes ibi imponunt. nu. 67. at verò pœna excommunicationis, & aliæ quæ non requirũt executionem, incurruntur ipso facto. ibid.

Peccat qui occultè accipit aliquid ob pœnam, quæ non debetur illi ante condemnationem. cap. 17. num. 14.

Idem in iis, quibus velut ad correlatiua benè potest extendi pœna. cap. 22. num. 74.

Reges & iudices sæculares principaliter respiciunt pœnas temporales, quas infligere, & tollere possunt: & non spirituales, quas nec infligere, nec tollere possunt etiam ministerialiter, c. 23. n. 54.

Pœna non semper præsupponit peccatum aut culpam. n. 56. Et pœna cõmisti iustè potest capi, si iustè fuit imposita. n. 64.

Quamuis in rebus paruis temporalibus iustè posset imponi pœna incurrenda ipso facto, absque alia executione, non tamen in grauibus. num. 66.

Pactum conditionale potest obligare ad pœnam ipso facto. Hæc tamen non habent locum in pœna conuentionali, quam partes sibi imponunt.n. 67.

Pœna imposita à testatore incurritur ipso facto, quia potiùs est legatum conditionale. ibidem. pœna potest extendi ad similes casus. cap. 22. num.74.

POLLVTIO.

COMEDENS nimis,vel edens cibos calidos,ex quibus venit pollutio,nó peccat mort.dúmodò non comedat eos eo fine.c.5. n.5.lit.L.Nou.n.15.c.16.n.8.9.

Non peccat non cessans ab opere, à quo cessare non tenetur, quamuis timeatur subsecutura pollutio,dúmodò nõ sit periculum consentiendi in eam.Tale est opus prædicationis,studij, confessionis &c. in quibus necesse est audire, tractare,vel legere,res lasciuas : aut munus cursoris veredarij, in quo solet caro stimulis concitari: si enim probabiliter creditur,nullatenus futurum consensum, quamuis pollutio eueniat, non tenetur omittere illa opera : secus si timeatur periculum consentiendi. c. 16. n.7.

Peccat mort.qui procurat pollutionẽ: vel placet de ea:vel non impedit eam potens & debens:

debēs: & qui se probabili periculo pollutionis exponit per cogitationes, aut delectationis carnalis affectum: aut per cōuersationes vel tactus turpes ad eam prouocantes, potens & debēs ab eis se auertere, aut comedēs, & bibēs aliquid, vt eueniat sibi pollutio, quamuis id faciat ad exonerandam naturā. c.16. n.6. Non tamen peccat complacens de pollutione sequuta, ob leuamen naturæ, idque in somnis: nec qui ob eundem finem desiderat eam, dummodò tale desiderium non sit causa pollutionis. n. 7.9.

Medicus potest desiderare, vt pollutio eueniat infirmo inuito. c.7. n.16.

Qui habet voluntariam pollutionem, & simul memoriam alicuius personæ, cum qua desiderat explere libidinem illā, duplex peccatum committit, molliciem scilicet & circumstantiam illius personę, quam desiderat: Et qui simul cum pollutione voluntaria recordatur, & desiderat virginem, viduam, nuptam, cognatam, & monialem, committit simul mollitiem, stuprum, fornicationem, adulterium, incestum, & sacrilegium. c.7. n.6. & etiam in Nou. c.6. n.18. §.5.

Non est peccatum saltem mort. pollutio incepta in somnis, & finita in vigilia, imò incepta in semiexcitato, vel semidormiente, dummodò ratio non consentiat. c.16. n.8.

Tactus impudici inter coniugatos cum probabili periculo pollutionis sunt mortales. num.42.

Aspicere fœminam nudam, vel fœminam virum nudum cum periculo pollutionis, est mort. cap.26.num.28.

PRÆCEPTVM.

PRæcepta decalogi continent venialiter non tamen expressè omnia, quæ facienda sunt, & expressè summam eorum.cap.11. num. 1. Atque perseuerant adhuc in lege Euangelica.num.2.

Quicquid est contra præcepta decalogi regulariter est mortale, nisi excuset defectus deliberationis, vel paruitas materiæ, vel defectus iustitiæ. num.4.

Præceptum de diligendo Deum, de fide, & de charitate, non continetur in Decalogo, sed præsupponitur. Prohibetur tamen in primo præcepto expressè Idololatria, & superstitio. num. 5.

Omnia præcepta decalogi possunt impleri quoad substantiam, ab existente in mortali. num.23.

Præcepti finis non est in præcepto. cap. 13. num.2.

PRÆ

PRÆDICATOR.

PECCAT mort. in concione sciẽter nar- A
rans miraculum falsum, aut miracula incerta, aut prophetiam per sacram Scripturam non approbatam, aut ex industria fingens vitã alicuius sancti aliter quàm sit. cap. 18. num. 5. & cap. 25. num. 142.

Item qui aduertens se esse in mortali præ- B
dicat, & concionatur sine debita contritione. Et qui aduertens concionando mentitur circa doctrinam fidei, vel morum, vel circa Sanctorum vitas, & miracula. num. 141. Qui verò miscet in concione aliquid ridiculum, venialiter peccat communiter loquendo. num. 142.

Peccat mortaliter qui publicè cõcionatur absque legitima ætate, ca. 25. n. 141. Et religiosus, qui concionando nominatim detrahit Prælatis Ecclesiæ, & Sacerdotibus, præsertim, vt placeat laicis, contra quem lata est excommunicatio per Concil. Lateran. sub Leone X. Idem de concionatore sæculari quoad peccatum & non quoad censuram, num. 142.

Quoad prædicatores statuit Trident. sess. 5. c. 2. hæc sequentia.

Nullus regularis prædicet in Ecclesiis sui ordinis, nisi priùs examinatus & approbatus à

suo Superiore de vita, moribus, & scientia, obtenta ab eo licentia, quem Episcopo præsente benedictionem ab eo petendo. In Ecclesiis verò, quæ sui ordinis non sunt etiam licẽtia Episcopali necessaria erit. Episcopi etiam neminem regularem extra claustra viuentem, nec secularẽ Sacerdotem prædicare sinãt, nisi eis noti sint, & moribus, & doctrina probati, etiam cuiuscumque priuilegij prætextu. Nullus secularis, nec regularis uti in Ecclesiis sui ordinis prædicet contradicente Episcopo. Episcopi autem singulis dominicis, & festis solennibus diuinam legem per se in suis Ecclesiis suis prædicent, vel si legitimè impediti sint per deputatos ab eis. In aliis verò Ecclesiis per parochos, vel alios. Tempore verò aduentus & Quadragesimæ quotidie, vel saltem tribus diebus ex hebdomada, legem diuinam, & sacram scripturam annuncient, & festis diebus puerum doceant doctrinam Christianam, & obedientiã erga Deum, & parentes. Ministrantes Sacramenta, etiam si sint Episcopi, ijs qui ea suscipiũt, illorum vim & vsum explicent, & inter Missarum solemnia, vel alia diuina officia vernacula lingua festis diebus legem diuinam populo exponi curent, postpositis inutilibus quæstionibus, quæ non ædificant. Res item incertas, aut speciem falsi habentes, proponi non permittant, & curent prædicari doctrinam veram de Purgatorio. Omnes curam animarum gerentes per se

se, vel per alios, aliquid ex his quæ in Missa leguntur, dominicis & festis exponant, & mysterium Sanctissimi huius Sacramenti declarent. c.25.n.143.

PRÆLATVS.

PRÆLATVS Ecclesiæ est dispensator bonorum eius.c.17.num.28.

Prælatus religiosorum habet iurisdictionem quasi Episcopalem ca.12. n.75. Potest securè dispensare in ieiunio cum suis religiosis: non tamen debet relinquere conscientiæ subditi petentis dispensationem.c. 21.n. 11.22.Potest securè iniungere inferiori munus audiendi confessionem, si eum iudicat idoneum. cap.4.n.6.

Non potest subditum obligare ad ea quæ sunt contraria præceptis Dei, Papæ,& aliorum superiorum: nec ad actus merè interiores, ad quos nec eius potestas se extendit: nec sunt necessarij ad implenda exteriora præcepta; nec ad actus spirituales respectu Superioris laici, nec ad reuelationem peccati omninò occulti. cap.23. nu. 38. Nec ad iterationem confessionis legitimæ: nec prohibere allocutionem cum Superiore,qui est, etiam Superior prohibentis. nec obligare ad

asperitatem, ad quam regula expresse, aut tacitè non extenditur, nisi in pœnam delicti cõmissi: nec ad impertinentia ordinis, & regulæ, sicut leuare paleam à terra: Sed non est contra regulam aliquid ab ea iussum, in quo Prælatus dispensare potest, vt si iuberet subdito non ieiunare tali die, nam subditus obedire tenetur. num. 39.

Prælatus potest dispensare circa numerum Missarum, si fuerit exorbitãs, vel eleemosynis impar. cap. 15. num. 138.

Quomodo possint Prælati dispensare cum suis circa irregularitatem, vide Irregularitas. X.

PRÆSCRIPTIO, canonica, id est, incepta & continuata bona fide. c. 17. n. 85.

PRÆSVMPTIO, Peccat mort. qui ex irreuerentia notabili Dei, vel cum damno notabili proximi suscipit exercere officium, quod nescit. c. 23. n. 14. Idem de procurante illud, sine malo, & sine animo consulendi peritos: secus si fine bono, & cum tali animo. num. 15.

Peccat mort. qui confidit se gloriam consequuturũ sine meritis, vel cum merito absque gratia Dei, & qui confidit se non amissurum gratiam, nec puniendum quantumcumque peccet. num. 14.

Peccatum est contra Spiritum sanctum præsum-

præsumptio, qua impeditur bonus timor: dicitur irremissibilis, non quia non possit remitti si adsit vera contritio, & pœnitentia, sed quia suapte natura repellit media, & principia, quibus remittuntur peccata. Hæc & alia peccata in Spiritum sanctũ sunt grauissima, quoties pars Superior animæ consentit in eis: aliàs solùm sunt venialia. Quia surreptio in omni materia excusat à mortali. num. 126.

PRETIVM.

PRETIVM rerum iustum est triplex: imum, medium, summum, cap. 17. num. 128. c. 23. num. 73.

Pretium non augetur, nec minuitur per dilatam solutionem. cap. 23. n. 82. Nec augetur periculo recipiendi rem creditam. n. 81. Augetur tamen vtilitate venditoris, sed non vtilitate, vel necessitate emptoris. n. 78. & 83.

Pretium rerum augetur paucitate venditorum, & minuitur copia eorum. n. 84.

Quid sit pretium, aut quomodo taxandum, aut quomodo peccatur per illud, vide tit. Emptio. 1.

Circa pretium censûs edidit Pius V. sequentem Extrauagantem.

Pius

Pius Episcopus, &c. *Cùm onus Apostolicæ seruitutis obeuntes, recognouerimus innumeros celebratos fuisse, & in dies celebrari censuum contractus, qui nedum non continentur intra limites à nostris antecessoribus eisdem contractibus statutos: verùm etiam, quod deterius est, contrariis omnino pactionibus, præter ardentem auaritiæ stimulum, legum etiam diuinarum manifestum contemptum præ se ferunt, non potuimus animarum prout tenemur saluti consulentes, &c. salutari antidoto non mederi.*

Hac igitur nostra constitutione statuimus, censum seu annuum reditum creari constituive nullo modo posse, nisi in re immobili, aut quæ pro immobili habeatur, & de sua natura fructifera, & quæ nominatim certis finibus designata sit.

Rursum nisi verè in pecunia numerata præsentibus testibus ac notario, & in actu celebrationis instrumenti, non autem priùs recepto integro, iustóque pretio.

Solutiones quas vulgo anticipatas appellant, fieri, aut in pactum deduci prohibemus. Conuentiones directè aut indirectè obligantes ad casus fortuitos eum, qui aliàs ex natura contractus non teneatur, nullo modo valere volumus. Quemadmodum nec pactum auferens vel restringens facultatem alienandi rem censui

suppo

suppositam, quia volumus rem ipsam semper, & liberè ac sine solutione laudemij, seu quinquagesimæ, aut alterius quantitatis, vel rei, tam inter viuos quàm in vltima voluntate alienari.

Vbi autem vendenda sit, volumus dominum census aliis omnibus præferri, eique denuntiari conditiones quibus vendenda sit.

Pacta, continentia, morosum census debitorem teneri ad interesse lucri cessantis, vel ad cambium seu certas expensas, aut certa salaria, aut ad salaria, seu expensas medio iuramento creditoris liquidandas, aut rem censui subiectam, seu aliquam eius partem amittere, aut aliud ius ex eodem contractu siue aliunde adquisitum perdere; aut in aliquam pœnam cadere, ex toto irrita sint & nulla. Imò & censum augeri, & nouum creari super eadem vel alia re in fauorem eiusdem aut persona per eum supposita, pro censibus temporis vel præteriti vel præsentis, omnino prohibemus, sicuti etiam annullamus pacta continentia solutiones onerum ad eum spectare, ad quem aliàs de iure, & ex natura contractus non spectarent. Postremò, census omnes in futurum creandos, non solùm re in totum, vel pro parte perempta, aut infructuosa in totum, vel pro parte effecta volumus ad ratam perire, sed etiam posse pro eodem pretio extingui, non obstante longissimi

etiam

etiam temporis, ac immemoriabili, imò 100. & plurium annorum præscriptione, non obstantibus aliquibus pactis directè vel indirectè talem facultatem auferentibus, quibuscumque verbis, aut clausulis concepta sint. Cùm verò traditione pretij rei extinguendus erit, volumus per bimestre ante id denuntiari, cui pretium dandum erit, & post denuntiam, intra annum tamen, etiam ab inuito pretium repeti posse, & vbi pretium nec volens intra bimestre soluat, nec ab inuito intra annum exigatur. Volumus nihilominus quandocumque reditum extingui posse, prauia tamen semper denuntia, de qua suprà, & non obstantibus his de quibus suprà, idque obseruari mandamus etiam quod pluries ac pluries denuntiatum fuisset, nec vnquam sequutus fuisset effectus.

Pacta etiam, continentia pretium census extra casum prædictum ab inuito, aut ad pœnam, aut ob aliam causam repeti posse omnino prohibemus, contractúsque sub alia forma posthac celebrandos fœneratitios iudicamus. Et ita (illis propterea non obstantibus) quicquid vel expresè, vel tacitè contra hæc nostra mandata dari, remitti, aut dimitti contingat, à fisco volumus posse vendicari.

Hanc autem salutiferam sanctionem, nedum in censu nouiter creando, verumetiam in creato quocumque tempore alienando, modò post

publi

publicationem constitutionis creatus sit, perpetuò, & in omnibus seruari volumus. Declarantes pretium semel censui constitutum numquam posse ob temporum qualitatem seu aliud accidens augeri, vel minui. Hanc legem non extendimus ad contractus celebratos, sed hortamur in Domino, vt piorum censura contractus subijciant. &c. Dat. Rom.

Primitiæ. vide tit. Decimæ.

PRIVILEGIVM.

PRiuilegia contra ius commune strictè sunt interpretanda. cap. 12. num. 79. Et ipsum ius commune continet multa priuilegia, ad pacandas conscientias deseruientia. cap. 25. num. 85. in fine. Priuilegia verò canonis & fori pertinent ad characterem ordinis. cap. 27. num. 202.

PRODIGALITAS *est vitium inclinans ad appetitum inordinatum effusionis pecuniæ*, contrariatur liberalitati, & de se est venialis, nisi ad damnum proximi. nam tunc est mortalis. cap. 23. num. 69. 70. 37.

PROFESSIO, vide tit. Religiosus.

PROMISSIO.

DE promissione facta meretrici, & quomodo debet eā petere, vide Meretrix.

Pro

Promissio de re notabili obligat sub mort. cap.17.num.6.7. Secus de promissione ficta. Peccátque mort. qui fictè promittit, si damnum sequitur inde notabile tertio.cap.18. num.6.

Promissio ad mort. obligans *est vera, deliberata, voluntaria, nuda, rei licitæ, possibilis, & notabilis, quam mutatio rerum non eruant*, & comprehendit tam votum Deo factum, quàm promissum homini expressum, vel tacitum.cap.18.num.6. Et ad promissionem sufficit,& requiritur eadem deliberatio quæ ad votum.num.7.

Promissionis causa principalis,si non fuit vera,non obligat,quando promittens noluit se obligare sine tali causa.num.6.Imò si non exprimatur causa etiam vera non obligat in foro exteriori, quia præsumitur animus non se obligandi.num.6.

Promissio nuda obligat iure naturali diuino, & canonico. Metu, vel dolo extorta non obligat in vtroque foro, nisi iuramentum adsit.num.7.

Promissio rei illicita vel impossibilis non obligat: nec quando venit notabilis mutatio rei, vel personæ: vel altera pars remisit promissum:vel non impleuit id, ob quod facta est promissio.num.7.

Mutua promissio sine respectu alterius

promis

promissionis, non deobligat vnum, quamuis alter non faciat promissum, nec vice versa. ibidem.

De promissione facta Virgini defloratæ. vide Luxuria.

PROPOSITVM virtuale vlteriùs non peccandi sufficit ob defectum temporis, vel considerationis ad veram pœnitentiam, sed per se requiritur formale. cap. 1. num. 10. 12. & propositum satisfactionis requisitum ad Contritionem, sufficit aliquando virtuale. num. 15. 43. Et idem ad attentionem diuini officij, & ad conficienda Sacramenta. Nou. num. 13.

PROXENETA, vel licitator, recipiens aliquid ad vendendum, & retinens sibi partem pretij, peccat mort. cum obligatione restituendi, nisi accipiat pro iusto stipendio: modò non promiserit se gratis venditurum. cap. 23. num. 97. Quòd si vendit plùs quàm certum pretium, illud plus potest sibi accipere, si ea fuit mens Domini, vt illud pro stipendio accipiat: idem quando reddit sua industria rem pretiosiorem, cùm tamen non teneretur ad hoc, potest excessum sibi retinere. num. 99.

Qui iusto stipendio non contentus dixit Domino, neminem dare plusquam centum, & accepta potestate dandi vendidit pro

centum & viginti,non potest retinere illud viginti.num.98.

Quando committit vsuram, quid restituet,vide,Vsura.3.

PVBLICVM, *est quod patet omnibus*: & est triplex, notorium, manifestum, famosum. Notorium nititur scientia maioris partis communitatis:famosum infamia orta ex vno sciente, aut ex indiciis, vel præsumptionibus æquipollentibus illi. Manifestum, quod nititur fama maioris partis Communitatis orta à scientibus. cap.17. num.255.

Vt sit publicum sufficit esse tale vicinię, aut Collegio, aut maiori parti eorum,saltem si inueniantur decem, in eod. cap.17. num.255.

Actus qui est delictum, quamuis sit publicus, non sufficit, vt delictum dicatur publicum si aliàs est occultum, vt de celebrante publicè, qui occultè est excommunicatus.num.250.Nou.255.

PVNITIO, regulariter non debet dari alicui ex eo quo sciat delictum parari, & non indicet: fallit tamen in filio, seruo,& subdito.cap.24.num.21.

In PVRGATORIO non detinetur defunctus,donec eius debita soluantur.cap.17. num.68.vide etiam tit.Prædicator in fine.

QVAR

QVARTA FVNEralis.

SOlita iam ante annos 40. solui Ecclesiæ parochiali, soluatur eidē, quamuis posteà sit concessa monasterio. cap. 25. num. 138. ex Trid. sess. 25. cap. 13.

RAPINA.

RApina *est vi accipere, aut velle accipere aliquid*, & est peior quàm furtum, & distinctæ speciei ab eo, & circumstantia necessariò confitenda. cap. 17. num. 95.

RAPTOR est, qui extrahit fœminam inuitam de domo patris: item qui violenter extorquet copulam cum ea, siue sit virgo, siue non. cap. 16. num. 3.

Contra raptorem statuit Trident. sequens decretum.

Decernit sancta Synodus inter raptorem & raptam, quamdiu ipsa in potestate raptoris manserit, nullum posse consistere matrimonium. Quòd si rapta à raptore separata, & in loco tuto & libero constituta illum in virum habere consenserit, eam raptor in uxorem habeat: ni-

hiominus raptor ipſe ac omnes illi, conſilium, auxilium, & fauorem præbentes, ſint ipſo iure excommunicati, ac perpetuò infames, omniumque dignitatum incapaces, &, ſi clerici fuerint de proprio gradu decidant. Teneatur præterea raptor, mulierem raptam, ſiue eam vxorem duxerit, ſiue non duxerit, decenter arbitrio iudicis dotare. cap.22.num.74.

RATIHABITIO.

DE futuro non ſufficit ad validitatem confeſſionis.cap.9.num.6.

Ratificans damnum ſuò nomine illatum, tenetur reſtituere, quando qui nocuit, non nocuiſſet niſi exiſtimaret, eum, cuius nomine nocuit, ratihabiturum. Secus ſi non factum fuit eius nomine, quamuis illi placeat damnum.cap.17.nu.133. Quod etiam confirmat in Nouo.

Ratihabitio damni retrotrahitur, & mandato comparatur: nam deiecit, qui mandauit vel ratum habuit. Quod habet locum tam in contractibus, & iudiciis, quàm in maleficiis, & delictis aliis, niſi quoad effectum fruendi libidine.Nou.num.133.

Ratihabitio habet vim augendi peccatum & inducendi pœnam: vnde ratificans perculſionem

sionem clerici suo nomine factam, est excommunicatus.ibidem. Et ratificans deformationem suo nomine factam est irregularis.cap.27.num.233. Et omnis ratihabens delictum suo nomine factum,puniendus est pœna,licet non semper ordinaria. Nou. cap. 17.num.133.

Ratificans iniustam acceptionem suo nomine factam, peccat & tenetur restituere, nisi accipiens restituat. Qui verò ratificat incendium suo nomine factum, tenetur restituere domum incensam, id est, damnum illatum: non tamen tenetur in vtroque foro ad pœnam inflictam,vel infligendam,nisi post condemnationem iudicis. in Nou. cap.27.num.233.

Quando concurrunt duo ad ratihabitionem,scilicet,quòd opus fiat nomine ratihabentis, & quòd ipse potens sit mandare fieri delictum,antequam fieret, tunc ratihabitio mandato comparatur, & inducit pœnam: secus si altera vel vtraque conditio desit.ibid.

Infans & furiosus, si peruenientes ad vsum rationis, ratificant delictum suo nomine factum, peccant, sed non incidunt in pœnam.ibid.

Ratificans deformationem, non suo sed alterius nomine factam, peccat mort. sed

non est irregularis.ibid.

REATVS. vide Peccatum I.

RECONCILIATIO.vide,Ecclesia.

RECOMPENSATIO.

PEccat mortal. occultè accipiens, quod suum est, cùm posset commodè per iudicem recuperare: & si non posset, tamen aduertit magnum oriturum scandalum,vel damnum habenti illud in depositum, vel pignus: non tamen tenetur restituere. Nec peccat accipiendo per se, quando cessant hæc damna, aut non potest commodè per alium: dummodò debitum sit liquidum de iustitia, & debitorem moneat, illum sibi iam nihil debere. cap. 17. numer.113. 114.135.

Accipiens clàm rem depositam apud Ioannem, pro eo,quod Ioannes debet illi, tenetur reddere,vel manifestare ob excommunicationem latam contra id accipientem,vel scientem.cap.17.num.114.115.135. De simili excommunic. vide,Excommunicatio.II.

Occultè accipiens, sed iustè, quod suum est,bene potest respondere etiam per iuramentum, se nescire, intelligendo intra se, nesci

nescire aliquem, qui malè acceperit. num. 116.

Regulariter loquendo tertia persona non debet accipere, etiam occultè, id quod est debitoris, & non vult restituere, nec commodè compelli potest vt restituat. num. 117. secus in vxore, vt dicetur. tit. vxor. Qui occultè accipit, quod dubitat esse suum, tenetur restituere durante hoc dubio. num. 117.

Recompensatio non habet locum in iniuriis verborum. cap. 18. num. 46.

RELIGIO.

RELIGIO sæpè significatur sub nomine pietatis, atque est pars Iustitiæ annexa. cap. 14. num. 1. 2. est maxima inter virtutes morales. cap. 11. num. 21.

Est autem *virtus inclinans ad honorem & cultū Dei, tamquam principij, à quo sumus, & in quo viuimus*: & præcipitur in Scriptura. cap. 14. num. 1. cap. 11. num. 19. 22.

Falsæ autem religionis quatuor sunt species. I. Pernicioſus, vel superfluus cultus Dei. II. Idololatria. III. Diuinatio. IV. cultus exhibitus creaturæ ad directionē nostram.

Omnes hæ ſpecies ſunt de ſe mortales: excepta prima, cùm eſt ſuperflua, non tamen contraria legi diuinæ, vel humanæ: & quarta, bona fide, vel præ ignorantia, quæ tantùm ſunt veniales. cap. 11. num. 21. 24.

RELIGIOSVS I. *in communi.*

RELIGIOSVS D. Benedicti tenetur confiteri vnoquoque menſe. cap. 2. n. 6.

Religioſus, cui ex ſtatuto ſuæ religionis, & mandato ſui Superioris, prohibitum eſt audire confeſſiones, poteſt abſoluere, à venialibus validè, ſed non licitè: ſi verò non prohibetur, poteſt etiam licitè. cap. 4. num. 6. etiam ſine licentia. ibid.

Religioſi qui virtute ſuarum bullarum poterant ante Trident. confiteri clericis ſæcularibus, poſſunt etiam modò. cap. 4. nu. 1.

Dubitans de ſua idoneitate ad munus confeſſionis: ſed iuſſus bona intentione à prælato ſuo, licitè poteſt audire; & prælatus etiam id præcipere ſi iudicat eum dignum. num. 6. Ad quid poſſit obligari per prælatum. vide Prælatus.

RELIGIOSVS II. Quoad ingreſſum.

Solum

Solum propositum ingrediendi religionem non facit votum, quamuis induat habitum. cap.12. num.26.

Peccat mort. retrahens alium ab ingressu, vel extrahens post ingressum religionis: non tamen tenetur ingredi pro eo. nu.44.

Non peccat neque incidit in censuram iustis de causis retrahens, vel extrahens à religione. num.45.

Peccant mort. parentes, vi vel dolo extrahentes filium post ingressum religionis cùm iam haberet ætatem sufficientem ad ingrediendum. cap.14.num.17.§.5.

Circa eos qui cogunt alios ingredi religionem, vel terrent ab ea; statuit Trident. sequens decretum.

Anathemati sancta Synodus subiicit omnes, & singulas personas, cuiuscumque qualitatis vel conditionis fuerint, tam clericos, quàm laicos, tam seculares quàm regulares, atque etiam qualibet dignitate fulgentes, si quomodocumque coegerint aliquam virginem, vel viduam, aut aliam quamcumque mulierem inuitam, præter quàm in casibus in iure expressis, ad ingrediendum monasterium, vel ad suscipiendum habitum cuiuscumque religionis, vel ad emittendam professionem, quique consilium, auxilium, vel fauorem dederint, quique scientes eam non sponte ingredi mo-

nasterium, aut habitum suscipere, aut professionem emittere, quoquomodo eidem actui vel praesentiam, vel consensum, vel auctoritatem interposuerint. Simili quoque anathemati subiicit eos, qui Sanctam Virginum, vel aliarum mulierum voluntatem veli accipiendi, vel voti emittendi, quoquomodo sine iustacausa impedierint.

Ingredi, vel inducere ingressum ad religionem, in qua malè viuitur, peccatum est. cap. 12. num. 45. 46. Et qui offert filium, vbi laxè viuitur, peccat. num. 51.

Per ingressum religionis laxæ non satisfit voto de ingrediendo religionem in communi facto. Quòd si talem laxam vouit, non tenetur ingredi eam, dum non est spes reformationis. num. 46.

Persuadere alicui vt voueat ingressum religionis laxæ, non est laudabile. num. 46.

Qui ante Trid. clam contraxit, & consummauit, & posteà, quia id negauit in iudicio, ipsa nupsit alteri, non potest ipse ingredi religionem. Quòd si ille alter moriatur, tenetur ipse accipere eam, etiam post professionem. cap. 22. num. 24. Quando teneatur filius ingredi, vel egredi religionem, ob necessitatem parentum, vide filius.

RELIGIOSVS III.

Quoad professionem.

RELIGIOSVS professus fornicans tenetur confiteri circumstantiam personæ. cap. 6. num. 11.

Professio facta ab excommunicato valet. cap. 9. num. 3.

Prælati non debent credere religioso iuranti se fictè emisisse professionem: imò malefacient id credentes sine coniecturis. cap. 12. num. 27.

Trident. Statuit circa professos volentes egredi.

Quòd nullus regularis prætendens professionem fuisse nullam, volénsque habitum dimittere, vel etiam cum illo sine licentia discedere, audiatur nisi intra quinquennium à die professionis, & tunc non aliter quàm causa cognita coram Superiore, & Ordinario. Quòd si ante habitum dimiserit, nullatenus ad allegandum quamcumque causam admittatur, sed ad monasterium redire cogatur, & nullo priuilegio suæ religionis gaudeat. Nullus etiam regularis cuiusuis facultatis vigore transferatur ad laxiorem ordinem, neque detur cuicũque regulari facultas occultè ferendi habitum suæ religionis.

Peccat

Peccat mort. professus, qui eo quòd non viget obseruantia religionis, non seruatet quæ obligant sub mort.cap.12.num.50.

Excusatur tamen ob impletionem eorum, quæ nec sunt votorum essentialia, & iam desuescunt, per priuilegia, vel consuetudinem, vel tolerantiam prælatorum. ibidem. Quando possit egredi ob necessitatem parentum.vide tit. Filius.

RELIGIOSVS IV.

Quoad paupertatem.

RELIGIOSVS peccat mort.prodigens bona habita ante professionem, vel acquisita post eam:& hoc regulariter loquendo.cap.17.num.24.

Religiosus cum licentia prælati studens, vel peregrinans; potest dare eleemosynam in casu extremæ aut magnæ necessitatis.numer. 105.

Licitè potest gaudere de auctione pretij tritici à suo Abbate ei pro suo victu cõcessi. cap.20.num.3.

Religiosus iam moriturus potest declarare suam voluntatem in distribuendis rebus

bus ſuo vſui deputatis, non tamen per modum vltimæ voluntatis.cap.27.num.260.

RELIQVIAS falſas ponens adorandas pro veris, peccat mort. Idem qui vtitur falſis,vel veris pro turpi quæſtu : vel nouis nõdum approbatis ab Epiſcopo : aut vtens reliquiis etiam veris,vana obſeruatione & ſuperſtitione.cap.11.num.35.& num.6. & cap. 17.num.169.

RENVNTIATIO, facta ſponte à filio cum iuramento,obligat in conſcientia licèt enormiſſimè lædatur:Secus in foro exteriori,vbi præſumetur dolus.cap.17.num.152.

De renuntiatione beneficij ad cuius titulum aliquis ordinatus eſt. vide tit. Beneficium. & tit. Ordo.

REPETITIO non poteſt fieri de dato ob delictum. Imò nec de dato ob actum turpem libidinis.cap.17.num. 39.§.2. Secus de dato pro ludo,contra leges Hiſpaniæ. ca. 10.num.17.

Poteſt repeti quicquid datum eſt viro vel fœminæ,ne faciat id quod aliàs tenetur non facere, vel vt faciat quod tenetur ex iuſtitia vel alia quacumque virtute facere. cap. 17. num. 33.

REPRESALIAS concedens, vel extendens ad Eccleſiaſticos, vel eorum bona, manet excommunicatus, niſi intra menſem reuo

reuocauerit.cap.27.num 136. Quod habet locum tam in iis quæ iniustè concedunturquàm in iis quæ iustè, contra gentem vel ciuitatem,vnde est clericus, vel Ecclesia.

Concedere represalias, pertinet ad Superiorem concedentem; & extendere,ad inferiorem, cui conceditur.

Qui concedit eas contra bona vnius clerici,propter sibi debita,iudicans hoc conuenire,non incidit in censuram. Sed ob debita clerici vnius Episcopatus, non possunt concedi contra bona alterius clerici eiusdem Episcopatus.cap.27. num. 136.

RESIDENTIA.

CIRCA residentiam statuit Trident. sequentia.

Episcopus veleo Superior sine iusta causa sex menses absens ab Episcopatu amittat quartam partem.Si alios sex menses, alteram quartam partem.Si vltra,denuncietur Papæ. Beneficiarij cogantur residere si requiritur eorum præsentia personalis. Priuilegium in absentia percipiendi fructus nulli prosit, nisi de rationabili causa ab ordinario approbanda,fuerit concessum: & tunc pro illius absentia alius ab

Episcopo

Episcopo substituatur, cum stipendio assignato fructuum. Causa licita absentia Episcopi approbetur à Papa, vel à metropolitano, vel ab Episcopo antiquiori, à quo etiam Metropolitani approbetur. Absentia ob bonum reipub. Episcopatui adunctum licita est. Item absentia, per duos aut tres menses, Episcopi, eius conscientiæ relinquitur. Vltra hos absens non retinet bona conscientia fructus, nec debet frui eis. Quod etiam procedat ad Beneficiarios curatos: qui si licitè & cum licentia Episcopi abfuerint, prouideatur pro eis alius Substitutus, cum debita mercede. Licentia absentiæ vltra bimestre nisi ex graui causa & gratis non detur. cap. 25. num. 121.

Parochus cum iusta causa potest abesse etiam sine licentia scripta. Quodlibet beneficium etiam tenue exigit residentiam. Et peccat mort. qui non residet in beneficio sine iusta causa. Quinque causæ possunt excusare absentem. I. auditio Theologiæ vel iuris pontificij ad quinquennium, vel prælectio vtriusque quamdiu durauerit. II. Obsequium Episcopi, vel Ecclesiæ. III. Obsequium Papę. IV. Legitima licentia. V. consuetudo honesta. cap. 25. num. 121.

Qui beneficiarius abest, curet ne beneficium fraudetur obsequio: & qui sine licentia, vel causa iusta non residet, peccat, & tenetur.

netur restituere secundùm Trident. nu. 111.

Residentia Episcopi,& parochi est de iure diuino. ibidem.post medium.

Capellani Regis non residentes gaudent fructibus sicut Capellani Papæ, si habent eadem priuilegia. Ibidem.

Maior absentia permittitur dignitatibus & Canonicis quàm parochis.num. 136.

RESTITVTIO I. in se.

RESTITVTIO est *actus iustitiæ commutatiuæ quo redditur alteri quod suum est.* Et est duplex: Formalis, quæ est reddere alij quod suum est, vel iustè ei debetur: virtualis, quæ est reddere alteri condonationes & satisfactionem.cap.17.num.6.& 11.

Restitutionis necessitas,& obligatio nascitur ex violatione legum iustitiæ veræ & specialis, quæ transgressio per se ordinatur ad oblationem rei alienæ: non tamen oritur ex transgressione charitatis,& aliarum virtutum à tali iustitia distinctarum, quia per se non ordinantur ad talem rei ablationem. cap.17.num.11.

RESTI

RESTITVTIO II.

Quis debeat restituere.

RETINENS rem alienam, siue bona fide, siue mala, tenetur restituere. Sed cum differentia.

Qui enim accepit & retinet bona fide rem, si eã amisit, vel absque eius culpa periit, satisfacit restituendo id in quo factus est locupletior. Et qui bona fide emit rem à non Domino, tenetur illam reddere suo domino, postquam resciuerit, etiam non reddito pretio pro eo dato. si autem compareat venditor, sufficit reddere illi, & recuperare pretium. num. 9. Si res amissa est, vel data, tenetur dare, id quo factus est locupletior, id est, pretium quod pro illo habuit. Et si in nihilo factus est locupletior, ad nihil tenetur domino, neque alteri, cui bona fide venderet illud, eodem, vel minori pretio, quo emerat. Quia nil amplius quàm suum habet. si plus autem venderet quàm emisset, tenebitur illud plus restituere, aut aliud pro eo, quia quoad illud alienum retinet. ca. 17. num. 7. 8.

Qui occidit, vel percutit animal proximi, vel seruum, tenetur Domino restituere, quã-

tum valet,aut quantò minoris valet propter deformitatē relictā ex vulnere. cap.15.num. 20.22.

Percutiens iniustè hominē liberum,tenetur illi restituere impensas curationis,& stipendia, quæ sanus lucri faceret tēpore curationis:imò & tēpore totius vitæ,si factus est inhabilis ad lucrifaciendum. ca.15.n.23. quia restitutio etiā habet locum in homicida damnato per iudicem:vnde si suspendatur,tenentur eius hæredes restituere.num.22.

Ob deformitatem vulneris libero inflicti, nil tenetur restituere, quia corpus liberum nullam habet æstimationē. Imò qui occidit hominē liberum non tenetur restituere pro eius vita. Bene tamen pro impensis Curationis,& pro dāmno, quod filij, & hæredes passi sunt, tum etiā expensas moderatas funeris.ca.15. num. 20. Nouo num.22.

Inter eos qui iniustè hominem occidunt computandus est ille, qui occidit excedendo debitum modum suæ debitæ defensionis, saltē si peccauit mort.nam & iste ad tantam tenetur restitutionem, sicut voluntariè occidens.ca.15. num.22.quod magis explicatur tit. homicidium. lit. M.

Qui dolo vel fraude inducit alium ad peccatum m. sicut pater,vel Dominus,tenetur de iustitia inducere illum ad veram pœnitentiam:

nitentiam: secus si sine tali dolo, & de aliis qui tantùm ex charitate debent id facere. cap. 14. num. 45.

De dante bona fide pecuniam adulterinam, &c. vide tit. moneta, & pecunia.

Qui mala fide accipit rem alienam, aut eadem mala fide emit illam à non Domino, tenetur illam restituere in totum Domino. cap. 17. num. 9.

Transgressio charitatis & misericordiæ non inducit restitutionem, quamuis alius damnificetur. ca. 17. num. 11.

Obligatus ex quasi delicto tenetur restituere, vt iudex ferens iniquam sententiam ob ignorantiam, vel imperitiam iuris. cap. 17. num. 11.

Qui consentit delinquenti aliquo ex nouem modis relatis tit. Participatio, tenetur restituere: sed diuersimodè: nam faciens, tenetur semper, & in totum restituere: at verò iubens, consulens, consentiens simpliciter, recipiens, laudans, vel participans tantùm, tenentur ad restitutionem eius quod peruenit ad eos, & cuius fuerint causa sine qua delictum non fuisset factum. Denique tacens, obstans, & non manifestans solum tenentur, quando ad id obligantur ex officio, quamuis fraudulenter, & mala voluntate id omittant. num. 18.

Tenetur restituere occidens proximum iussu alterius,& famulus vsurarij, quia sunt facientes,iubentes verò sunt tamquam consentientes.num.19.

Qui inuenit furem furantem à suo vicino, & accepit aliquid à fure,vt taceret, non tenetur restituere,quod fur furatus erat,nec quod accepit à fure si erat furis, dummodo non teneretur ex officio clamare. Imo non tenebitur restituere,quamuis vicino damnificato interroganti, vtrùm viderit aliquid respondeat se nihil vidisse. num.20.21. Tenentur ex officio iudices clamare,& patres, & tutores,quoad bona filiorum, vel minorum. Non tamen tenetur iudex obstare imminente quolibet periculo mortis, vel vulnerum:nec cum periculo vitæ, vel statûs,tenetur seruare vitam, vel bona alterius, sed sic Rempublicam. ibidem.

Qui non obstat maiori parti Capituli, vbi plura suffragia vincunt, quamuis peccet consentiendo delicto aliorum, non tenetur restituere, quando suffragia semel data non possunt reuocari. Idem quando, qui suffragatur,credit maiorem partem propter suum suffragium non mutaturam sententiam:secus si crederet mutaturam.num.21.ca.17.

Confessarius qui per ignorantiam crassam absoluit ante restitutionem, vel antequam

quam eam præcipiat pœnitenti ad id parato, tenetur restituere, si credit quòd nisi restitutionem præciperet, pœnitens non restitueret,& si præciperet, sic. Non tamen tenetur si id omisit ob obliuionem, vel quia credidit id pœnitenti curæ fore. numer. 22.

Qui accipit aliquid iniustè ex voluntate dantis, ita vt versetur ex vtraque parte turpitudo, non tenetur restituere ex præcepto. num.30.

De meretrice, aut alia fœmina accipiente ab amico suo per blanditiam, vel dolum: vide, Meretrix.

Viri etiam religiosi non tenentur restituere quod accipiunt à fœminis. num. 34. §. secundo ideo.

Tenetur restituere qui accepit aliquid, ne inferret damnum aliquod contra iustitiam.num.29.Item qui accipit, vt bene fungatur suo officio.num.31.§.5.

Qui accipit aliquid turpiter, à dante iustè, tenetur restituere, vt ministri iustitiæ, & alij, qui tenentur illud facere ex iustitia aut alia virtute. Secus si teneatur solo debito honestatis,& non legali.num.37.

Tenentur tamen illi in conscientia, quando qui dedit, repetit saltem extra iudicium, & non ante. Nam quamdiu non

repetit, videtur consentire, vt alter retineat. num. 34. in principio.

Expendentes fructus beneficiorum in vsus prophanos, & ab eisdem accipientes peccant, & tenentur restituere. num. 94.

Prælatus vel dominus habens ius conferendi beneficium Ecclesiasticum, aut officium publicum, peccat, & tenetur restituere quamuis sit Papa, si confert illud indigno: restituet autem non digno, vel digniori prætermisso, sed Ecclesiæ, vel Reipublicæ, cui damnum intulit. num. 96.

Qui est causa, quòd aliquis mulctetur pœna iniusta, vel quòd non consequatur suum ius, tenetur restituere. num. 97.

Qui sibi accipit de naufragio, quid faciet vide tit. naufragium: Et de soluente iniustè, carcere detentum, vide tit. Carcer.

Qui fingens paupertatem, aut aliam necessitatem, vt accipiat eleemosynam, accipit eam, tenetur restituere non danti, sed pauperibus, aut piis operibus. Secus si simulatio non fuit causa finalis sed tantùm impulsiua ad paruas eleemosynas. ca. 17. num. 107.

Tenetur restituere qui non soluit famulis totum pretium, quod eis debet ex conuentione expressa, vel tacita. num. 108.

Accipiens aliquid occultè ab eo, cui non displiceret

displiceret si manifestò acciperet, sed sic ob occultam acceptionem, peccat venialiter, sed ad nil tenetur, vt filij, & serui. Quòd si accipiat ad donandum, vel vendendum, peccat mortal. & tenetur restituere. num. 139.

Qui obligauit aliqua via magnatem vt sibi conferat officium pretio æstimabile, non tenetur restituere id quod ex tali officio lucratur. num. 222. & Nou. 223.

De consumente rem alienam in extrema necessitate, vide, necessitas: de stupratore Virginis vel fœminæ, & de meretrice vide Luxuria.

De accipiente ne accuset, vide Accusatio; de extorquente per metum, tit. metus: de Iudice iniquè iudicans. tit. Iudex. de Caupone, & de filio adulterino, vide Caupo, & Adulterium.

DE IMPEDIENTE bonum alienum.

§.

ILLE solus, & omnis impediens bonum alienum tenetur regulariter restituere, qui impedit alium à consequendo officio,

vel beneficio, vel alio bono ad quod habebat ius in re, vel ad rem, vel si impedit contra iustitiam, vel per vim, metum &c. (quamuis ille non habeat tale ius) tenetur restituere: aliàs non, quamuis mala intentione faciat. ca. 17. num. 69. & 74. & 97.

Qui blanditiis, absque metu, & dolo facit testamentum, vel legatum transferri in alium, non tenetur restituere: secus si per vim, dolum vel mendacium, vt dicendo non esse cognatum, esse ignarum, malum & cæt. sed nec tunc tenetur restituere quantum impediuit, sed iudicio boni viri. num. 73. De iure in re, vel ad rem, vide tit. ius.

Qui est causa vt aliquis iniusta pœna mulctetur, vel non consequatur suum ius, tenetur restituere. num. 97.

Qui impedit laborem agricolæ iniustè, tenetur restituere. num. 74.

Qui prohibuit venditionem, vel piscationem, peccat, & tenetur restituere lucrum, quod verisimiliter impediuit. numero 120.

Quinque conditiones requirentur, vt quis iustè possit venatum aut piscatum prohibere. I. Auctoritas regia iusta: vel consensus populi liberà metu: vel præscriptio canonica sine vi & metu introducta.

II. Vt ob occasionem ferarum extra loca prohibita, non puniat eos, qui non procurant dolis eas è prohibito loco extrahi, vt extra illa eas capiat: aliàs enim punire posset. III. Vt prohibeat in suis propriis prædiis: quamuis sufficit, vt Domini aliorum sua sponte in id consentiant. IV. Vt restituat omne damnum, quod illæ feræ alienis prædiis faciunt, quorum Domini in damnum eorum non consentiunt, quamuis in aliorum damnum consentiant. V. Vt caueat prohibens, ne subditi timentes eum, & ministros eius, & fugientes odium, & indignationem, & minas eorum, quia eis sæpe opus habeant, petere non audeant, qui peterent ab aliis sibi paribus: quia eiusmodi metus, etiam si alioqui non esset omnino iustus, inducit obligationem restituendi. cap. 17. num. 120. 121.

De participante in damno dato. vide, Damnum.

RESTITVTIO III. Quid sit restituendum. Regulariter loquendo restituenda est res ipsa aliena, vel si ea non potest, eius æstimatio. Non tamen est restituenda in sua ipsa specie, quando ex hoc manifestaretur peccator occultus, vel sequeretur aliud graue damnum. cap. 17. num. 24.

RESTITVTIO IV.

Quantùm est restituendum.

QVI mala fide inuitatur ad cœnam de aliqua re furtiua, tenetur restituere, quantum comedit: Si verò bona fide, id quod subtraxit proprio sumptui, quia in eo factus est ditior: quòd si nihil subtraxit, ad nil tenetur. idem de vtente veste aliena. cap. 17. num. 9.

Qui mala fide recipit, vel retinet rem alienam, tenetur eandem restituere si potest: sin minùs, tantum quantò pluris valuit à tempore iniustæ acceptionis vel retentionis, quamuis absque sua culpa perierit. num. 10. Nisi Dominus legitimè oblatam noluerit accipere. Tunc enim satisfaciet restituendo, quantùm valuit tempore quo accepit. numero decimo, & vigesimo sexto.

Faciens damnum semper tenetur restituere in totum: sed iubens, consulens, consentiens simpliciter, recipiens, laudans, vel participans, solùm id, quod peruenit ad eos: & cuius fuerunt causa, sine qua delictum

lictum non fuisset factum.capite decimo septimo num.18.

Iuuans cooperando, quando fuit causa sine qua nihil damni fuisset illatum, tenetur restituere totum: quando verò fuit causa sine qua pars damni non fuisset facta, tenetur illam partem: quando non fuit causa sine qua non fuisset illatum totum damnum, tenetur reddere id, quod ad ipsum peruenit: & si tunc nihil ad eum peruenit, ad nil tenetur. numero vigesimo.

Qui cum multis pergit ad furandum, tenetur reddere id, quod ad eum peruenit, & id cuius fuit talis causa, sine qua non fuisset factum furtum. numero 130.

Restituendi sunt fructus rei alienæ fructuosæ habita ratione bonæ vel malæ fidei. Si non est fructuosa, non est restituendum id, quod industria possidentis lucratum est. Et qui locat torquem aureum alienum, & latro, & vsurarius aliena pecunia lucrantes, non tenentur restituere pretium locationis, aut pecuniæ, nisi ratione lucri cessantis, vel damni emergentis. num.25.

Qui

Qui furatur equum solitum locari, tenetur restituere lucrum quod cessauit Domino.num.26.

Filius putatiuus credens se non esse legitimum, non tenetur restituere fratribus legitimis, tantum quantum valebat hæreditas,nec quantum restituendum esset,si postquam esset acquisita tolleretur ab eis, sed multò minùs ad arbitrium boni viri.cap. 16.num.48.§.8.

Quantitas debiti certa,tota est restituenda,incerta verò qualis est damni, vulnerum, fructuum speratorum, seminum satorum, interesse amissi,ad arbitrium boni viri consideratis circumstantiis.cap.17.num.27.

Qui per iniustitiam impediuit aliquem à consequendo aliquo bono,non tenetur restituere,quantum impediuit,sed iudicio boni viri.num.73.

Fur tenetur restituere etiam impensas factas à Domino in quærenda re sibi furtò sublata,eas nempe,quas vir prudens debuisset facere. Malefactor autem tenetur restituere interesse damni etiam extrinsecum. num.140.

RESTI

RESTITVTIO. V.

Cui sit restituendum.

RES aliena regulariter est restituenda Domino absoluto, vel dispẽsatori. Item creditori pignus, & depositario, sartori, fulloni, commodatario (qui etiam appellatione Domini intelliguntur) est restituenda res eorum custodiæ commissa, non eius Dominis. In foro tamen conscientiæ potest restitui veris Dominis, cum cautione ne custodes patiantur aliquod damnum. num. 28. Quòd si suspicio adsit quòd custos non reddet Domino, restituenda erit Domino. ibidem.

Res Ecclesiæ ablata reddenda est eius prælato, quamuis sit dissipator, dummodò non sit suspensus, nec habeat coadiutorem: satiùs tamen restitueretur ipsi Ecclesiæ. numer. 29.

Aliquando res non est restituenda Domino. I. Quando Dominus est furiosus, prodigus, vel sub tutore aut curatore. II. Quãdo ignoratur Dominus rei. III. Quando Dominus ita distat, vt ad eum mitti non possit. IV. Quando res furtiua accepta à fure, furi restituenda est, nisi cessantibus aliis incommodis restituatur Domino: &

suffi

sufficit restituere illi, cui fur mandauit.cap. 17.num.29.§.1.vsque ad 5.

Damnum datum alicui inuito,vt per furtum, rapinam,vim,aut metum saltem reuerentialem, vel acceptum,ne faceret aliquod damnum contra Iustitiam, restitui debet damnificato.num.30.§.1.

Acceptum ad patrādum aliquod malum, si malum non sequatur, restituendum est danti.num.3.§.4.

Qui accipit aliquid,vt fungatur bene suo officio, tenetur restituere danti. nu.31. post §.5. & idem de illo qui accipit iniuste & turpiter à iustè dante(sicut ministri iustitiæ) num.33.

Qui accipit aliquid ad faciendum,quod ex iustitia tenetur, quid faciet, vide Restit. I I.

Qui bona fide emit rem à non Domino, tenetur postquam resciuerit, reddere vero Domino, etiam non recuperato pretio. num.8. Si verò compareat venditor, sufficit illi reddere, & recuperare pretium.num.9.

De Prælato conferente beneficium indigno, vide Restitutio. I I.

Pauper fictus accipiens eleemosynam,tenetur eam reddere non danti, sed pauperibus.num.107.

RESTITVTIO VI. *Vbi sit facienda.*

Resti

Restitui debet, vbi res aliena sita est, si bona fide possidetur. num. 42. Et si res debetur ex contractu vel quasi contractu, facienda est in loco expressè vel tacitè destinato solutioni, dummodo petita extra locum destinatum non damnificet creditori, nec debitori. num. 42. & si locus non fuit destinatus, facienda est in loco, vbi petitur, coram iudice competente. ibid.

Restitutio debita ob delictum, vel quasi delictum, facienda est, in illo loco vbi Dominus nulla expensa, vel alio onere grauetur, siue fiat, vbi res accepta fuit, siue vbi est Dominus, siue in alio loco, ad quem Dominus transtulisset. Sufficitque restituere vbi Creditori placuerit. num. 43.

RESTITVTIO VII.

De modo, & ordine restituendi.

QVomodo restituet lædēs in bonis corporis, vel animæ. vide Restitutio II.

Restitutio fiat occultè, si delictum est occultum, & generaliter eo modo, quem causa debiti requirit. cap. 27. num. 44.

Quando omnia debita non possunt restitui, restituantur priùs certa, quàm incerta: nisi res incerta permaneat in specie. n. 47. 48.

In

In bonis certis seruandus est hic ordo. I. Vt restituatur Domino suum permanés in specie. II. Soluendum est venditori pretium rei permanentis penes emptorem. nu. 49. Idem est de eo, quod datur titulo oneroso, non tamen habet venditor hoc priuilegium in pecunia habita ex re vendita, nec emptor in pecunia habita ex noua eiusdem rei venditione, nec in eo quod per illius permutationem habuit. quoniam nec pretium, nec habitũ, propter permutationem in singularibus actionibus succedit in eius locum. num. 50. III. Fiet his quibus bona fuerunt expressè obligata: deinde dos, & fiscus præferuntur hypothecis tacitis anterioribus: non tamen expressis anterioribus, sed bene posterioribus. num. 50. IV. Tacitæ hypothecæ, & hæ suo ordine: deinde Depositarij, nisi quando deposita fuit pecunia, ad negotiandum, & vt soluerentur vsuræ, vel interesse. num. 51. V. Habentibus priuilegium personale, quo præferantur aliis sine obligatione reali. VI. Creditoribus non habentibus hypothecam expressam, nec tacitam, nec priuilegium personale: & his sine ordine temporis restituendum est pro rata, quod supersit, deductis tamen in primis moderatis impensis funeris, & necessariis publicationis, & copiæ testamenti,

menti, & aliis ad aditionem hæreditatis necessariis.num.51.

Dans mutuum ad reficiendam aliquam possessionem, vel nauim,præfertur in pretio habendo ex tali re omnibus habentibus hypothecam bonorũ domini illius rei.num.52.

Peccat debitor non seruans ordiné prædictum, nisi aliquis creditor sit diligentior reliquis, in petendo in iudicio, vel extra, tunc enim potest & debet priùs illi soluere, dummodò reliqui non sint magis priuilegiati.num.52.

Si satisfactis creditoribus priuilegiatis superfuerit aliquid pro rata parte nominum, diuidetur inter creditores non priuilegiatos, nisi sint aliqua statuta in contrarium.num.53.in Nouo,

Creditor non priuilegiatus, sed diligentior in petendo sit potior cæteris non priuilegiatis, ob suam diligentiam, & huic petenti debet debitor soluere priùs quam priori Creditori non priuilegiato, nec petenti ante.Nou.53.

Atque regula iuris, *Qui prior est tempore, potior est iure*, intelligitur, quando cætera sunt paria. Vnde creditor qui inter alios creditores sibi pares, est diligentior in petendo, excipitur ab illa, quia sua diligentia fecit illum potiorem reliquis,atque sic iam

non sunt cætera paria. Nou. num. 53. §. 4.

Debitor debens creditoribus chirographariis nullatenus priuilegiatis, & sua tantùm sponte sine coactione, iussu, aut petitione, soluens posteriori, peccat grauiter, cum obligatione restituendi, quia fraudat priorem, ea parte, quæ illum contingeret, si bona vænirent, & soluit alteri, quod alteri debetur. Et multò magis damnandus est, qui videns sua bona diuidenda esse per iudicem ob aliquam eius causam, pro rata inter creditores iuxta iuris ordinem, illa soluit integra creditoribus non priuilegiatis. Et idem dicendum de creditore quoad peccatum & restitutionem, quod dicitur de debitore. Nam tunc creditor incidit in hæc duo, vel non incidit, petendo, vel recuperando, quando debitor incidit in eadem, vel non incidit soluendo: in Nouo. num. 52.

Vsurarius priùs debet soluere debita per contractus licitos, quibus non est factus pauperior, quàm per vsuras etiam anteriores. Secus de debitis per contractus gratuitos, quibus factus est pauperior. numer. 52.

RESTITVTIO. VIII.

Quando sit restituendum.

REstitutio in primis facienda est statim. num. 54.

Retinens alienum non committit nouum peccatum singulis momentis. Sed toties peccat quoties proponit illud non restituere : & sufficit quòd toties proponat etiam virtualiter non restituere, vt in peccatum incidat. num. 55. & 64.

Et toties peccat, quoties vtitur alieno bono, quamuis nil cogitet de restitutione, & quoties potest commodè restituere, si id animaduertit, peccat, quamuis non statuat non restituere. num. 55.

Debitor incertorum, procurans compositionem, peccat mort. donec illam adipiscatur, si cùm possit non restituat pauperibus. num. 93.

QVÆ CAVSÆ EXCV-

sent à restituendo statim. §. 1.

A Restituendo statim excusat ignorantia probabilis iuris, vel facti, & voluntaria dilatio creditoris, & dilatio parum nocens

illi,& impotentia restituendi.cap.17.nu.55. 56. Et impotētia dicitur etiam eius,qui non potest commodè, hoc est, sine iactura vitæ, famæ, vel damno notabili suæ substantiæ habétque id locum in debitis tam ex contractu, quàm ex furto,vel alio delicto orti. num.56. vel excusetur vsurarius, vel alius debitor, qui si soluat non habebit vnde alat vxorem,vel filios. vide tit.Vsura. VI.

Non tamen excusatur propter conservandum statum acquisitum per vsuras, vel aliam iniustitiam.Not.num.58.

Non dicitur damnum notabile propriæ substantiæ, quòd res alienæ restituendæ sint magnæ, necnō si lucrari desinat re illa quam restituturus est.Sed non procedit hoc ad instrumenta artis, quibus victum parat. Nec excusat damnum propriæ substantiæ quando ex dilatione creditor patitur damnum notabile.num.59.

Semel iussus restituere sed non restituit, non est absoluendus, nisi adsint tales circumstantiæ, vt Confessarius fiat contentus solō proposito restituendi. cap. 17.num.53. & cap.26.num.6.

Indigens extremè non tenetur restituere quamuis creditor extremè indigeat,nisi dominium rei restituendæ semper remanserit penes creditorem.cap.17.num.60.

Excu

Excusat damnum corporis vel animæ, euenturum ei, cui debetur; vt quando furiosus, vel iratus, petit ensem à depositario: tunc enim est facienda restitutio statim, nisi in casu, quo timeretur maius damnum ex retentione quàm ex redditione. num. 63.

Videtur etiam excusare quando probabiliter creditur, quòd ex retentione statim facta sequerentur (propter paupertatem) adulteria, fornicationes, vel alia peccata mortalia in filiis vel filiabus. ibid.

Excusat à restituendo statim timor cadendi à dignitate sui status. curet tamen, ne quid impendat in alios vsus quàm necessarios, & decentes. num. 62. Item excusat quando ex manifestatione debitoris sequitur illi notabile damnum: poterit tamen differre quousque inueniat personam fidelem, per quam restituat. num. 68.

Non excusat dilatio cõfessarij, nisi quando videt, quòd debitor non vult totum soluere statim, nec creditor vult concedere dilationem parum sibi nociuam, & quòd vel numquam, vel non tam citò, nec tam vtiliter recuperabit, ac si cõcederet dilationem: tunc enim confessor credere potest, quòd creditor esset contentus, si sciret animum debitoris, sicut confessor scit. num. 65.

Non excusat voluntas restituendi paulatim

tim, si possit statim. n. 66. Nec mittere alienum per nũtium etiam fidelẽ, si de facto non reddatur Domino: quod locum habet, quando dominiũ restituẽdæ rei translatum fuit in restituẽtem, aliàs verò secus. n. 67. Et optimũ consiliũ erit, quòd persona illa petat syngrapham à creditore, & reddat creditori. n. 68.

Non excusat relinquere in testamento, si ipse potest statim restituere, nisi probabiliter credat, quòd hæres meliùs restituet. ca. 17. n. 68. c. 26. n. 29.

Qui non potest statim restituere, debet petere dilationem à creditore. cap. 17. n. 68. nõ excusat quòd creditor non petat, si id faciat ob timorem etiã reuerentialẽ, vel ignorantiam debiti, excusat tamen si cessante metu, & ignorantia nõ petat, tunc enim censetur concedere dilationem. n. 79.

QVÆ CAVSÆ EXCVsent à restitutione simpliciter. §. II.

EXcusat simpliciter à restitutione, Debiti cõdonatio, vel remissio liberalis, quãuis nulla sit illatio realis, vel verbalis debiti. n. 45. imo aliquando erit bonum consilium illam non offerre. n. 76. Erit autem liberalis, si Dominus affirmet se remittere, nisi contrarium constet ex coniecturis. n. 46. & sufficit

cit condonatio eius ad quem principaliter pertinet cap. 18. n. 46.

Non sufficit inuoluntaria remissio, vt quando creditor ideo remittit, quia debitor affirmat nihil soluturum, nisi pro centum sit contentus quinquaginta. Secus verò si diffidentia recuperandi debitum oriatur ex alijs causis c. 17. n. 75.

Vt remissio debiti sit valida non requiritur debitorem, habere volũtatem restituendi: requiritur tamẽ ad hoc vt nõ peccet. n. 78.

Qui per mediatorem credit remissionem esse liberalem excusatur; secus si postea resciuerit fuisse coactam. n. 78.

Qui tenetur restituere rem in genere, non excusatur à restitutione, quamuis res quam habebat paratam ad restituendum, pereat absque sua culpa. n. 80.

Qui tenetur restituere rem in specie excusatur à restitutione regulariter, si res illa absque dolo & culpa periret ante moram, neque etiam post moram, saltem in foro conscientiæ, si sciretur quòd perinde periret apud creditorem, ac penes debitorem, & hoc siue deberet ex cõtractu, siue ex delicto: secus tamen, si constaret, vel dubitaret, quòd antequam reperisset, dominus vendidisset illam, vel ea vsus fuisset. n. 81. non excusat dare vel procurare aliquod beneficium Ecclesiasticũ.

Excusat tamen quando officium est temporale,& titulus validus,quamuis in eo peccetur,non tamen excusat, quando concurrunt peccatum, & nullitas tituli.n.81.

Excusat etiam impotentia, & ignorantia probabilis iuris, vel facti, & maximè iuris obscuri, quando doctores consulunt ei non teneri, non tamen excusat si solùm consulit eos, quos credit sibi placita respōsuros, aliàs non consulturus eos.n.83.

Nec excusat ignorantia crassa, nec supina facti, vt quando emit ab eo, de quo meritò credere debuit,rem,quam vendidit, esse furtiuam. n. 84. Nec ignorantia iuris clari. n. 84. Excusat tamen præscriptio canonica, id est,incepta,& continuata bona fide.n.85.

Cessio bonorum in foro exteriori excusat quoad debita ex contractibus orta. Idem de debitis ortis ex delicto quoad interesse priuatum partis, non tamen quoad publicum: & tunc si non habet in pecunia,luat in corpore. Quòd si debitor venerit in pinguiorem fortunam, non excusatur in foro interiori.n.86.

Excusat impotentia restituendi sine periculo vitæ,& salutis. Si tamen voluerit restituere, non obstante hoc periculo,licitè poterit.n.87.

Excusat impotentia restituendi sine amissione

sione libertatis, & sine venditione sui ipsius. nu. 88.

Item impotentia restituendi sine amissione famæ, etiamsi fama sit modica, & res restituenda sit magni momenti, dummodò fama sit de bonis virtutum, & non de solertia, ingenio, scientia iurium, & aliis huiusmodi. n. 91.

RESTITVTIO. IX.

Quoad incerta.

BOna incerta dicuntur *quando creditor ignoratur, vel quantitas eorũ post debitã inquisitionem. n. 92.*

Non est necesse, vt restitutio incertorum fiat per Episcopum, nec contrarium potest Episcopus præcipere: Sed potest se interponere in his casibus. I. quando debens restituere moritur sine hærede, & executore. II. Quando ille non vult restituere, & proceditur in iudicio contra illum. III. Quando non rectè distribuit. IIII. Quando res possidentur ab eo qui est vel fuit vsurarius manifestus. n. 92.

Pauper potest sua debita applicare sibi in partem vel in totum, maximè ex consilio confessarij. n. 93.

Incerta possunt restitui pauperibus.ca.16. n.29.Et nomine pauperis intelliguntur pauperes, qui mendicant, aut egent necessarijs ad decentiam: item, Ecclesia, monasterium, Xenodochium,& pia opera.c.17.n.93.

Sufficit compositio quoad incerta. Sed procurans compositionem peccat. m. donec illã adipiscatur, si cùm possit non restituat pauperibus.n.93.

RESTITVTIO X.

Quoad inuenta.

INueniens aliquid notabile alienum, si sibi retineat, vel cùm primùm potest commodè reddere, non restituit perdenti, si illum cognoscit, vel non fecit diligentiam, vt cognoscat, peccat m. c. 17.n.170.

Inuenta, si post debitam diligentiam non compareat Dominus, restituenda sunt pauperibus: & si inuentor est pauper, possunt ei applicari.n.171.

Accipere res communes, aues, feras, lapides pretiosos in littore maris, & thesauros, & habitum pro derelicto, non est peccatum. num.170.

Et ex coniecturis præsumitur aliquid esse dereli

derelictum, vt quando Dominus tacet, & non quærit, vel iacet liber apertus in mari vel fluuio tempore tempestatis, secus si iaceat clausus tempore etiam tempestatis. num. 170.

Qui casu inuenit thesaurum in loco alieno, tenetur dimidium reddere domino. Si verò data opera absque facultate Domini effodiens inuenit illum, tenetur totum reddere, saltem deducta mercede sui laboris. nu. 171. Si autem inuenit in suo loco quoad dominium directum, & vtile, totus est inuentoris. n. 172.

Creditor inueniens thesaurum in domo quam in pignus habet, & maritus in terra dotali vxoris, debet diuidere thesaurũ cum debitore, aut vxore. Idem de inueniente in agro, vel domo conductis, etiam ad longum tempus, vel ad vitam, vel in emphyteusim perpetuam. nu. 173. Si verò inuentor habeat dominium directum loci, debet dimidium dare habenti dominium vtile. ibidem. 173.

Inueniens thesaurum in loco publico, vel sacro, vel religioso, debet partiri cum fisco, vel ciuitate, vel prælato, cuius est locus. Hæc autem restitutio facienda est ante sentẽtiam iudicis, quia non est pœna. n. 175.

Inueniens pecuniam dispersam per agrum, aut

aut in facculo in foramine parietis, tenetur restituere, quia non est thesaurus. Idem de inueniente pecuniam occultatam metu belli: & hæc restitutio facienda est illi, qui abscondit, vel dispersit: aut eius hæredibus, vel certè pauperibus, si ex cõiecturis apparet non multùm temporis fluxisse, ex quo posita fuit ibi. num. 175.

Inueniés thesaurum etiam in loco suo, arte magica, tenetur reddere fisco, non tamen ante condemnationem. num. 176.

Inueniens trabem, vel aliquid aliud vi fluminis delatum, & accipiens sibi, tenetur restituere, nisi esset tale vt meritò præsumeretur derelictum. Quòd si in suo fundo inueniens, Dominum requirat, vt accipiat, vel petat à iudice, & Dominus nihil curet, præsumi potest id haberi pro derelicto. Inueniens autem feram in laqueo etiam alieno potest sibi retinere, quia fit accipientis nisi ex cõsuetudine adiudicaretur parãti laqueum. ibid.

REVS.

INterrogatus de aliquo delicto, absque iuris ordine, potest illud occultare, quamuis indirectè redundet in damnum accusantis.

c. 12

cap. 12. num. 9.

Poterit, etiamsi cum iuramento interrogetur, absolutè respondere, se non fecisse, mente concipiendo cautelam, scilicet, ita vt teneatur reuelare. cap. 12. num. 87. lit. A. Nouo. num. 88.

Peccat reus si interrogatus secundùm iuris ordinem, non confitetur sua delicta, secreta, grauia: dicitur autem interrogatus secundum iuris ordinem, quando tria concurrunt. I. Quòd sit iudex competens. II. Quòd delictum sit probatum plenè vel semiplenè. III. Quòd huiusmodi probatio sit illi notificata. cap. 18. num. 57. & cap. 25. num. 35.

Reus non potest detegere socios occultos, nisi in casu criminis falsæ monetæ, maleficij, proditionis, læsæ maiestatis, & hæresis. Imò qui contra se confessus est etiam non interrogatus, debet declarare socios occultos quos credit, neque præteritorum pœnitere, neque in futurum se emendaturos, imò paratos esse ad noua mala in damnum reipublicæ: &, si noluerit eos reuelare, non est absoluendus. cap. 18. num. 38. 39.

Qui ritè interrogatus negauit delictum, & ducitur ad suspendium, non tenetur illud confiteri, nisi aliquod damnum notabile sequeretur. c. 25. num. 38.

Accusa-

Accusatus de vero crimine secreto, non tenetur ad restituendam famam, quam accusator amisit, eo quòd illud non probaut, si non tenebatur illud confiteri: imò quamuis teneretur: si non respondit accusatorem calumniari, sed decipi: nec quamuis respondeat calumniari, si non credatur sibi, quoniam credunt accusatorem non fecisse contra conscientiam. c. 18. num. 48.

Qui iniustè negauit veritatem, non tenetur in conscientia soluere pœnam illam, ad quam si confiteretur, condemnaretur: teneretur tamen etiam post iniquam absolutionem soluere debitum, & interesse, citra condemnationem. cap. 18. num. 49. de iure necesse est quòd nō damnetur inauditus, & indefensus. cap. 25. n. 9.

REX.

VOlens scire futura, vel gesta ab hostibus, per eos qui habent spiritum familiarem, peccat mort. cap. 11. n.

Peccat aliena regna cupiens, vel capta nó restituens, nisi aliquid iustè excuset. cap. 25. num. 1.

Peccat mort. gubernans iniustè vel ob malum finem, vel excitans factiones, vel excitatas non sedans; non prouidens necessaria

ria ad victum, non ferens leges necessarias; aut non exequens latas: non exercens suos in armis: non munjens arces: non cumulans diuitias necessarias, vt regnum liberet à fame, vel ab hostibus: vel accumulans grauando subditos: vel prodigè largiens bona. num. 3. vel negligens refectionem, & custodiam publicarum viarum. num. 4. Non relinquens in arbitros suspicione carétes litem aliàs inextinguibilem. 4. Item peccat mort. constituens legem pœnalem ob suam vtilitatem, vel ad congerendum pecunias ex transgressione eius, vel dispensans sine causa in legibus diuinis, aut naturalibus: vel condonans sine causa delicta contra legem naturalem, vel diuinam: vel suspendens sine causa lites, vel solutiones debitorũ. n. 4. 5.

Non permittens subditis suas immunitates: bona populi vsurpãs, & tenetur restituere: Item compellens minis, vel precibus importunis subditum ad donandum sibi sua bona, non interueniente causa iusta, & tenetur restituere. c. 25. n. 6.

Item peccat mort. impediens visitationẽ Monialium: exigens tributa noua absque necessitate publica, quamuis exigat in bonum finem, & multò magis si ad pompas superfluas. numer. 6. Compellens subditos ad id non obligatos sibi gratis laborare:

borare: vendens officia tam carè, vel talibus, vt probabiliter credat ementes illis malè vsuros. Cogens ad matrimonium vel impediens: præficiens operarios imperitos, & malæ conscientiæ, tenetur restituere damna: & præsentãs ad beneficia Ecclesiastica (quorum est patronus) personas non idoneas: non cohibens subditos ab vsurpando alieno: negligens abolere prauas consuetudines. num. 7. & 8.

Condemnans reum non audiendo illum, & iubens interfici veneno subditum inauditum, & indefensum, vel priuans officiis, vel beneficiis ad nutum non amouibilibus sola scientia priuata ductus. Peccant etiam executores talium mandatorum: secus si sint amouibilia, vel cùm res notoria est, vel ex natura rei, vel ex actu constat nullam condemnando defensionem competere. Idè cùm aliqua magna, & iusta causa omittit audire reum, dummodò curet pro absenti allegari alleganda. num. 9.

Quando tenetur restituere subditis, & nõ potest, securius consilium erit superflua statûs, & gratuita dona moderari, vt sic ex suis reditibus possit restituere. num. 11.

Quando peccat violando libertatem, & immunitatem Ecclesiasticam, vide tit. Excommunicatio. V I. §. I. Aut quando regis

statuta

statuta & leges obligent ad mortale, vide tit. Lex.

SACERDOS.

SACERDOS debet scire legere, scribere, cantare, & construere linguam Latinam: & scire formam & materiam cuiusuis Sacramenti, & modum administrandi illa. cap. 15. num. 133.

Omnes sacerdotes in sua ordinatione accipiunt æqualem potestatem absoluendi; quæ potestas & iurisdictio habitualis, confertur Sacerdotibus iure diuino, per Sacerdotalem characterem, & per suam consecrationem, non tamen accipiunt iurisdictionem actualem, quæ prohibita est eis iure humano, donec assequantur illam ratione tituli, vel alia de licentia. cap. 4. num. 3. & cap. 27. num. 259. & 260.

At verò iurisdictio habitualis est adeò necessaria, vt sine illa non possit consistere absolutio. ca. 27. n. 272. §. 7. Et sicut huius exequutio interdicitur recèns ordinatis, & vetatur eis iure humano, donec eis actualis conferatur ab Ecclesia. n. 259. §. 2. & 5. ita & eadem potest suspendi per excommunicationem, excepto articulo mortis. n. 272. §. 7. Atque extra istum articulum nullus Sacer-

dos est idoneus confessor sine iurisdictione actuali collata, ab Ecclesia, neque est valida eius absolutio. cap.6.num.4.

Quocirca Concilium Tridentinum statuit sequens decretum, sess.23,ca.15.

Quamuis presbyteri in sua ordinatione à peccatis absoluendi potestatem accipiant, decernit tamen Sancta Synodus nullum etiam regularem, posse confessiones secularium etiam Sacerdotum audire, nec ad id idoneum reputari, nisi aut parochiale beneficium, aut ab Episcopus per examen, si illis videbitur esse necessarium, aut aliàs idoneus iudicetur, & approbationem quæ gratis detur, obtineat, &c.

Quilibet simplex Sacerdos potest in articulo mortis absoluere ab omnibus peccatis,& censuris.c.4.n.3.& ca.26.n.4.& c.27.n. 277. & in hoc comp. tit. Articulus mortis. Imò quilibet simplex Sacerdos potest absoluere à venialibus,vel à mortalibus;aliàs rité confessis : non tamen sine iurisdictione actuali : saltem tacitè ei collata. capite 4. num.5.

De reliquis ad quæ tenetur Sacerdos ob officium, vide tit. Beneficium, Clericus, Horæ,Missa,Sacramenta.

SACRAMENTALIA dicuntur ea quæ ad Sacramenta paranda,conficienda,vel cõseruanda,sunt instituta.ca.23.num.

In

In Sacramentalibus etiam viget & valet consuetudo, vt in benedictionibus nuptiarũ, in modo conferendi, & administrandi Ordines, Matrimonium, Extremam vnctionem, extra substantialia. Imò & ex consuetudine habetur, quòd verba formæ Baptismi paulo aliter proferantur à Græcis, & aliter à Latinis. ca. 22. nu. 68. & 83.

SACRAMENTVM.

PRIMÒ significat Secretum: de quo tit. Sigillum, & Secretum: Secundò ius iurãdum, de quo tit. Iuramentum. Tertiò est *signum rei sacræ*, & hoc est sacramentum pro vt communiter sumitur. ca. 22. num. 1.

Septem sunt Sacramenta nouæ legis, quorum tria nequeunt iterari, Baptismus, Confirmatio, & Ordo: cætera sunt reiterabilia, nempe Eucharistia, Pœnitentia, Extrema vnctio, & Matrimonium. num. 2.

Quæ autem circa sacramenta Concil. Trid. sub anathemate definiuit, hæc sunt. I. *Sacramenta nouæ legis sunt septem, & non plura, neque pauciora, & quodlibet eorum est propriè Sacramentum.* II. *Differunt à Sacramentis legis antiquæ tam in ceremoniis quàm in collatione gratiæ, hanc enim noua conferunt, & illa antiqua non conferebant.* III. *Inter*

ipsa nouæ legis Sacramenta est aliqua ratione aliud alio dignius. IV. *Omnia septem sunt necessaria, & nullum eorum est superfluum, quamuis omnia singulis necessaria non sint.* V. *Continent gratiam, eámque ritè accipientibus semper conferunt ex opere operato.* VI. *Baptismus, Confirmatio, & Ordo, imprimunt characterem in anima & signum quoddam indelebile, vnde quod illa reiterari nequeunt.* VII. *Non possunt ab omnibus Christianis administrari omnia, nisi à legitimis Ecclesiæ ministris tantùm.* VIII. *In conficiendis Sacramentis requiritur intentio faciendi, quod facit Ecclesia.* IX. *Sacramenti effectio, aut collatio à ministro in mortali existente facta est valida.* X. *Ritus Ecclesiæ omitti, aut mutari per quemlibet Prælatum non possunt.* cap. 22. num. 2.

Peccat m. & est hæreticus, qui hæc definita à Trid. non credit esse vera, & si id quouis modo exteriùs exprimat, est excommunicatus per bullam cœnæ. num. 3.

Sacramenta characterem imprimentia, etiam metu suscepta valent. n. 50. Sacramenta faciunt de attrito contritum. n. 13. & c. 1. n. 40. Causant instrumentaliter gratiamque causata in omni Sacramento ex opere operato, est æqualis in omnibus. cap. 22. num. 1. Et à Solo Christo Domino possunt institui. cap. 2. num. 3. & cap. 22. num. 1.

Qui

Qui inducit Sacerdotem excommunicatũ non nominatim, vel existentem in peccato mortali, ad administrãdũ aliquod Sacramẽtũ, pecc. m. si absque necessitate, vel debito, quo Sacerdos teneatur, inducat. c.9.n.7. Idẽ petit absolutionem citra necessitatem ab alieno parocho, vel à suo, notorio peccatore, vel quãdo scit eum esse in m. & non acturũ pœnitentiã ante absolutionem. c.22.n.11. Idẽ si suscipit aliquod Sacramentũ (præter baptismum & cõmunionẽ tempore necessitatis) à Sacerdote excõmunicato, interdicto, vel suspenso ab administratione, & denũciato. n.4.

Parochianus licitè potest petere à parocho Sacramenta, in quibus administrandis creditur quòd peccabit. cap.21. num.25.

Peccat m. petẽs missã à Sacerdote, quẽ scit celebraturum in m. quod intellige, de Sacerdote notoriè suspenso, vel excõmunicato, vel non parato, nec obligato ad celebrandũ, & de peccante ex ignorantia, vel fragilitate, nõ ex malitia. ca.14.n.31.lit. H. Nou. num.41.

Idem de eo, qui citra necessitatem inuitat ad dandum Sacramentum alteri recepturo in mort. cap.22.num.4.

Idẽ de eo qui credens, vel credere debẽs se esse in m. ministrat saltem soléniter aliquod Sacramentũ, vel suscipit nisi ita se credat cõtritũ, vt virtute Sacramenti reddatur contri-

tus.c.22.n.3. Secus si faciat velut laicus, vt tempore necessitatis baptizans, vel eleuans Eucharistiã de terra, vel canens epistolã sine manipulo.c.25.n.72. Nec excusatur à m. propter subitã necessitatẽ administrandi, vel accipiendi Sacramentũ.c.22.n.3. Poterit enim in momento temporis concipere contritionem de suis peccatis. cap.1. num.

Pecc. m. qui verbo vel facto irrogat alicui Sacramento notabilẽ irreuerentiã.c.22.n.4.

SACRILEGIVM.

EST fornicari in Ecclesia, vel cœmeterio: non tamen in dormitorio religiosorum. cap.16.n.3.

Sacrilegium est *furari rem sacram ex loco sacro, vel non sacro, vel rem non sacram ex loco sacro*: Qui quoad hoc intelligitur Ecclesia, Hospitale, Basilica vel Eremitoriũ auctoritate Episcopi erectũ. Quòd si furto addatur effractio foriũ, fenestrarũ, & cæt. loci sacri, incurritur excommunicatio ipso facto.c.17. num.95.

Sacrilegiũ est effundere semen, vel sanguinẽ in loco sacro, vel violenter extrahere aliquem ab eo, qui confugerat ad illum. cap.6. num.9. Quis dicatur locus sacer quoad hæc vide tit. Ecclesia, & Immunitas.

Sacrilegiũ est fornicari cũ persona religio-

sa

sa(sive ambo sint religiosi, sive alter tãtùm) & cũ sacris initiato.c.6.nu.4.& c.16.num.3.

An verò hæc sacrilegia sint circũstantię necessariò confitendæ, vide tit. circumstantia.

SALARIVM non soluere in ea re,quæ debetur,est peccatum, si contra voluntatem famuli fiat. Quòd si famulus illa non indigens,vendat minori pretio, debet Dominus æquare pretium cõuentum.c.17.n.118.§.19. Non tenetur herus soluere salarium pro illis diebus,quibus famulus ægrotauit. Suscipiens verò famulum nullo statuto pretio, tenetur tantùm soluere, quanti alium similem conduceret.c.17.n.107.§.19. quomodo teneantur domini soluere salaria. vide num.110.eiusd.cap.

Peccat tabellio, qui constituto sibi salario publico accipit maius etiam sponte datum. c.25.n.54.& tenetur restituere id, quod vltra accipit:hac tamen limitatione,si repetatur saltẽ extra iudicium. cap.17.num.33.34

SATISFACTIO I.

LARGE sumpta, comprehendit restitutionem; specialiter sumpta,differt ab illa.cap.3.num.1.

Vxor, filius familias non emancipatus, seruus,& religiosus,non possunt etiam si ve-

lint remittere satisfactionem.cap.14.nu.15.

Quando duo mutuò se offendunt,si iniuria fuit æqualis,qui priùs offendit,tenetur veniã petere:si verò inæqualis,qui grauius offẽdit,tenetur,quãuis sit posterior.c.14.n.15.

SATISFACTIO II.

Sacramentalis.

EST tertia pars Sacraméti pœnitentiæ,& *est recõpensatio, vel passio voluntaria pœnæ pro peccato ad placãdum Deum facta, cum proposito non offendendi eum amplius.*c.3.n.1.& 9.

Concil.Trid.definiuit sub anathemate,Quòd non semper remissa culpa remittitur tota pœna: & quòd nos pro pœna tẽporali per merita Christi satisfacimus pœnis à Deo inflictis, & patienter toleratis, vel à Sacerdote iniunctis, vel sponte acceptis. Et quòd Satisfactiones, quibus pœnitentes amore Christi sua peccata redimunt, sunt verus Dei cultus: Quòd nostra satisfactio non habet vim,nisi ex meritis Christi. c.3.n.4.

Opera pœnalia satisfactionis non debent esse indiscreta. Atque satisfactio sacramentalis est sub præcepto.cap.1.num.2.& 24.

Satisfactionis propositum ad contritionẽ requisitũ,sufficit aliquando virtuale.Debetque satisfactio fieri ieiuniis, orationibus,& eleemosynis,ad quæ cætera reducuntur. c.3. num.3.

nu. 3. & 15. Vnde actus virtutis, qua parte pœnalis est, aptus est ad satisfactionem: & potest imponi de opere mentali. c. 26. n. 24.

Potest fieri satisfactio per opera bona aliàs debita, & per flagella à Deo immissa. In dubio tamen censetur imposita de operibus aliàs non præceptis. ca. 3. nu. 4. c. 26. num. 24.

Cessatio à peccatis, & emendatio vitæ, possunt imponi in satisfactionē, nō tamen expedit imponi cessationē de omnibus. c. 26. n. 24.

Pœnitentia publica ita imponenda est pro peccato publico, vt non credatur imposita à confessario. cap. 8. num. 10.

Non est prudentia iniungere graues pœnitentias, si tales sint, vt non possint cōmodè fieri secretò, & alij suspicari debeant propter grauia delicta fuisse impositas. Nec est securum (nisi consensus pœnitentis id iustificaret) illas ob talia peccata imponere, quamuis non oriatur suspicio de aliquo peccato in particulari: nam mortalia nec in genere sunt reuelanda. cap. 8. num. 17.

Satisfactio imposita à confessario, efficacior est quàm spontanea. Atque facta in mortali reuiuiscit. cap. 3. num. 5. Nouo 6.

Defectus non adimplendi satisfactionē, vel adimplēdi in m. nō annullat confessionē, nisi ante absolutionem esset contēptus. c. 9. n. 14.

Potest imponi, licèt non absoluatur pœ-

nitens.cap.10. num.4.

Ieiunia imposita à confessario, & non impleta die ab eo statuto, sunt posteà implenda.cap.12.num.54.

Pecc. m.qui cùm possit,ac meminerit,non implet pœnitentiam impositam,& acceptatã ob mortalia.Qui verò impositã ob venialia nõ adimplet,peccat venialiter.c.21.n.43.

Pœnitens tenetur de præcepto acceptare pœnitentiam restitutoriam,& eã omnẽ,quæ spectat ad omittendas occasiones peccatorũ vel officia,quę sine peccato exerceri nequeũt impositã à confessario:quam si noluerit acceptare,non est absoluendus.Secus de pœnitentia satisfactoria,quam non tenetur acceptare de præcepto: sufficit enim vt habeat verũ propositũ satisfaciendi Deo hîc per bona opera,& indulgẽtias;vel mortuus,in purgatorio. Neque vllibi videtur negari cuipiã absolutio eo solùm, quòd non acceptat pœnitentiã. cap.21.num.43. & cap.26.num.20. Verũ est tamẽ,quod iuxta limitationẽ Host. & Panor.tenetur de præcepto acceptare aliquã pœnitentiam,saltẽ modicam.c.26.n.20.

Confessarius secundũ iura antiqua,& noua Trid. non debet sine iusta causa imponere pœnitentiam minorem ea quam iudicat iustam. cap. 26. num. 16. & 20. Sed cum causa iustà, sicut in articulo mortis,

sine

sine vlla pœnitentia potest absoluere.nu.20. Qui verò scienter, & sine tali causa nullam iniungit,peccat mort.num.15.

Confessarius sicut habet potestatem absoluendi, sic etiam habet eandem ad obligandum pœnitentem ad acceptandam pœnitentiam à se illi iniunctam:& contrarium dicere est hæreticum.cap.26.num.20.

Maiorem enim vim habet sententia Confessoris, in suo foro, quàm alius iudicis in foro exteriori. Quæ acceptata à pœnitente obligat ad sui implementum sub mortali. Vnde vt illa sic obliget, debent concurrere tria. I. Vt sit præcepta,nam cõsultoria,nec ad veniale obligat. II. Quòd sit satisfactoria:nam restitutoria pœnitentia supradicta,quamuis debeat eam acceptare pœnitẽs, tamen non inducit illam obligationem ad sui implementum, ex vi sententiæ aut consilij confessarij, sed aliunde.cap.21.num.43. & cap.26.nu.20. nisi illa satisfactio,& actus emendationis, qua parte pœnalis est, imponeretur pro satisfactoria. cap.26. num.24. III. Quòd pœnitentia à confessario iniuncta sit à pœnitente acceptata. cap.21.nu.43. cap.26.num.20.

In imponendis pœnitentiis octo sunt aduertenda. I. Quòd debet esse iusta:& malè facit qui pro libito imponit eam. II. Quòd, vt sit

vt sit iusta, adæquet, & non excedat debitam. III. Hanc solus Deus nouit. IV. Non est verum, quòd cuique peccato imponatur pœnitentia septem annorū. V. Quòd si olim sic taxatum fuit, intelligitur pro peccatis grauioribus, vel in foro exteriori. VI. Quòd considerandæ sunt omnes qualitates & circumstantię pœnitentis, eiúsque contritionis, status, valetudinis, & similia. VII. Aduertat pœnitentem Confessor se nolle ei magnam, quam pro peccatis meretur, imponere pœnitentiam, nisi ipse voluerit: & si voluerit susceipere, imponat ei Cõfessor. VIII. Quòd si pœnitens noluerit tam magnam acceptare pœnitentiam, diminuat eam quantum illi placuerit. cap. 26. à num. 15. vsque ad 20.

Falsum est dicere quòd post impletã pœnitentiam magnam vel paruam, statim pœnitens manet liber à pœna purgatorij. n. 19.

Impotentia adimplendi, magnitudo contritionis, senectus, ægritudo, debilitas, probabilis timor, quòd non implebitur iusta, tempus Iubilei, vel aliarum Indulgentiarum, sunt causæ ad minuendam pœnitentiam. num. 21.

Pœnitentia iniuncta, & acceptata potest mutari, ac diminui iusta de causa, etiam ab alio confessario, etiam non iterata cõfessione peccatorum, ob quæ fuit imposita, dummodò

modò qui commutat, possit absoluere ab huiusmodi peccatis.num.22.

SCANDALVM.

DE inducente alium ad peccatum. vide Restitut. II.

Circumstantia scandali in duobus casibus est confitenda. I. Quando est formale, & tunc etiam est confitenda species peccati, ad quam intendit inducere. II. Quando per opus de se bonum, secundùm tamen apparentiam malum, datur aliis occasio peccandi.cap.6.num.19.

Prætextu scandali non est absoluendus indispositus.cap.10.num.4.

Peccat peccato scandali qui facit aliquid non mortale de se, tamen cum intentione inducendi alium ad mortale: vel qui sine tali intentione facit aliquid de se nõ mort. sed habens speciem mort. & facit in eo loco, vel coram talibus, vt sufficienter impellãtur ad mortale. Quando illud opus est mort. de se, iam sunt duo peccata, vel vnum cum circumstantia scandali.cap.14.num.28.

Peccat mort. qui sine necessitate & vtilitate facit aliquid, credens se incitaturũ proximum ad mort.nu.30. Item qui absque vlla causa familiariter alloquitur mulierẽ suspectam, aduertens se præbere scandalum.n.31.

Peccat

Peccat mort.imperans,vel consulens alij, vt committat aliquod mort.quamuis faciat non ex animo,sed solùm ad tentandum.cap. 14.num.31.lit.E.& in Nou.num.42.Idem de illo, qui ad tentandam religiosi iuuenis castitatem, introduxit puellam in cubiculum eius, nisi viri esset magna religio, & puellæ magna honestas. Non tamen peccaret saltem mort. qui sollicitaret mulierem solo animo intelligendi quid responderet ei: & qui sine malo fine diceret fœminæ(cùm soli essent)aliquid lasciuum. Neque qui dixerunt fœminæ honestæ sine malo fine sed iocosè tantùm verba lasciua. cap.14.num.31. lit.I.& in Nou.num.42.

Non peccat qui petit aliquid de se iustum ab eo,quem scit peccaturum faciendo illud. lit.G.Nou.num.40.

Peccat peccato scandali, qui ne scandalizet aliũ qui iniustè offenditur,omittit rem præceptam, & qui ex occulta causa vescitur carnibus die prohibito, non faciens certiores eos qui scandalizantur.non enim debent omitti opera præcepta, imò neque consilij, ad euitandum scandalum. cap.14. num.31. lit.L. §.27.28.& Nou.num.44.

Ad euitandum scandalum,quo proximus peccaret, debemus facere, vel omittere omnia etiam consilia, quæ sine peccato

possu

possumus.cap.24.num.23.

De perente Missam à Sacerdote in mortali existente.vide tit.Sacramentum.

SCHISMA,generaliter sumptum,*est vitium quo quis se separat ab vnione debita*.Specialiter sumptum, est peccatum mort. *quo quis se separat ab vnitate Ecclesiæ, nolens se subijcere ei.* cap.27.num.57. vide etiam tit. excommunic.V I. §.I.

SCIENTIA, est *cognitio visiua rei tam intellectus quàm sensus*. cap.27.nu.274. Nou. num.279.

De scientia necessaria Sacerdoti,& eidem Confessario : vide tit. Sacerdos, & Confessor.I I. B.

Non peccat docés scientias licitas,quamuis multi abutantur illis. cap.14. num.31. lit.K.Nou. n.

Scire,vel debere scire, paria sunt. Præl.1. num.10.Nou. n.

SCRVPVLVS.

EST *cognitio argumenti apparentis, contra scientiam,vel fidem, vel opinionem,vel dubitationem.* Differtque à conscientia,quæ est *actus animæ testificans,iudicans, vel accusans, vel excusans factum,vel non factũ,vel factum bene,vel malè:item dictans faciendum,vel non*

facien

faciendum: & potest esse vera vel falsa. cap. 27.num.274.& 282.& in Nou. n.

Scrupulorum nimietas nascitur ex vitio naturali complexionis, vel acquisito per nimias vigilias, & ieiunia,& per conuersationem scrupulosorum: Gignunt in corde inconstantiam, augmentum peccatorum, animi paruitatem, nebulas, & inquietudinem mentis,& accidiam.cap.27.num.282.

Scrupulosorum remedia sunt. Gratia diuina. Pharmacum cõtra malos humores iudicium debilitãtes. Auersio cogitationis à re scrupulosa. Submissio aliorum iudicio. Contrauctio scrupulosorum. Vsus epieiceiæ, seu æquitatis; his regulis. Non peccat, qui implet legem iuxta mentem auctoris, licèt in verbis offendat. Nec qui illam seruat in sensu benigniore, licèt violet in duriore. Nec qui eam non seruat vbi, & quando est impossibile, vel valde difficile, aut ne pro stulto habeatur. Nec qui in dubiis secundum communem vsum bonorum eam seruat. cap.27.num.284.

Est etiam remedium, Tutiorem partem in re verè dubia eligere. Non tamen est talis dubia quando eius contraria sufficienti auctoritate vel ratione creditur: neque cum ex multis opinionibus vna pro vera eligitur. Item verus intellectus illius Maximæ, *bonarum*

rum mentium est etiam culpas agnoscere vbi culpa non est, hoc est, vt se generaliter culpatum agnoscat, quamuis specialiter non meminerit culpæ: vel, signum animæ in bonum propensæ est, timere ne sit culpa, vbi non est: & hic magis est defectus scientiæ, aut sani iudicij, quam bonitatis. Item est remedium, bona electio ex variis opinionibus, & quiescere in ea. Quæ bona electio debet habere has cõditiones. I. Vt eligatur opinio consuetudine recepta, & non contraria legi diuinæ, naturali & certæ: super quam nil possit consuetudo, nec contraria dubia, quam consuetudo valeat interpretari. II. Cessante hac, eligere illam, quæ nititur textui, licèt ei sit contraria communis, non valens ei respondere etiam habendo quæstionem principalem vnius iuris, cum textus sit alterius. III. Eligere illam quæ nititur argumento, cui responderi nequit. IV. Ex defectu horum eligere illam, quæ scitur esse communis. V. Cessante hac, eligere plurimis rationibus, & fundamentis etiam aptè dissolubilibus nitentem. VI. Cessantibus prædictis eligere benigniorem, fauentem iuramento, matrimonio, doti, testamento, libertati, rebus piis & religiosis, pupillo, viduæ, peregrino, personæ miserabili, & etiam priuato contra fiscum in delicto priuati fun-

datum (aliàs secùs.) Denique fauétem valori actus qui sit vltimæ voluntatis, contractus, libelli, litis, conteſtationis, ſententiæ, actus iudicialis, reſcripti, aut priuilegij. VII. Deficientibus his, eã quæ fauet Reo. VIII. Si nullo modo prædictorum alia opinio aliam ſuperat, eligere eam, quam affirmant doctores, auctoritate & ſcientia præſtantiores, iuxta qualitatem facultatum earum, & iuxta materiam de qua agitur. cap. 27. nu. 285. 286. 287.

Faciens opus licitum quod credit licere, non peccat, licèt pungatur ſcrupulo generali, vel particulari. Præl. 9. num. 9.

SCVRRILITAS. Scurra non peccat mortaliter præbendo aliis occaſionem minimùm ridendi, comedendi, bibendi, &c. dummodò nimietas illa non ſit mortalis. cap. 14. num. 31. corol. 8. lit. D. & in Nou. n. 37.

SECRETVM.

EST id *quod à nemine ſcitur, vel à tam paucis, quòd nec eſt famoſum, nec notorium.* cap. 18. num. 52. Et eſt duplex, vnum, quod de ſe ab vno ſolo ſciri poteſt, vt actus interior: alterum, quod de ſe à pluribus ſciri poteſt, vt actus exterior. Quod rurſum eſt triplex. 1. Quod de ſe obligat ſcientem ad celan

celandum sine vlla promissione: vt illud, cuius detectio noceret bonis animæ & corporis. II. Cuius celatio est à sciente promissa, tacitè vel expressè. III. Ad cuius celationem obligat lex diuina Sacramentalis cap. 18. num. 2. Potéstque vnum & idem secretum esse harum trium specierum, vt peccatum dictum in confessione. ibid. dict. 3.

Aliquando potest, & debet reuelari secretum. cap. 8. num. 2.

Qui secretò accepit proditiones, & peccata imminentia contra Rempublicam, vel proximum, non peccat reuelando, quamuis iurauerit non reuelaturum. cap. 18. num. 54.

Peccat, qui secretò sibi communicatum, quod non vergit in graue damnum alicuius reuelat. num. 62. Etiam iudici præcipienti. num. 60. Imò quamuis vergat in damnum alterius, si alia via illud impediri potest. Quòd si impediri non possit id solum detegendum est, quod remedio fuerit necessarium: & si sufficiat sola denunciatio specialis delictorum, non est facienda personarum. num. 56. & 60.

Qui promisit seruare secretum, & cuius obseruatione non infertur alteri graue damnum, non debet illud detegere, etiam præcipiente Superiore: secus si sciat aliter quàm per commissionem secreti. num. 52.

Promissio seruandi secretum parui momenti, ad summum obligat sub veniali. ibidem.

F Peccat mort. qui ciuitatis, consilij, exercitûs secreta magni momenti quæ non vergunt in iniustam perniciem aliorum, etiamsi id faciat metu tormentorum aut amissionis vitæ. num. 54. Idem de eo qui secretum alienum violenter sciuit, & de secretis testium litigantium. Quæ duo solùm procedunt, quando est damnum irreparabile, vt mors, vel mutilatio: secus quando est sola pœna pecuniaria, vel exilij, quæ sit facilè reparabilis. num. 52.

G Detectio peccati occulti etiam pernicioſi non licet, nisi fraterna correctione præmissa, si sit probabilis spes, quòd proficiet, aliàs statim debet iudici nunciari. Atque hæc correctio non est necessaria in casu proditionis, & hæresis. num. 56.

H Presbyter potest denunciare homicidia, proditiones, & alia delicta parata, nec erit irregularis, si præmittat protestationem. Quod verum est quamuis iurasset non reuelare. num. 54.

Aduocatus, & medicus, & similes non tenentur detegere secreta sibi commissa, nisi aliunde ea nouerint, vel redundent in damnum aliorum. cap. 25. num. 42.

Quale

Quale secretum contineatur sub sigillo confessionis. vide tit. Confessio VI.

SENTENTIA. Quamuis iniusta, communiter valet, nisi interueniat defectus substantialis. cap. 9. num. 5. & cap. 27. num. 3.

Accusator, qui post sententiam definitiuam pro se latam, nouit suam causam esse iniustam, tenetur restituere quod accepit per talem sententiam. cap. 25. num. 31.

SEPVLTVRA.

NOn denegatur morienti cum signis contritionis. cap. 1. num. 8. Nec excommunicato, qui non sit denunciatus. Secus de denunciato. cap. 27. num. 36. ad 2. atque excommunicatio lata contra sepelientes huiusmodi excommunicatum, non comprehendit consulentes, iuuantes, & prosequentes funus ad sepulturam, qui suis manibus non inferunt illum in eam. num. 51. & 137.

Non denegatur sepultura loci sacri, imò nec solemnitas exequiarum infanti sine solemnitate baptizato, & ante eam mortuo. cap. 22. num. 6.

Denegatur tamen sepultura sacri loci, morienti in torneamento. cap. 15. num. 17. Vel in concubinatu. c. 25. nu 80. & 132. Item

non confessō per totum annum, & notorio peccatori, qui subitò, & sine signis contritionis decesserunt. cap. 26. num. 33. Item publico vsurario morienti sine præmissa restitutione, aut cautione: & qui sepelierit illum, manet excommunicatus. cap. 18. num. 28. Item Canonico regulari etiam laxissimæ regulæ, testanti, & vel testari volenti, nisi à proposito desistat. Secus de illo, qui per simplicem schedulam significauit voluntatem suam, in distribuendis rebus suo vsui deputatis, non per modum testamenti. c. 27. n. 270.

Ius ad sepulturam est quid spirituale. ca. 25. num. 99.

Beneficiarius inducens aliquem ad promittendum, vel iurandum, se acceptaturum sepulturam in sua Ecclesia, vel iam acceptatam non mutaturū, peccat & est excommunicatus. cap. 25. nu. 132.

SERVVS, ET ANCILLA.

SEruus non debet à Domino, atroci & crudeli modo puniri. cap. 14. nu. 19. Qui sic tractatur à Domino potest illum compellere, vt se alteri vendat. c. 16. n. 22.

Serui matrimonium non debet impediri

à Do

à Domino. cap.14.n.21.Et ancilla qua Dominus luxuriosè abutitur, potest fugere, & etiam compellere Dominum, vt eam alteri vendat. c.16. num.22.

Quamuis posset sanciri lex, vt quis efficeretur seruus, pro debito, numquam tamen sancita est in republica Christiana. cap. 17. numer. 88.

Pater potest vendere filium, etiam inuitum, ob necessitatem extremam. cap. 17. nu. 88. cap.23. num.96.

Non licet emere hominem liberum, non constitutum in extrema necessitate se vendendi, vel possessum pro seruo, quem tamen credere debet iniusta seruitute detineri. c.23. num.95.

Secus si emat à destinantibus illum in cibum. Et iste se ipsum per se, vel per alium potest redimere dato iusto pretio, etiam inuito possessore: & si iste vendatur à primo emptore, admonendus est secundus emptor de modo quo fuit anteà emptus. & primus emptor potest capere etiam interesse pretij dati. c.23. num.96.

Mala fide emit seruum, qui credit esse publicam famam fuisse iniustè captum. Ibid.

Homo ad mortem damnatus (sententia, vel statuto concedente facultatem se redimendi) potest se vendere redimenti, pretio

redemptionis. cap. 24. num. 17.

Seruus an possit ordinari, an fugere, an coniugatus vendi, vide tit. Irregularitas. III. Fuga & Matrimonium XIII.

SIMONIA I. IN SE.

SIMONIA *est studiosa voluntas emendi vel vendendi rem spiritualem, vel ei annexam.* Estque triplex. Mentalis tantùm, quæ mente concipitur citra omnem conuentionem expressam, vel tacitam, siue res tradatur, siue non. Conuentionalis tantùm est expresse, vel tacitè conuenta, nondum tamen ab vtraque parte exequuta: nam implementum ex parte promittentis temporale, imò nec spirituale, non impedit quin simonia sit conuentionalis tantùm. Realis est expresè vel tacitè conuenta, & ex vtraque parte completa, saltem quoad aliquorum promissorum vtriusque partem. cap. 23. num. 103. 104.

Simonia purè mentalis est etiam peccatum mortale: & est duplex, vna quæ non peruenit ad dationem, neque ad conuentionem, altera quæ peruenit ad dationem sine vlla conuentione. n. 102. Nou. 103. Itè omnis Simonia est peccatum mortale. n. 111. Quod magis confirmat in Nou. 110.

Non est Simonia dare minùs principaliter tem-

téporale pro ſpirituali: neq; ſeruire Epiſcopo,aut mutuare ei pecuniam ob ſpem beneficij minùs principaliter: neque pergere ad preces ſecundaria intentione,ob diſtributiones quotidianas,vel ſeruire Eccleſiæ propter dignitates. cap.23. num.103. corol.5.

Cauſa impulſiua Simoniæ dicitur illa,ſine qua non fieret actus, dummodo principaliter fiat propter aliam cauſam.ibidem.

Non eſt Simonia dare aliquid pro ſuſtentatione neceſſaria miniſtri in vtroque foro, & etiã pro nõ neceſſaria quoad forum conſcientię,& pauperibus etiam licet in vtroque foro, etiam ex pacto accipere:quæ differentia verificatur ob diſcrimen inter præſumptionem,& veritatem.n.101.

Neque eſt Simonia dare pro ſuſtẽtatione miniſtrorũ,vel pro liberalitate,vel pro ſolutione obligationis legis, vel conſuetudinis. num.100.corol.4.

Papa poteſt committere Simoniã iure diuino prohibitã,non tamen iure humano tantùm.ibid.vide Simonia. III.Neque incideret in pœnas ſtatutas contra ſimoniacos. n.100. §.4. Si Papa emeret,vel venderet,beneficium curatum, vel ſimplex,eſſet Simoniacus: ſed hoc nullus Pontifex fecit hucuſque.n.107.

Simonia prohibitio duplex eſt,altera prohibita,quia ſimonia,id eſt,iure diuino prohibita,

altera quæ iure humano ab Ecclesia per potestatem diuinitus sibi datam instituto, est prohibita. Prioris generis est voluntas emẽdi, vel vendendi verè spiritualia, vel à Deo solo instituta, vel ab Ecclesia per potestatem diuinitùs acceptam constitura. Posterioris generis est voluntas faciendi collationes, renunciationes, vel recipiendi eas factas cum conditionibus, modis, vel pactis aliàs licitis, nisi ab Ecclesia prohiberentur. num. 100. dicto. 3.

Et ita frequenter Simonia committi potest, quamuis non interueniat pecunia numerata, vel res pecunia æstimabilis, vt dum quis renunciat beneficium ob renunciationem alterius beneficij, vel suffragatur in aliqua electione, vt alius suffragetur. cap. 23. n. 100. dicto 2.

Simonia est dare, vel relinquere ius spirituale cum onere, vt fiat aliquid quasi pro pretio rei spiritualis, vel causa principali immediata eam habendi. Quæ tamen non procedunt in conditione, & modo, quæ iure insunt, dũmodo exprimantur eo solo modo, quo insunt, & ita non est Simonia conferre commendam alicui ea lege, vt soluat 40. aureos annuos, quos ordinis statuto soluere tenebatur. ibidem.

Simonia autem realis (quæ etiam fieri solet

let solis nutibus, vel factis tantùm, vt spondendo Episcopo centum, quod non conferet beneficium alteri. num. 105.) est mortalis semper. nu. 111. At verò consueta dari pro actibus spiritualibus iam præstitis, licitè possunt accipi, & peti, antè quàm præstentur. num. 106.

Simonia conuentionalis etiam est mortalis. num. 111. & est duplex, vna ex neutra parte exequuta, altera ex vna tantùm. num. 103. & 104.

Simonia conuentionalis est promittere instrumento publico 100. alteri, vt det sibi beneficium, sine animo emendi illud, vel soluendi illa. num. 106.

Ad essentiam Simoniæ non requiritur voluntas emendi spirituale, sed sufficit voluntas faciēdi aliquid pro spirituali consequendo. cap. 23. num. 106.

Est tamen Simonia realis conuenire quòd vnus det spirituale, & alter instrumentum promissionis, centū: si ex vtraque parte adimpleatur, quamuis non soluantur centum: sed non esset realis conuentio promittere temporale, etiam per instrumentum publicum, quod tradit. Neque esset Simonia conferre beneficium vt liberetur ab obligatione antidorali, quamuis conferatur beneficium pro pretio. c. 23. n. 106. ad 4.

Mediator

Mediator Simoniæ simoniacus est, & excommunicatus. Idem de dante mediatori, vt procuret sibi collationem beneficij, secus si daret pro labore frequenter adeundi collatorem, vel ratione lucri cessantis. num. 106. ad 5.

Non est Simonia conferre beneficium ob consanguinitatem, vel amicitiam, nec per hypocrisim facere spiritualia ob laudem humanam. num. 107.

Qui habito nuncio de beneficio vacanti, conuenit cum familiari Papæ, vt impetret pro se, & ipse consentit pensioni constituendæ à Papa, & postea conuentio ex vtraque parte completa est, committit Simoniam realem. 107. ad 7. Idem de illo, qui similiter conuenit cum illo, cui dedit Papa facultatem conferendi beneficium, & quem ipse nominauerit, & facit pactum cum eo vt nominet illum, & quòd consentiet pensioni annuente Papa, & assecurabit, & postea nominat illum, & ille consentit pensioni, est Simonia realis inter familiarem & oratorem: quia non retulerunt Papæ pactum factum, vt sua auctoritate purgaret talem conuentionem. secus autem si nullo pacto præcedenti nominaret eum, & ille consentiret, quia nulla conuentio illicita interueniret. nu. 107. ad. 9.

Simoniaca etiam conuentio est conue-

nire

nire de diuidenda ex æquo vtilitate, & expensa. ad. 8.

Idem si habito nuntio de duobus beneficiis vacantibus fit conuentio, quod vtrumque impetretur, in caput vnius & inter ambos diuidatur vtilitas. ad. 7. Secus si nõ interueniret alia obligatio quã antidoralis. ad. 8.

Renunciatio facta in fauorẽ alterius adiecta conditione, vt conferatur huic vel illi, est Simoniaca: nisi fieret in manibus Papæ secundùm stylum curiæ, à quo tamen recessit Gregorius XIII. Permisit nihilominus, vt simul cum renunciatione vnius præsentetur petitio alterius, cui renuntians vellet conferre. c. 23. nu. 107. ad. 10.

Non est Simoniaca renunciatio beneficij in manibus etiam inferioris, intentione, vt conferatur cognato renunciantis, nulla tamen conditione expressa: Quamuis si vellet renunciare principaliter ob cognationem, vel vt conferatur indigniori eo, peccaret nõ peccatum Simoniæ, sed iniustitiæ, vel acceptionis personæ inordinatæ conceptæ, vel procuratæ. n. 107. ad. 10.

Mandatum datum ad renunciandum beneficium in manibus Ordinarij liberè, & ad petendum ab eo post renunciationem liberã, vt prouideat alteri, non est Simoniacũ: imo tàm mandatum, quàm renunciatio,

& col

& collatio virtute eius facta valent. Nam ex illo mandato colligitur intentio renunciatis fuisse, vt conferretur nominato per eum: & quia defuit pactum, conditio, & modus, nō interfuit Simonia, neque contrariatur extrauag. Pij V. de confidentia. ibidem ad. 7.

Verum est, quòd si vellet renunciare cum pacto, vel modo, vt detur huic, esset Simonia mortalis; etiamsi nulla subsequeretur renunciatio cum pacto, vel sine eo. Ibidem. ad 10. in fin.

Non est Simoniaca confidentia, quod collator conferat beneficium liberè renunciatum cui renuncians volet. cap. 23. num. 109. ad 12.

Idem de confidentia, qua quis confert beneficium liberè renūciatum alicui spe, quòd ille aliquando cedet in fauorem alterius, dūmodo nullum interueniat pactum. Quod etiam locum habet stantibus extrauagātibus Piorum Pontificum de confidentia, quæ tātùm procedunt contra confidentiam illicitam Simoniacam. ibidem.

Aliqua confidentia est Simoniaca, vt quando quis confert beneficium, confidens, quòd collator conferat mediante pacto. Ibidem. De pœna Simoniæ confidentiæ. videtit. Simonia. 3.

Ex motu proprio vtriusque Pij colligun-

tur octo coniecturæ ad præsumēdam Simoniacam confidentiam in foro exteriori, cuius extrauagantis, & etiam coniecturarum summa hæc est.

Pius Quintus seruus seruorum Dei. &c. *Intolerabilis, & infra. Benè quidem & prouidenter fœlicis record. Pius Quartus prædecessor noster ad tollendam confidētiam in beneficiis decreuit, vt ipso iure vacarent omnia beneficia à quibuscumque personis recepta in confidentiam: &c. Et quoniam multi adhuc circa hoc præsumptione quadam delinquunt & audacia: Nos tanto malo remedium adhibere volētes, statuimus, vt si quis Ecclesiam, monasterium, vel beneficium Ecclesiasticum exresignatione, vel cessione &c. cuiuscumque personæ simpliciter vel cum circuitu retrocessionis cum regressu, vel accessu etiam sola dimittentis, intentione receperit, vt illa, vel illud, etiam in euentum regressus, vel accessus eidem dimittenti, vel alteri postea conferatur, aut illius fructus, vel eorum pars alij concedantur, vel pensiones soluantur, ex eisdem hac confidentia censeatur. II. Itidem si ordinarius, vel alius collator contulerit antehac, vel conferat in futurum beneficium Ecclesiasticum quouis modo vacans, ea conditione tacita, vel expressa vt postea in alterum pro arbitrio collatoris siue alterius contra iuris communis ordinationem disponatur, siue vt de eo prouisus fructus,*

ctus illius, vel partim ad vtilitatem, vel libitum conferentis, vel cedentis, aut alterius delinquat, vel pensionem illi, vel illis quos collator, vel cedens, aut alius iusserit, vel significauerit, persoluat, & pariter si à patrono etiam laico, vel alteri præsentatori, vel electori contigerit id fieri. Ad hæc si clericus prædictæ cameræ, vel Cardinalis, vel alius post resignationem vel cessionem alicuius extranei de Ecclesia, monasterio, vel alio beneficio Ecclesiastico, in se factam vel admissam illam, vel illud etiam confectis literis Apostolicis, & possessione apprehensa in eãdem resignationem, vel resignantem vel cedentem modico spatio interiecto veluti duorum aut trium mensium, retrocesserit, vel retrocedat in futurum ex illa retrocessione fructus, vel eorum pars seu pensio, vel quid aliud super illis fuerit reseruatum ipsi clerico vel Cardinali aut alio exempto fuerit concessum. Postremò, si quis crimine aliquo absolutus, vel cum quo super irregularitate dispensatum est, denuo receperit aliquod beneficium Ecclesiasticum, quod ante, vel post commissum delictum, vel contractam irregularitatem dimiserit, confidentiæ prauitas sit contracta. Ad probandum autem plenè confidentiarum abusum inter alias etiam hæ præsumptiones habeantur legitimæ, scilicet si aliquis post cessum à se beneficium, & publicatam resignationem vel cessionem, eaptámq; à successore possef

possessionem se se in illa, vel rebus illius per se vel alium iniecerit, aut fructus perceperit, vel quicumque successor, illi, vel eius propinquis ipsos, vel partem remiserit. Idem est si quis pro concessione alicui facta de beneficio Ecclesiastico per se vel alium intercesserit: denique aliquid de fructibus talis beneficij de facto perceperit. Testes autem de quaque re singulares singulas probare valeant praesumptiones: & criminosi, & omnes qui possunt esse testes in casu Simoniæ, possunt esse in praedictis. Denique omnes qui hucusque beneficia confidentiæ vitio receperunt, ac retinent, nisi statim dimiserint, & qui aliquid tale admiserit in futurum, fructibus & pensionibus & beneficiis & aliis officiis temporalibus priuamus, & ad futura inhabilitamus, & excommunicatione innodamus sedi Apostolicæ reseruata. Datum Romæ, anno. 1569. c. 23. num. 110.

Ex qua extrauaganti ad maiorem claritatem octo coniecturæ deducuntur ad præsumendam Simoniacam confidentiam in foro exteriori. I. Probatio intentionis etiã tantùm vnius partis. II. Quòd collator ita conferat, vel patronus præsentet vt postea de beneficio eius sic vel sic disponatur, vel etiã de fructibus. III. Quòd exemptus à solutione iurium curiæ, beneficium acceptum per resignationem alicuius, etiam post

litteras expeditas, & possessionem acceptâ retrocesserit in eundem, reseruato sibi aliquo infra spatium duorum aut trium mensium. IV. Quòd absolutus à delicto vel irregularitate denuo accepit beneficiũ, quòd renunciauit ante vel post delictum vel incursam irregularitatem. V. Quòd post cessum beneficium, & publicata cessione, & capta possessione à cessionario, se in illud per se vel alium ingerit, & fructus vel partem eorum accipit, aut successor ipsi vel propinquis eius aliquos fructus remiserit. VI. Si recipiens beneficium constituit dimittentem vel eius parentes, aut propinquos procuratores ad percipiendum vel locandum fructus beneficij dimissi, & illi, vel illis, de fructibus perceptis aut percipiendis donationem fecerit. VII. Si vel sola procuratoris depositione vel libris rationalibus mensariorum ex parte dimittentis expeditio, quæ personam recipientis concernit, prosequuta sit, simúlque expensæ, pro ea necessariæ ab illo factæ fuerint. VIII. Denique si quis pro concessione alicui facta, quacumque auctoritate de beneficio Ecclesiastico, per se vel alium, seu alios intercesserit vel aliàs in negotio cõcessionis se se immiscuerit, quoquomodo: deinde aliquid de fructibus talis beneficij de facto, etiam

per

per manus possessoris,& etiam simplicis donationis titulo perceperit, seu de illo postmodum ad voluntatem intercessoris fuerit dispositum,quandocumque. cap.23.nu.110. notab. 7. & in ipso motu proprio.

SIMONIA II.

Quoad materiam.

VENDERE bona Ecclesiæ mobilia, vel immobilia,iniustè, licet sit sacrilegium, non tamen est Simonia. cap.23. num.99.

Bona Ecclesiastica quædam sunt, purè spiritualia, quædam purè corporalia, quædam autem mixta. Merè spiritualia sunt gratia,& dona Dei:merè corporalia sunt vasa,& ornamenta &c. seclusa benedictione quam habent. Mixta sunt Sacramenta, & actus conficiendi ea quæ constant ex re corporali & spirituali,& labore temporali. Merè spiritualia,& mixta, nullo modo possunt neque emi,neque vendi:Secus de merè corporalibus quoad rem temporariam, & sine vllo intuitu benedictionis eorum. n. 99.§.3.

Non est Simoniacus, qui vendit scientiá iuris,vel aliam,& naturaliter scibilia,& consilium etiam sine studio, & labore præstitũ,

quamuis aliunde habeat vnde viuat.nu.110.

Permutatio beneficiorum etiam quoad titulum facta, ſine Superioris auctoritate eſt Simoniaca: Secus ſi cum illa.nu.110.§.3.

Idem de permutatione iuris habiti per regreſſum, acceſſum, electionem, præſentationem cum alio ſimili iure. Idem de ea, qua renuncians beneficium, minoris valoris reddit pecuniam, vel conſtituit penſionem alteri permutanti beneficium maius. Non tamen eſt Simonia, quando Eccleſiæ, bona inæqualia habentes, permutarentur quoad proprietatem, refundentes ſeparatim pecuniam qua illa bona æquentur. cap. 13. num. 200.§.3.

Non eſt Simonia dare pro ſubſtentatione miniſtrorum, vel pro libertate, vel pro ſolutione obligationis legis, vel conſuetudinis..§.4.

Nam hæc præpoſitio *pro*, aliquando ſignificat pretium, vel cauſam principalem, aliquando impulſiuam.ibidem §. 4.

Non eſt ſimonia dare vel accipere pecuniam pro impenſis, vel pœna excommunicationis vel abſolutionis per iuriſdictionem ſpiritualem impoſita, quamuis pœna non detur pauperibus. num. 101. Imò nec dare pecuniam ad redimendam vexationem, dũmodo qui dat iam habeat ius acquiſitũ etiã

in

in possessione: imò nec in foro interiori erit Simonia, quamuis non sit possessio, si dans nihil iuris intendat emere, sed euitationem discordiarum, & litium. Secus si non habet ius acquisitum nisi impediretur vim inferendo, vel procurando pro indigno, vel solus ipse occurreret dignus, qui eligeretur. num. 101.§.8.

Simonia est dare pretium temporale pro emenda vita æterna. num.100.§.9.

Item dare alicui pretiũ, vt excubias faciat in domo defuncti,quãtis accessoriè intelligitur illum debere recitare psalmos. n.101.

Item dare vel accipere in pretium munus à manu,lingua,vel obsequio, secus si nõ daretur in pretium, quamuis laudes essent falsæ. num.101.

Item dare pretium pro missa vel pro isto actu dicendi illam: sed tantùm licet dare pretium per modum sustentationis. cap.23. num.101.§.10.

Non est Simonia dare pretium pro obligatione exercendi munus vicarij Episcopi, vel parochi,vel capellani,vel concionatoris, vel pro labore adeundi locum longinquum. Ibidem. versic.addo.

Non est Simoniacus beneficiarius, qui nullo interueniente pacto soluit aliquid in possessionis adeptione aliis beneficiariis,

non tamen potest ad id cogi etiam stante consuetudine, si id quod datur vertitur in proprium commodum: secus si pro fabrica vel opere pio. ibid. §. 11.

Ius patronatus non potest vendi, neque emi. num. 105. §. 5.

Bona propria super quæ impositum est onus dicendi aliquas missas, non sunt spiritualia, nec Ecclesiastica. cap. 25. num. 8.

Episcopus, qui recipit aliquem familiarem constituta mercede annua, donec beneficium ei conferat, non est Simoniacus: dummodò nullum interueniat pactum de seruiendo gratis post collatum beneficium. cap. 25. num. 113.

Simoniacus est, qui per Simoniam ab alio commissam in fauorem eius, ipso ignorante, vel non contradicente, acquirit beneficium, in quo, vel ad quod nullum ius prius habebat, & rescius id consentit, vel statim non renunciat. Secus si illa simonia commissa fuit cum vno ex multis electoribus: quorum maior pars (Simonia non interueniente) eum elegisset. num. 119.

Non licet Episcopo iubere, vt certa quantitas pecuniæ detur pro Missa, & nemo minorem accipiat. Similiter quamuis constitui possit in aliqua Ecclesia, vt fiat supplicatio in funere illius, qui tantum

tum dederit, non tamen ne fiat pro eo qui non dederit tantum. capite vigesimo tertio, num. 106.

Pensio solita constitui super beneficio Ecclesiastico, non potest pecunia redimi, nec constitui. capite vigesimo tertio. num. 111.

Emens vel conducens Vicariam, vel quãlibet iurisdictionem, vel potestatem spiritualem (etiam ad tempus) Episcopi, vel parochi, vel cuiuslibet beneficiarij, est Simoniacus, & meretur priuari: sed non est ipso iure priuatus beneficio clericali, & talis contractus est nullus. ibidem. vide etiam Simonia III.

Simonia est vendere cariùs calicem, corporalia rosaria, & cæt. ob benedictionem quam habent. num. 111.

Qui suscipit canonicatum, vel præbendam, vel beneficium, cum pacto docendi in scholis, Simoniacus est: secus si suscipiat cum onere imposito tali beneficio vacanti. cap. 25. num. 58.

Petere pretium pro excommunicanda, vel coniuranda locusta, speciem habet Simoniæ. cap. 27. num. 13.

Simonia est, si prælatus eo plus exigat pro titulo, quo maius est beneficium. numero centesimo primo. Idem si quis dat

aliquid alteri vt baptizet aliquem extremè indigentem. capite vigesimo septimo, num. 113.

SIMONIA

Quo ad ordines.

QVI recipit ordines etiam minores per simoniam realem, commissam ante ordinationem, etiam dando tertio, & non ordinatori, est Simoniacus & excommunicatus: Si verò det post ordinationem non est Simoniacus, vel certè non incurrit talem simoniam quæ inducat excõmunicationem. Quòd si alius det ordinatori, vel tertio, ipso ordinando inscio, vel contradicente, non committit Simoniam recipiendo ordines, quamuis posteà soluat illud, quod eo inscio datum fuit. dummodo non habeat gratam dationem illam. cap. 25. num. 68. §. 2.

Non est vera Simonia in foro interiori dare notario Episcopi pro instrumento ordinis aliquid amplius quàm debet, nec Episcopo, pro pastillis; præsertim post susceptum ordinem nullo intercueniente pacto. verum est quòd in foro exteriori posset

set præsumi simonia. capite 23. numero 101.§. 11.

Simonia est, si notarius accipiat magis pro instrumento de maiori ordine: & prælatus, qui eo plus exigit pro titulo quo maius est beneficium. ibid.

SIMONIA III.

Quoad pœnam & restitutionem.

ACCEPTVM per Simoniam necessariò restituendum est. cap. 27. num. 32.

Simonia mentalis tantùm non obligat ad restitutionem. Quod quidem verum est, siue hæc Simonia sit prohibita iure naturali, siue diuino. cap. 23. num. 103. §. 15. Rationem huius rei vide tit. Vsura.

Habet etiam verum in vtroque foro, & procedit, quamuis vtraque pars commiserit Simoniam mentalem tantùm. Procedit etiam non tantùm in eo, qui quærit temporale non dato spirituali, sed etiam in eo qui quærit alterum eorum altero dato. numero 102. §. 5. Et in datione cuiuscumque rei temporalis à manu, & lingua, vel obsequio. ibidem.

Ob Simoniam conuentionalem tan-

tùm, & executam ex vna parte, & non ex alia, committens illam priuatur beneficio per iudicem, non tamen declaratur ipso iure esse priuatus.num.centesimo tertio, in principio.

Et hæc Simonia obligat ad restituendum acceptum danti, etiam ante iudicis sententiam. Quod verum est, si acceptum est temporale, falsum autem, si sit tale spirituale, quod accipiens non potest reddere, sine præuia renunciatione, & collatione Superioris. Ibidem.

Ad incurrendas pœnas Simoniæ non sufficit datio pretij, nisi etiam interfit datio beneficij. num.104.

Celebrans post completam ab vna parte Simoniam & ante completam ab altera, non fit irregularis, saltem in foro conscientiæ. num.104.

Simonia realis obligat ad restitutionem, num.105.

Præsentatio, electio, confirmatio, & quælibet alia dispositio, & prouisio facta per Simoniam realem, est ipso iure nulla, & prouisi non faciunt fructus suos, imò tenentur relinquere beneficia sua. Idem de renunciatione, & licèt renunciatio inducat obligationem, vt renuncians cogatur, non tamen qui renunciat perdit titulum,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

lum, nec ius renunciatum. cap. 23. numero 105.

Simonia conuentionalis est permittere in instrumento publico. 100. scuta alteri, vt conferat sibi beneficium, sine vllo animo emendi illud, nec soluendi illa. num. 106. ad 3.

Simonia conuentionalis tamen nec inducit excommunicatum nec obligat ad restitutionem. Ibidem.

Simonia conuentionalis beneficiaria, qua palam emitur beneficium, vel venditur, peior est simonia conuentionalis confidentię beneficialis: nã per conuentionalem beneficialem non annullantur acta, nec inducitur censura, antequam impleatur ab vtraque parte: per simoniam autem conuentionalem confidentiæ beneficiariæ sic. nam simul ac aliquis accipit beneficium, in confidentiam prædictam, antequam impleat quod promisit, ipso iure est excommunicatus, & ipso iure collatio ei facta est nulla, & tenetur restituere omnes fructus, quos perceperit à die acceptionis. num. 110. Not. 2.

Fructus beneficiorum collatorum per simoniacam confidentiam, & pensionem, reseruantur Cameræ Apostolicæ à die collationis. num. 110. not. 5.

Qui

Qui ante extrauagantem Pij V. recepit beneficium per Simoniam confidentialem, & habita notitia extrauagantis, non resipuit statim, & dimisit beneficia & pensiones ipso iure priuatus beneficio. Idem de recipiente beneficium, vel huiusmodi pensiones per simoniacam confidentiam. 110.

Atque beneficia collata per similem confidentiam sunt reseruata collationi Papæ. not. 3.

Collatio accessus & regressus per simoniacam confidentiam facta sunt nulla. not. 4.

Simonia contingens circa pensiones, vel ius patronatus, non inducit excommunicationem ipso iure. num. 111. ad. 13.

Emens vel conducens vicariam, & quamlibet iurisdictionem, vel potestatem spiritualem (etiam ad tempus) Episcopi, vel parochi, vel cuiuslibet alius beneficiarij, quâuis simoniacus sit, & meritò priuari possit, non tamē est ipso iure priuatus officio clericali, & contractus est nullus, & tenetur relinquere vicariam, non tamen ipso iure excommunicatus, nec inhabilis ad vicariam. Quòd si vicaria fuerit perpetua, incurretur excommunicatio. Ibidem. ad. 14.

Qui recepit ordines etiam minores per simoniam realem commissam ante ordinationem, etiam dando tertio, etiam non ordinatori

dinatori, est excõmunicatus; secus si det post ordinationem, non enim est simonia vel saltem non inducit censuram. cap. 25. num. 68. §. 2. de quo vide tit. simonia 2.

Simonia mentalis non obligat ad restitutionem, nec ad aliquam pœnam temporalem. c. 27. n. 103. ad 15. vide Vsura VIII.

Simonia conuentionalis inducit pœnam temporalem restitutionis, si res accepta sit restituibilis, & etiam extra ordinariam arbitrariam. Ibidem.

Simoniacus realis in ordine occultus vel publicus est ipso iure suspensus, quoad se, & quoad alium. Ibidem. dicto 2.

Simoniacus in beneficio non est iure ipso suspensus. ibid. dicto. 3.

Simoniacus realis tã in beneficio quàm in ordine est ipso iure excommunicatus cũ reseruatione ad Papam. nu. 111. dicto 4. Vnde simoniacus in ordine indiget absolutione ab excommunicatione & suspensione. Simoniacus verò in beneficio ab excommunicatione tantùm. dicto. 5.

Nullus alius simoniacus præterquam in ordine est ipso iure suspensus, & excommunicatus. dicto. 6. & nullus simoniacus præterquam in ordine & beneficio est ipso iure excommunicatus. Ibidem. dicto. 7.

Omnis præsentatio, collatio, electio, & quæuis

quæuis alia disposítio beneficiaria per realem Simoniam, est ipso iure nulla, & quæsitum per illam relinquendum est ante sententiam simul cum fructibus. ibidem. dicto.9.

Papa potest committere Simoniam prohibitam iure diuino, non tamen iure humano. Sed hoc corrigitur in Nouo, vbi ait, Quicquid aliàs hic scripserim, dico quòd Papa potest peccare peccatum simoniæ in emptione & venditione rei spiritualis sicut quilibet alius homo. Vnde non potest ipse liberare à peccato simoniæ alium vendentem, vel ementem ab ipso rem spiritualem quatenus est spiritualis. numer. 108. ad. 11. dicto.1. Neque potest efficere, vt actus qui est simoniacus iure naturali, vel diuino, absque adminiculo iuris humani desinat esse talis: quia sua Sanctitas subest illis legibus, saltem quoad vim directiuam. ibidem. dicto. 2. potest tamen Papa, rem cuius spiritualitas inducta est tantum iure humano frãgendo, vel mutando efficere profanam, imò idem possunt alij Prælati ex iusta causa. ibid. dicto. 3. quamuis Papa committat simoniam prohibitam iure diuino, non incurrit aliquam pœnam iuris humani, & potest facere ne alius illam incurrat. ibid. dicto. 5.

Aucto

Auctoritas Papæ de facto liberat à pœnis simoniæ omnes qui cum eo, vel cum consensu eius facient actum, qui aliàs esset simoniacus: quamuis expressè non liberet eos, & hoc siue simonia sit iuris diuini, siue humani. nam quoad pœnas eadem ratio militat in vtraque. ibid. dicto 6.

Vnde qui committit cum Papa simoniam super re spirituali nondum profanata, incurrit quidem pœnam æternam, sed non temporalem. n. 111. dicto. 10.

Simoniacus conuentionalis tantùm ob confidentiam, nullum ius acquirit in tali beneficio, & est ipso iure excommunicatus, & perdit alia beneficia benè acquisita, fitque inhabilis ad omnia. numer. 111, §. 11.

Quæ ignorantia excuset hîc Doctor non declarat, sed remittit lectorem ad cap. fraternitas, quæstione 12. vbi id explicat.

Quæsitum per simoniam commissam in beneficio restituendum est Ecclesiæ, non delinquenti. cap. 25. num. 115.

Moniales nullam simoniæ pœnam incurrunt ob pacta & conuentiones in dotibus Monialium, in victum commodum earum.

SIMVLATIO Qua se aliquis fingit talem genere, vel gradu &c. qualem requirit optio ad collegia, vel alia munera, peccatum est. c.8.n.8.

SOCIETAS.

EST *conuentio plurium, suam pecuniã, industriam, vel laborem conferentium ad lucrandum.* cap. 17. num. 251.

In Societate transfertur dominium rei collatæ, imò manet in periculo conferentis. Atque vt sit licita, tria requiruntur. I. Quòd ipsa negotiatio sit licita. II. Quòd pecunia pereat conferenti. III. Quòd seruetur æqualitas, ac pro quantitate partium collatarum diuidatur lucrum, hoc modo. Vnus confert mille aureos, alius laborem suæ personæ eisdem æstimatum, alius suam industriam quingentis æstimatam. Ex his omnibus vna summa facienda est, & ex lucro, & iactura pro rata eius quod confert quisque, capere debet, vt si isti tres quingentos aureos lucrarentur, duo singulos ducentos aureos caperent, & tertius centum. Atque in his quidem quantitatis pecuniæ in societatem collatæ habenda est ratio magis quàm periculi,

cui

cui exponitur. cap.17.num.151.

Societas exæquanda est iudicio peritorum, qui æstiment pretium pecuniæ collatæ cum conditione expressa, aut tacita, vt in primis conferenti pecuniam ea restituatur, si nulla eius iactura facta fuerit, & pretium item laboris, & industriæ ea conferentium absque aliqua spe quicquam pro illis referendi, nisi lucrum ad sit. Considerandum est tamen vt nulla omnino sit vsuræ, aut iniustitiæ suspicio, ex eo quòd ei qui pecuniam confert, de consensu eius minùs lucri quàm par sit detur, si est persona quæ donare potest. Vnde iustificantur multæ Societates à magnatibus cum suis famulis, amicis, aut cognatis factæ, vt eis fidem, diuitias, & honorem conferant. Nã conferendo in Societatem magnas summas pecuniæ, solùm ad dimidiam, aut tertiam partem, vel quartam eos obligant. Quamquam possent hæ dici locationes cum salario incerto magis quàm Societates. numer.151.

Socius qui non est particeps pecuniæ collatæ, non debet soluere aliquam partem eius perditæ in negotiatione. numer. 252.

Vnde illicitum est pactum obligans illum ad hoc. Secus si pecunia conferatur,

ea lege, vt communis sit, & communiter diuidatur inter socios sicut lucrum. cap.17. num. 253.

Cùm vnus confert in Societatem pecuniam, alter industriam, & laborem: qui laborem & industriam confert, non debet de lucro deducere totas impensas sui victus, nisi quas facit tunc vltra domesticas. cap.17. num.283.

Tota iactura rei collatæ, siue pecunia sit, siue labor, siue industria, erit conferentis, siue iactura fiat in principio, siue in medio, siue in fine negotiationis. numer.252.

Conferens pecuniam licitè potest assecurare illam cum socio vno, & lucrum, faciendo tres contractus formales, vel virtuales. num.254. 255. & debet cessare omnis fraus, & simulatio. num.257.

Licitè fieri potest quòd Ecclesia, vel vidua, vel pupillus conferant pecuniam apud mercatorem, assecurando principale, & lucrum, verbi gratia lucrando quatuor secura pro centum. num. 256.

Licitum est pactum, vt qui negotiatur aliena pecunia omne lucrum tradat Domino, & is recipiat certum quid pro labore ac industria liberum ab omni periculo. Qui cõtractus reuera est locationis, & ideo si ia

si iactura contigerit eius dolo, vel culpa, aut illius ministrorum, tenetur Domino satisfacere, quia gratia vtriusque fit. num. 257.

Qui in lucrum certum dat pecuniam ad Societatem ei quem scit non negotiaturum, sicut militi, vel clerico indigentibus, peccat quamuis concurrant tres prædicti contractus. num. 258.

Qui verè pecuniam in Societatem contulit in lucrum & damnum, & à socio accepit publicam scripturam mutui, vel depositi peccat, quia posset in foro exteriori petere pecuniam, quamuis periret. Vnde si vult lucrum participare, debet hanc scripturam rescindere, nisi in aliquo casu. cap. 17. 259.

Si socius rebus, loco, tempore, vel persona per pactum exclusis, fuerit negotiatus, iactura erit ipsius. Ibidem.

Licitum est tradere alteri animalia in Societatem, ea lege vt lucrum sit commune: sed qui recipit ea, nihil ex eo capiat, donec pretium eorum Domino persoluatur, & posteà sint Communia, dummodò ea, quæ ante sortem recuperatam interierint, Domino intereant, & non recipienti. num. 261.

Peccat, qui confert pecuniam in Societatem nautarum volentium ire piscatum

in mare longinquum, eo pacto vt tanta pars lucri sibi eueniat, quanta cuiuis nautarum, & vt euentus nauigationis sit illorum periculo, & quòd ex lucro futuro primùm soluatur ei pecunia: quòd si nullum esset lucrum, vel non esset sufficiens ad soluendum pecuniam, quisque pro rata soluat illam. num. 282.

Licita tamen est hæc conditio, vt si tota pecunia, vel pars amittatur, nautæ soluant eam partem, quam de ea impenderint in impensas quas domi facerent. numer. 283.

SODOMIA vide titul. Irregularitas. 8.

SOLVTIO.

FACIENDA est in loco expresse vel tacitè destinato, vel vbi petitur, dum tamen petita extra locum, non sit damnum creditori, nec debitori. Sufficietque semper soluere, vbi creditori placuerit. cap. 17. num. 42. 43.

Peccat qui debitum, quod sibi soluitur, non vult recipere vsque ad tempus, in quo pretium eius crescat, cùm debitor non teneatur tempus illud expectare. num. 225.

Non

Non peccat qui triticum sibi debitum non petit vsque ad tempus, in quo carius erit, nisi indirectè vel directè impediat solutionem, vt impediunt multi diuites. numer. 215.

Debitor potest emere minoris in principio anni ea quæ à se soluenda sunt in fine. num. 231.

Inuitus dicitur soluere & nolens etiam qui soluit, rogatus soluere tamquam debitum quod non est debitum. cap. 27. numer. 61.

SORS & Sortilegium, vide Superstitio.

SPECTACVLA. Instituens choreas moderatè non peccat. cap. 14. n. 31. lit. L. §. 2. Nouo num.

De duellis, torneamentis, &c. vide tit. Duellum, Hastiludium, Excommunicatio VI. §. VII.

De ludo quoad Ecclesiasticos, vel laicos, vel spectatores eorum, vide plura tit. ludus.

Comœdiæ rerum prophanarum non sunt faciendæ in loco sacro: neque abutendum scripturarum locis, ad huiusmodi res, vel ludos scenicos & ad scurrilia. Imò huiusmodi abusus est peccatum mortale. cap. 19. n. 3. 4. Nou. c. 20. n. 4. & c. 23. n. 23.

De abutentibus habitu Religiosorum ad personatum. vide tit. Habitus.

SPONSALIA, vide Matrimon. II.

SPONSIONEM faciens rei notabilis certò sciens esse verum quod asserit, peccat contra Iustitiam, secus si fiat absque dolo. cap. 19. num. 18. §. 7. Nou. cap. 20. num. 18. §. 7.

STATVM peccatoris confiteri, sufficit. cap. 16. num. 15.

Dicere secundùm quid, & ob aliquod peculiare accidens, esse conuenientiorem alicui statum coniugalem, quàm cœlibem, aut vitam laicam, quàm clericalem, catholicum est. Secus si dicatur absolutè: nam tunc est peccatum mort. & hæreticum. cap. 20. nu. 3. & in Nou. num. 21.

Non est peccatum coaceruare pecuniam ad collocandum se in altiorem gradum. cap. 23. num. 73. Quæ censeantur necessaria ad statum, vide Eleemosyna.

STATVTVM quando obliget ad mort. vide tit. Lex I. Et quando dicatur esse contra libertatem Ecclesiasticam, vide Excommunicat. V I. §. I.

STIPVLATIO, fit interueniente interrogatione, & responsione: eius materia est consensus, forma sunt verba: quæ semper ad stipulationem requiruntur: nec sufficit, nutus,

tus,signa,aut scriptura.cap.21.num.20.§.2.

STVPRVM, vide tit.Luxuria.

SVBDELEGATVS,vide Delegatus.

SVBDITVS peccat mort. contemnens notabiliter Superiores,vel illis debitum honorem denegans, vel eorum leges violans. cap.14.num.22.

SVBREPTIO,vide voluntarium.

SVBORNATIO, qua fit vt indignus eligatur in Cathedram, est peccatum mort. cap.25.num.57.

An qui allocutus est oppositorem, possit id negare iurando,vide periurium.

SVFFRAGIVM negans ob peccata audita in confessione, an peccet. vide Confessio VI.

De alloquente candidatum,& id negante in iuramento,vide Iuramentum I.

Qui dat suffragium non candidato,& ob id candidatus perdit cathedram,tenetur restituere:secus si dedit minus digno Cãdidatorum.cap.17.num.74.

De non obstante maiori parti capituli, quando expedit,vide Restitutio I I.lit.A.

SVFFRAGIA *mortuorum*. Qui existens in mortali testatur,& relinquit suffragia,nil meretur. Si tamen decedat in gratia proderunt suffragia exhibita ei ad satisfactionem. cap.26.num.36.

Facta pro defunctis ab existente in mortali prosunt existentibus in Purgatorio. Nou.cap.26.num.7.

SVPERBIA, *est vitium inclinans ad appetitum inordinatum propriæ excellentiæ, quatenus est talis*; siue sit merita modo immerito, vel omnino immerita, non est necesse quòd appetatur ad superandum alium. cap. 23.num.5.& est hæc habitus ibid.

Superbiæ actualis est præponere sua naturalia bona minora maioribus naturæ bonis alterius, aut sua bona naturæ, bonis gratiæ alterius, etiam si fiat sine contemptu expressо Dei, vel legis eius. nu.5.& 6.§. nec obstat.

Superbiæ species quatuor sunt. I. Putare habere à semetipso bona naturæ, fortunæ, & gratiæ, accepta à Deo. II. Agnoscere hæc sibi data à Deo sed non sine suorum bonorum operum iustitia, & merito. III. Arrogare sibi quæcumque bona quæ non habet. IV. Contemnere alios inordinatè, aut velle vt sibi submittantur, quamuis eum præcedant. cap.27.num.7.

Ad superbiam non requiritur actualis contemptus subiiciendi se Deo, & eius legi. num.5.6.

Peccat mort. appetens propriam excellentiam cum actuali cõtemptu diuinæ subiectionis Dei, & legis eius. Et qui appetit

inor

inordinatam excellentiam cum notabili irreuerentia Dei, vel proximi damno.num.8.

SVPERSTITIO.

EST maximum omnium peccatorũ, quæ fiunt cõtra virtutes morales. Eius ſpecies ſunt quatuor. Quas vide tit.Religio.lit.D.

De eo qui vtitur ſuperſtitione Iudaica, aut adorat ſolem.vide tit.Idololatria,& Infidelitas.

Peccat mort. credens procedere aliquem effectum ex vi verborum magorum, & incantatorum.cap.11.num.39. Et qui applicat aliquid ad ſanandum, quod non habet talem virtutem.Et qui percontatur Gittanum ſeu Ægyptium Cingarum de ſua fortuna. nu.32. Sed hoc vltimum tantùm eſt veniale communiter.31.

De poculo amatorio, vide Luxuria: De creditis per ſomnia, de nominibus deferendis.vide Inuocatio dæmonum,Idololatria.

Qui ponit certam ſpem in deferendis nominibus,peccat mort.num 34. Quæ nomina, vt ſint licita, debent habere quatuor. I. Quòd ſint cognita & ſancta. II. Vt habeant characteres cognitos, & ſanctos. III. Quòd contineant verum, religioſum & piũ,& nil ad dæmones. IV. Quòd nulla

ponatur ſpes in modo,loco,tempore,numero ſcribendi, deferendi,aut alligandi ea.cap. 11.num.35.

Peccat mort. deferens carmina ſcripta in die Aſcenſionis, credens minoris eſſe virtutis alio die ſcripta.num.35. Item qui in deferendis reliquiis vtitur ſuperſtitione aliqua. Qui colligit herbas in die S. Ioannis Baptiſtæ,putans ob id maioris eſſe virtutis. num.36.

Peccat mort.interrogans diuinos pro aliquo furto,vel ſecreto,vel ad hoc vtitur ſortibus,vel aliis modis.num.30. Item credens aliquid futurum, quia id ſomniauit per inuocationem dæmonis:ſecus ſi credat putans eſſe cauſam, vel ſignum naturale efficiens. num.31.

Mulieres vtentes quibuſdam ſignis, & benedictionibus,ſine ſuperſtitione,non peccant:debet tamen talis abuſus auferri ab eis. num.36.

Peccat mort. attendens garritum auium, & vlulatum animalium : Aut credens aliquem cogi per conſtellationem ad malum, & obſeruans hũc diem ad itinerandum potiùs quàm alium : ſed hoc vltimum regulariter eſt veniale.num.37.Item diſcens artem notoriam peccat mort. & qui credit muſicam, vel herbas valere contra dæmonem:

& cre

& credens ſtrygas portari corporaliter per aëra(*experientia tamen compertum eſt has miseras ſtrygas, à Dæmonibus per aera ferri, ad neſcio quod epulum, in quo inter cætera neſanda Dæmonem adorant*)& qui experitur ſortes. num.38.39.

Vti cæremoniis falſis, & ſectæ falſæ, eſt cultus pernicioſus & mortalis.num.20.

Audire ſacrum à Sacerdote qui vocetur Ioannis, eſt cultus ſuperfluus, & communiter venialis, & aliquando mortalis. cap.11. num.20.Nou.num.23.

SVSPENSIO. I.

Quid & quomodo incurratur.

SVſpenſio generaliter *ſumpta eſt prohibitio, vſus officij, vel facultatis alicuius.* Specialiter ſumpta *eſt cenſura, qua alicui perſonæ eccleſiaſticæ prohibetur exercitium ſui officij, vel beneficij eccleſiaſtici in totum vel in partem, in tempus certum vel in perpetuum quoad partem ob culpam ſuam.* cap.27.num.151.

Eſt triplex.Officij,& beneficij ſimul:Officij tantùm vel partis eius: & beneficij vel rei pertinentis ad illud tantùm. & poteſt eſſe lata à iure,vel ab homine.num.153.

In

In quibus conueniant Suſpenſio & reliquæ cenſuræ, vide tit. Interdictum I.

Suſpenſio poteſt incurri ob culpam venialem. Non tamen ſine culpa. Et numquam niſi ob propriam. cap. 27. num. 152, & 165.

Communiter qui poſſunt excommunicare poſſunt ſuſpendere. Et ferenda eſt ſuſpenſio per ſcriptum, & præuia admonitione ob contumaciam: ſecus quando in pœnam. num. 159. cap. 27.

Lata poſt legitimam appellationem eſt nulla: Et appellatio non ſuſpendit præcedentem ſuſpenſionem. cap. 27. num. 159.

Suſpenſus à quibuſdam actibus, non eſt ſuſpenſus ab aliis non annexis eis. Suſpenſus à iuriſdictione, non eſt ab ordine: nec è contra. Suſpenſus à beneficio; non eſt ab ordine, neque è contra: neque à iuriſdictione extra beneficium ei conueniente. Suſpenſus ſimpliciter à beneficio, non eſt à beneficio quo ad ea quæ dantur non intereſſenti officiis diuinis: modò ſuſpenſio non ſit tam diuturna, vt habeat vim priuationis expreſsè, vel tacitè. cap. 27. num. 160.

Suſpenſus ab officio clericali poteſt facere ea quæ pertinent ad beneficium citra ordinem, & diuina officia. num. 160.

Beneficiarius ſuſpenſus eo quòd ſuſcepit preſbyterium ante legitimam ætatem, non perdit

perdit fructus beneficij.160.

Suſpenſus ab ingreſſu Eccleſiæ,poteſt excommunicare,& abſoluere.Suſpenſus ab officio,non eſt à beneficio,nec è cõtra.Suſpenſus ab officio & beneficio diuiſim,à nullo eſt ſuſpenſus.num.161.

Epiſcopi non incurrunt ſuſpenſionem generaliter latam à iure, ſine ſpeciali mentione eorum.Secus de excommunicatione.numer.161.

Violans ſuſpenſionem ſtrictè acceptam, id eſt,cenſuram,peccat mort. éſtque irregularis, ſi exercet actum peculiarem alicuius ordinis etiam minoris.num.163.

Suſpenſus denunciatus vitandus eſt in eo in quo ſuſpenſus eſt:& qui non vitat eum in officiis diuinis & actibus deputatis ſuis ordinibus,peccat mort.num.163.in fine.

Suſpenſio poteſt ſuſpendi. Et poteſt imponi vniuerſitati.num.165.

Celebrans diuina officia, vel Miſſam in loco interdicto,vel coram interdictis eſt ſuſpenſus ab ingreſſu Eccleſiæ : & ſi ſtante hac ſuſpenſione celebrat,eſt irregularis. Sed hoc intellige de exempto à iuriſdictione ordinaria. Qui ſciens aut debens ſcire ſe eſſe ſuſpenſum,aut interdictum,& excommunicatum,accipit beneficium,peccat,& titulus eſt nullus.cap.25.num.134.

SVSPENSIO II.

A quo & quomodo tollatur.

AD ferendam, & tollendam suspensionem non sunt determinata verba. cap. 27.num.161.

Non est tollenda sine præuio iuramento. num.161.

Suspensio ab homine, vel iure lata, quæ certo tempore,vel facto,vel omissione facti terminatur, tollitur elapso tempore,vel adueniente termino,ipso facto,absque vlla absolutione.ibidem.

Lata ob contumaciam, & non in pœnam delicti absolutè sine termino, & reseruatione, siue Iure communi,siue particulari confirmata, vel non confirmata per Papam,potest tolli ab episcopo,vel à gerẽte vices eius. cæterùm lata in pœnã alicuius delicti etiam à Iure,siue temporaria sit, siue perpetua,non potest tolli ab Episcopo.Lata ob adulterium vel alia minora delicta potest tolli ab Episcopo. Lata ab homine regulariter non potest tolli,nisi ab eo qui tulit eam vel ab eius successore,num.162.

SVSPENSIO III.

Suspensiones vsitatæ: & à iure latæ: eo ipso.

I. SVspendit initiatum sacris, notorium fornicarium: & per solam pœnitentiam factam eo ipso tollitur. II. Clericos eligentes in Episcopum, eum qui non est legitimus, vel sine legitima ætate, facultate, & moribus: & hæc suspensio est à beneficio per triennium. cap. 27. num. 154. III. Eos qui extra tempora aut sine legitima ætate, & facultate ordinantur Sacris: & ordine sic vtens est irregularis. Hæc incurritur ipso facto; & requirit dolum. num. 155. Non incurrit hanc ordinatus cum facultate sui episcopi impetrata ad titulum patrimonij donati, & renuntiati ante ordinationem. Hæc suspensio est ab officio tantùm. num. 160. IV. Clericum prouocantem vel acceptantem duellum. Sed hæc non est suspensio, sed quòd ille sit deponendus. V. Ferentem qualuis censuras solo verbo, sine scripto, vel sine expressione causæ, vel non, dat copiam requisitus. Hæc est ab ingressu Ecclesiæ, & à diuinis. VI. Excommunicantem sine præuia monitione. Hæc est ab ingressu Ecclesiæ per vnum mensem. nu. 156.

VII.

VII. Suspendit vsurpantes fructus Ecclesię vacantis. VIII. Vsurpantes ex redditibus dignitatum vacantium. Hæc quoad Episcopos est ab ingressu Ecclesiæ, & quoad alios ab officiis, & beneficiis. IX. Conseruatorem iudicem cognoscentem causas quę sunt notoriæ iniuriæ: hæc est ab officio per vnum annum. n. 157. X. Iudicem Ecclesiasticum aggrauantem partem gratia, vel sordibus. Non comprehendit Episcopum, nec merum executorem, nec arbitrum. Requirit vt fiat grauamen contra ius, & contra propriá conscientiam: & id pretio, amore vel odio: estque ab officio per annum. num. 157. XI. Admittentes ad diuina officia, Sacramenta vel sepulturam, excommunicatos, vel publicos interdictos: est ab ingressu Ecclesiæ. XII. Admittentes aliquem ad professionē mendicantium ante finitum annum. ca. 27. n. 157. XIII. Clericos, vel beneficiarios, gestātes vestes partitas, vel coloribus distinctas, & initiatos sacris, imò & minoribus, qui cum prima tonsura gestant eas, inhabiles facit ad beneficia per sex menses, tam illos quàm hos. num. 157. XIV. Religiosos qui habentes administrationem alienāt aliquam rem ad illam pertinentem, absque licentia capituli, vel Prælati. XV. Eos, qui ordinantur sine patrimonio cum pacto non

peten

petendi ab Episcopo victū, & qui ordinantur ad præsentationem alicuius beneficiarij cum pacto nihil petendi ab eo. Hæc est Papalis: & comprehendit eum, qui ordinatur cum patrimonio promisso vel donato, cum pacto nihil petendi ab eo post ordinationem, non tamen eum, qui post ordinationem remittit vel retrodonat ius, vel patrimonium, dummodò non præcesserit pactum ante ordinationem. numero 157.

XVI. Episcopum ordinantem absque titulo clericum religiosum ordinis, in quo solùm fit temporale votum religionis. Ibidem.

SVSVRRATIO, *Est inordinata significatio mali culpæ alienæ, vel pœnæ, vel defectus naturæ, alteri facta ob separandam amicitiam.* Quæ si fuerit notabilis in læsionem bonorum amicitiæ est mortalis: & talis susurrator, non est absoluendus, nisi illos reconciliet, vel damnis inde secutis satisfaciat vel saltem firmè proponat se id facturum cap. 18. num. 13.

Minuere per inordinatam significationem de amicitia duorum, vt alter cum alio contrahat amicitiam, cum quo sine tali diminutione non poterat amicus fieri, non est peccatum. Minuere autem amicitiam duorum, nullam inter eos inducés inimicitiam,

solùm est veniale: secus si talis diminutio esset notabilis. cap. 18. num. 14.

TABELLIO.

TABELLIO, qui constituto sibi publico stipendio, accipit maius debito, etiam sponte datum, peccat mortaliter. Item accipiens aliquid pro litteris ordinatorum, si aliàs habet stipendium publicum. cap. 25. num. 54.

Tenetur restituere id, quod accepit vltra suum stipendium taxatum: cum hac limitatione, si repetatur saltem extra iudicium. cap. 17. num. 33. 34.

Peccat mort. faciens scripturam simulatam, quæ in superficie apparet iusta. Non tenetur restituere pretium pro confecta scriptura vsuraria. cap. 17. num. 276. Instrumentum à tabellione metu mortis factum, rescindendum est. cap. 22. num. 51.

Peccat scienter conficiens instrumentum de contractu vsurario. cap. 25. num. 61. & conficiens instrumentum falsum, vel occultans instrumentum necessarium parti. num. 53. Et conficiens in die festo absque necessitate instrumentum, quod in alium diem commodè posset differri. num. 54.

TACTVS Impudici inter viros & fœminas reginarum mensis assistentes, vel choreas

reas ducentes sunt mortales & non sunt absoluendi, nisi firmiter proponant se abstenturos ab eis. cap. 3. num. 5. lit. K. Nou. num. 22. 23. 24.

Tangentes se mutuò iuxta morem patriæ, sed ob prauam consuetudinem peccantes, non sunt absoluendi, nisi concurrant quatuor conditiones relatæ. cap. 3. num. 3. lit. E. Nou. num. 15. Et in hoc comp. tit. Absolutio. I. lit. C.

Iocosè, sine malo fine, & sine aspectu, aut tactu partium impudicarum, tangere mammillas honestæ fœminæ, ducere eam per manum, aut brachium, premere manum, vellicare, brachium torquere, pedem eius suo contingere, osculari, vbi est talis consuetudo, non est mortale, nec præbet occacasionem peccandi mort. cap. 14. num. 31. §. 19. lit. I. Nou. num. 42.

De tactibus impudicis sponsorum de futuro, aut cuiusuis maris & fœminæ, aut coniugatorum cum periculo pollutionis, vide tit. Luxuria.

TAVRORVM
Agitatio.

PER Pium V. edita fuit extrauagans circa agitationem Taurorum in qua,

Quibusuis principibus Christianis, & communitatibus, seu rebus publicis præcipit sub pœna excommunicationis ipso facto, ne in suis prouinciis, terris, ciuitatibus, oppidis spectacula, vbi taurorum aliarumq; ferarum & bestiarum agitationes exercentur, fieri permittant; militibus quoque, cæterisq; aliis personis, ne cum tauris, & aliis bestiis, in præfatis spectaculis ipsis tam pedestres quàm equestres congredi audeãt interdicit. Quòd si quis ibi mortuus fuerit, careat Ecclesiastica sepultura. Clericis quoque tã regularibus quàm sæcularibus beneficia Ecclesiastica obtinentibus, vel in sacris ordinibus constitutis sub excommunicationis pœna in eisdem spectaculis interfit. similiter prohibet, annullatque omnia vota, & iuramenta facta, vel facienda de taurorum agitatione. Denique mandat omnibus principibus, & Baronibus Ecclesiæ Romanæ feudatariis sub pœna priuationis huiusmodi feudorum, reliquos verò principes Christianos hortatur in domino, & in virtute sanctæ obedientiæ mandat, vt in suis terris hæc faciant obseruari. Patriarchis autem, Archiepiscopis, & Episcopis, & locorum Ordinariis in virtute sanctæ obedientiæ, sub obtestatione diuini Iudicij, & interminatione maledictionis æternæ mãdat, vt in suis diœcesibus has litteras sufficienter faciant publicari, & etiã sub pœnis & censuris Ecclesiasticis obseruari curent.

Quæ

Quæ lex potest limitari, ne procedat, quando in agitatione taurorum, vel aliarum ferarum, ita moderata, vt probabiliter credi possit, quòd cessabunt notabilia nocumenta personalia, mortis, vulnerum, & id genus. Quoniam fines, qui mouerunt Pium V. fuerunt hæc inconuenientia: & cessante fine legis, cessat eius dispositio. Sed longè melius esset vti aliis ludis ad hilarandum populum. Verumtamen etiam ante Pium V. erat damnandum studium, quo aliqui magnates quærebant ferocissimos tauros, qui antea in circis agitati aliquos occidissent. cap. 15. num. 18. vsque ad num. 22.

Sed aduertas, obsecro lector, quòd Gregorius XIII. ad instantiam Philippi II. Regis Catholici, limitauit prædictum motum proprium, tollens excommunicationis aliarumque censurarum Ecclesiasticarum pœnas in regnis Hispaniæ, quoad laicos, fratres, milites tantùm quarumcumque militiarum etiam præceptoriarum, & beneficia ipsarum militiarum obtinentes, dummodò dicti fratres non sint sacris ordinibus initiati, & agitationes taurorum festis diebus non fiant. Huius extrauagantis non meminit auctor, fortè quia non venit ad eius notitiam.

TENTARE.

NE vincat tentatio aliquando necessarium est considerare nouissima. Præl.4. num.19.

Peccat qui tentat Deum, sumens feruentem aquam, ferrum candens, vt se purget à suspicione falsi criminis. capite 11. numero 40.

De eo qui se exponit periculo mortis aut martyrio temerariè: aut nolens sumere medicamenta, vide tit. Martyrium.

Peccat mortaliter, qui facit aliquid animo experiendi diuinam potentiam, vel pietatem & cæt. vt qui vult concionari nulla præuia meditatione citra necessitatem. cap. 11. num.41.

TESTAMENTVM metu factum non valet. Præl.6.num.8. Et factum metu mortis rescindendum est.cap.22.num.51. Et per blanditias mariti, ab vxore factum valet. Præl.6.num.8.

De coniuge adultera an possit filiũ suum spurium vocare legitimum in testamento, vide Adulterium.

Parentibus & filiis carens debet bona cognatis extremè indigentibus relinquere.cap.26. num.36.

Qui

Qui in Castella filium minùs dignum meliorat in tertio, non peccat. num.37. Et pater qui in testamento distribuit bona filiis, non tenetur legibus iustitiæ distributiuæ.num.57.

Peccat executor non soluens debita, & inter debita computantur debita defuncti: item si non soluat legata testamenti. cap. 25.num.65.

TESTIS.

TENETVR testificari etiam sponte, si scit suo testimonio posse liberare damnatum iniustæ mortis vel infamiæ pœna.cap. 15. num.17.

Non tamen tenetur ad testimonium ferendum,quo aliquis condemnetur,nisi quãdo iuridicè fuerit constrictus,etiam si accusatori periculum immineret : nisi quando accusator ideo accusat, quia tenetur in cõscientia.num.17.

Peccat si sciens testimonium sùum esse necessarium, se excusat fingens partem aduersam sibi inimicam, vel latens seu absentans se, ne testificetur. cap.25. num.41.

Qui non se offert, quando alius extremè indiget suo testimonio, peccat : non tamen tenetur restituere.Secus si iussus non testifi-

cetur, & propterea aliquis suum ius amittat. num. 44. An verò in aliis casibus teneatur restituere, vide infra eod. tit.

Quando non tenetur ad testificandum, debet dicere iudici se ad respondendum non teneri interrogatis. Quòd si iudex voluerit cogere illum, debet appellare, si non timeat iudicem in eum sæuiturum: & si hoc timeat, potest respondere se nihil scire, scilicet, quod teneatur dicere. cap. 18. numer. 61. & cap. 25. numer. 43. 47.

Qui falsò testificatus est contra aliquem, ob quod ille est in periculo mortis, debet testimonium reuocare etiam cum periculo vitæ propriæ. capite 15. numer. 17.

Tenetur restituere acceptum ob testimonium, quod tenebatur offerre. cap. 17. n. 34. §. 1. & debet restituere danti. cap. 25. nu. 45. Si verò accepit vt testificetur falsum, peccat quidem grauiùs, sed non tenetur restituere acceptum, sed tamen damnum inde illatum. cap. 17. num. & cap. 25. num. 45. Potest tamen accipere impensas factas in itinere, & mercedem dierum quibus se occupauit in eo, & damnum emergens, & lucrum cessans. cap. 25. num. 45.

Testis, cui semiplena probatione præcedenti præcipitur à iudice, vt veniat ad testificandum,

candum, tenetur testificari, licèt non præmittat admonitionem Euangelicam, nec probare possit.cap.17. num. 135.

Qui absque causa non paret iudici præcipienti, vt testificetur, aut denunciet talia crimina,vel delicta;peccat.c.25.n.46.Causę ab hoc excusantes sunt. I. Peccatum occultũ,& peccator iam emendatus,aut sola correctione fraterna emendabilis probabiliter: & præmittenda est correctio, etiãsi contrarium præcipiatur. II. Defectus probationis peccati denunciandi.III. Quòd à talibus & taliter audiuit, vt ob id moueri non debeat. Aut denunciaturus talis esset, vt ob denunciationẽ notaretur leuis,aut suo testimonio moueret Iudicẽ plus iusto. IV. Quoniã ille à quo ipse audiuit,iam denunciauit.V.Nosse eum qui furatus est, vel tenet, illud retinere in recompensationẽ alterius tanti, vel pluris sibi debiti. VI. Quòd per solam Sacramentalem confessionem nouit. VII. Quòd per solam consultationem secretam pro consilio habendo nouit.ibid.

Tenetur aliquando restituere testis, qui iuridicè interrogatus à iudice competenti de aliquo furto,sciens tacet.vide Restitutio II. regulariter nemo tenetur se offerre in testem.num.48.

Regulariter non debent admitti ascendentes

cendentes contra descendentes, nec è contra, nec vxor, nec maritus: nec libertus contra patronum. num. 48. Possunt tamen regulariter cogi in defectu aliorum testium.num.49.

Excusatur tamen, qui timet ex testimonio sibi aliquod magnum damnum euenturum. num. 50. Testis inhabilis tunc solùm est admittendus, quando non reperitur alius idoneus, nec solet interuenire communiter in huiusmodi factis. ibid.

In causa tamen hæresis non solùm reliqui omnes sed etiam filius tenetur testificari contra patrem. Nec excusat resipiscentia delinquentis. cap. 18. num. 58.cap. 25.num. 50. Nec est seruandus ordo correptionis.cap.24.num.12.13.

Qui legitimè interrogatus in iudicio, negat veritatem de crimine merente confiscationem bonorum; propter quod testimonium reus absoluitur, non tenetur restituere fisco, quod ad eum perueniret, si reus damnaretur.cap.25.num. 51.

Testatus aliquid pro affirmante illud esse verum, non tenetur restituere, quod propter id condemnatus soluit, si affirmans esset tantæ auctoritatis, cui meritò posset credi.cap.18.num.1.

Metus mortis, quo testis falsum testificatur,

ficatur, infirmat testimonium, & excusat testem falsum saltem à pœna ordinaria. cap. 22. num. 51.

Possumus adhibere fidem vni testi fideli, id est, fide digno, sed non tenemur. n. 82.

Testis vnus sufficit ad impediendum matrimonium nondum contractum. num. 83.

Ad probandam simoniacam confidentiam sufficiunt testes singulares. c. 23. num. 111.

Denuntiator habet locum vnius testis. c. 25. num. 33.

Peccat mort. qui in iudicio affirmat quod scit falsum, vel dubitat esse verum, & tenetur restituere. num. 40.

Timor iustus excusat à testificando, non tamen à testificando falsum. Ibidem.

Qui bona fide testificatus est, & postea scit erasse, tenetur postea suum dictum reuocare, si reuocatio possit prodesse: potest autem prodesse si statim se corrigat, imò etiã ex interuallo saltem ad debilitandum primum dictũ: iste enim desinit esse testis omni exceptione maior: imò aliquãdo creditur secũdo dicto, & non primo: vt quando attentis circunstantiis præsumitur reuocasse primum testimonium, non per subornationem, sed stimulo conscientiæ. c. 25. num. 40. Si propter magnam negligentiam testificatur falsum, peccat mort. & tenetur restituere. num. 40.

de te

de teſte qui tenetur reſtituere, vide etiã tit. damnum.§.de participante in damno dato.

THESAVRVS *eſt pecunia ſub terra vel alibi abſcondita, vetuſtiori tempore, cuius Dominus ignoratur, & de eius occultatione nulla eſt memoria.* cap.17. num.172. Vide Reſtitutio.quoad inuenta.

TITVLVS, licèt malus, aliquando tamen ſufficit ad validitatem abſolutionis. ca. 9. n.8. & 11.

Si præceſſit titulus bonus, & omiſſio talis tituli non eſt notoria, abſolutio data virtute talis poteſtatis valida eſt. ibidem.

Titulus, quo aliquid ob maleficium datur, eſt ipſo iure nullus. cap.17.num.31.

TONSVRA.

LICET inſigniri prima tonſura ſine animo vlterius aſcendendi. cap. 25.n.108.

Peccat mort. ſacris initiatus non deferés tonſuram, idem de monacho: ſecus de clerico in minoribus conſtituto. Nouo cap.25. num.110.§.33.vide tit. clericus lit.C.

TORNEAMENTVM. Vide Haſtiludium.

TRANSACTIO non valet in foro cõſcientiæ, ſi non fiat liberè, quamuis metus non ſit tantus,vt ſufficiat ad eam inualidandam in

dam in foro exteriori. cap. 17. num. 4.

TRIBVTVM, vide vectigal.

TRIREMIS. Remigantes in triremibus Turcarum contra Christianos, etiam si id faciant metu mortis, peccant mort. non tamen incurrunt octauam excommunicationem bullæ cœnæ. cap. 27. num. 63. vide tit. Excommunicatio. VI. §. 1.

TVTELA. Tutor est, qui præficitur pupillo, minori duodecim annorũ, si est fœmina: & quatuordecim, si est vir; ad protegendã eius personã & bona. Curator præficitur minori viginti quinque annorum: & etiam furioso, vel prodigo in administrandis eius bonis: & vterque debet iurare se rectè functuros suo officio. c. 25. num. 66.

Peccat tutor non conseruans & defendens bona pupilli, & qui bona infructifera non conuertit in bona fructifera, cum obligatione restituendi, & qui notabiliter est negligens circa bona pupilli educationem in moribus. ibid.

Et qui dedit bona pupilli ad lucrum iniustum cum obligatione restituendi, si pupillus non restituerit: potest tamen secretò accipere ex bonis pupilli. num. 6. & 7.

Mulier post secundas nuptias, vel post stuprum fungens tutela, peccat. ibidem.

TYRAN

TYRANNVS.

NON peccat qui petit à tyranno administrationem iustitiæ, vel beneficium, vel gratiam aliquam honestam. cap. 14. num. 31. lit. H. Nouo num. 41. Licet optare mortem tyranno, quando non est aliud remedium. cap. 15. num. 10.

VANA GLORIA.

VANA gloria *est vitium inclinãs ad inordinatum appetitum gloriæ.* Cuius filię sunt Iactantia, Inuentio nouitatum Hypocrisis, Pertinacia, Discordia, Contentio, & Inobedientia. c. 23. n. 10. & 11.

Præsumptio *est vitium inclinans ad appetitum inordinatum eorum, quæ vires vel merita excedunt.* Ambitio est *inclinans ad inordinatum appetitum honoris.* Ibidem.

Peccat mort. qui appetit gloriam, vel laudem, de aliquo peccato mortali. nu. 12. & 15. Et qui laudat se, vel alium de re mortaliter mala, vera, vel falsa. Idem de eo, qui falsò laudatus, aduertens inde damnum aliquod notabile sequuturum, nõ contradicit saltem quantùm ad obuiandum damnum oportet. num. 13.

Non

Non est peccatum audire sine contradictione laudem falsam, dummodò non delectetur de eo, in quantùm falsa. Qui verò res principaliter institutas in honorem Dei, & salutem animarum, facit principaliùs ob vanam gloriam, tantùm peccat venialiter, & non peccat faciendo illa principaliter ob Deum, & secundariò ob laudem humanam, relatam in bonum finem. c. 23. n. 13.

VECTIGAL.

QVI non soluit iusta tributa, tenetur restituere. Quod planè procedit in iuribus debitis ob prædia, vel alia ad eorum statum pertinentia, vel alia via iustè impositis cum intentione obligandi ad mortal. vel ob contractus locationis, vel alios, & etiam quando per aliam legem iustam imponuntur, nisi habuerint tacitam intentionem, vel expressam impediendi obligationem ad culpam mortalem per impositionem pœnæ temporalis, c. 17. num. 200.

Qui absque auctoritate Papæ, vel Regis imponit subditis aliquod tributum, vel exigit apertè illicitum tenetur restituere. Idem si dubitat an sint licita, & sponte ad id se offert, secus si iussu Superioris faciat.

De gabellis quas sisas vocant, vide in tit.

Excom

Excommunicatio. VI. §. 1.

Tenentur Episcopi sub mort. monere laicos gubernatores, petentes à personis Ecclesiasticis prædicta tributa, peccare mortaliter, & esse excommunicatos. cap. 17. n. 202.

Quando lex obligans pro tributis soluendis extenditur ad pœnam temporalem, non obligat ad mortale: secus si sit purè præceptum. cap. 17. num. 20. & cap. 23. num. 40. & 59. vide tit. lex.

Qui extra regnum portat vetita, non peccat mort. secus si se à custodibus defẽdat vi & armis, ne sibi auferant. Si tamen se defendat fuga, & blandis verbis, vel alio modo licito, non peccat. cap. 23. num. 61.

An verò vectigalia, quæ ex granis in forum portatis exiguntur à laicis, & clericis, licitè soluantur à clericis, relinquendum est his, qui perfectè norunt huius tributi conditiones. cap. 17. n. 202.

Portitoria non sunt soluenda de his quæ portãtur ad suam suorũque sustentationem, nisi consuetudo adsit in contrarium. ibid.

Qui non manifestat gabellã, quam debet quando interuenit iuramentum, vel eius cõscientię remittitur à publicano, tenetur restituere, sed non iurare, quia satisfacit dicendo se paratum soluere quæcũque se debere publicanus commonstrauerit. c. 17. num. 202.

VENATIO, PISCATIO & Aucupium.

QVI iniustè prohibuit venationem, piscationem, vel aucupium, peccat,& tenetur restituere lucrum, quod verisimiliter impediuit. Quinque autem conditiones requirũtur,vt quis iustè possit prohibere.c.17. n.120. Quas vide in hoc comp. Restitutio II.§. De impediente bonum alienum.

Vtrùm verò huiusmodi lex obliget ad mort. vide tit. lex.I.

Non licet occidere, vel mutilare venantes in locis prohibitis, saltem pro prima vice. num.121.

Iuratus,vel fide adstrictus custos venationis, vel piscationis prohibitæ, peccat si non fideliter seruat, nisi sciret contrà facientes feciſſe tali necessitate compulsos, quæ eos à peccato excuset,vel esse consanguineos aut amicos Domini,ita vt credat Domino gratum futurum. num.122.123.

De custode abscondente se vt ingredientes corripiat ad maiorem cautelam. vide Custos.

Iustè prohibentur venationes certarum ferarum certis tẽporibus, & ne talibus arti-

bus venandi quis vtatur: qui tamen contra tales prohibitiones venantur, non tenentur quod venati sunt restituere, nisi post iudicis condemnationem. c.17.num.124.

Qui profectus ad venandum, permittit quòd sui canes noceant alienis auibus domesticis, vt gallinis, anatibus, & similibus, vel quòd equi & famuli notabile detrimentum inferant prædiis, aut saris, per quæ trãseunt, tenetur restituere. num.125.

Magnates, qui prohibent, ne feræ palantes, quæ non sunt inclusæ, occidantur à Dominis prædiorum, quibus nocent, peccant, quamuis habeant propositum restituendi: & quamuis de facto restituant, quia dãnificant rem proximi ipso inuito. Ibid.

Qui includit animalia aliena domestica etiam fugitiua, vt accipiat eorum lanam, vel oua, tenetur restituere. Idem de accipiente aues, vel animalia, quæ abeunt, & redeunt, si id faciant, priusquã amiserint redeundi consuetudinem, quam amisisse videntur cùm ad horas & dies consuetos bis desinunt redire. c.17.n.128.

Apes vel examina antequam in alueariis includantur, & alienæ aues ex alienis arboribus acceptæ, fiunt accipientis. n.129.

Fera, vel auis capta in alieno laqueo, fit inuenientis & accipientis: nisi contraria vi-

geat

geat consuetudo. num. 176.

Qui in locis vetitis venantur, vel piscantur, vel ligna cædunt, aut prata depascunt, solam legem humanam, vel Ecclesiasticam, vel sæcularem pœnalem, vel non pœnalem, violant: vnde sicut importantes vetita non peccant mort. sic etiam dicendum est de his. c. 23. n. 59. & 60.

De Societate facta cum nautis ad piscandum, vide tit. Societas.

VEXATIONEM alienam redimere vel propriam licitum est. cap. 12. num. 14. Dummodo vexatio sit iniusta. cap. 17. numer. 237.

VIDVA realiter fornicata, non potest retinere bona sibi à marito relicta ea conditione, vt castè viuat. cap. 23. num. 62. & ca. 25. n. 65. Secus si relicta fuerunt ei ea conditione vt non nuberet. Atque idem est de marito. c. 25. num. 65.

VINDICTA, peccat qui propria auctoritate vlciscitur iniurias, quamuis non possit vlcisci per ministros Iustitiæ. c. 14. n. 114.

Poterit tamen vulneratus persequi fugiẽtem percussorem, & pereutere, quantum ad sui honoris defensionem fuerit necessarium: quando si id non faceret, magnam pateretur iniuriam, & sui honoris iacturam. cap. 15. num. 3.

VIRGINITAS: De eius circumstantia tam in fœmina quàm in viro vide tit. circumstantia, & luxuria. Item de virgine vi defforata, aut quomodo se defendet, vide tit. luxutia.

VISITATIO: Prælatorum censuræ in mandatis visitationum latæ non sunt à iure sed ab homine. c.27. n.2.

VITA hac perpetuò viuere volens, peccat mort. cap. 11. num. 16. & cap. 23. numer. 114.

VNCTIO EXTREMA.

EST *Sacramentum quo presbyter vngit certas corporis partes infirmi probabiliter periclitantis, oleo consecrato, certaque verba proferendo.* cap. 22. num. 12. Eius materia est oleum oliuarum per Episcopum consecratum. Forma est, *per istam sanctam vnctionem, & per suam misericordiam indulgeat tibi Deus, quicquid peccasti per visum &c.* iuxta varietatem partium, quæ vnguntur, explicandus est earum vsus. Et posset Ecclesia instituere alia verba æquipollentia his, quibus modo vtitur. Atque actus vngendi debet fieri durante prolatione verborum. Eius minister est presbyter. n. 12. 13. 15.

Tan

Tantummodò est conferenda infirmis, & requirit probabile periculum mortis. Potest dari infirmo amenti, vel phrenetico cessante irreuerentia, si anteà illud petiit tacitè; vel expressè, vel si meminisset, petiisset, vel si in mortali notorio non insaniuit. Potest administrari sub conditione, si dubitatur infirmum esse mortuum. Quòd si post inceptam vnctionem moriatur, nō est vltra progrediendum. nu. 12. 13. 14.

Non est conferenda damnatis ad mortem, neque in aliquo periculo mortis etiam præsentissimo existentibus. num. 13.

Hoc Sacramentum principaliter est institutum ad remissionem venialium: remittuntur etiam per illud mortalia, si adsit attritio, vnde potest facere de attrito contritum. num. 13.

Peccat mortaliter ægrotus, qui in articulo mortis per contemptum non petit hoc Sacramentum. Idem si non petit filio, vel alteri suæ curæ commisso. nu. 16. Idem de eo qui recipit illud in mort. sine confessione vel saltem attritione tali, quòd per virtutem Sacramenti reddatur contritus. c. 22. n. 16.

Concilium Tridentinum circa hoc Sacramentum definiuit sub anathemate hæc sequentia.

1. *Quòd extrema vnctio est verè, & propriè*

Sacramentum, à Domino noſtro Ieſu Chriſto inſtitutum, & promulgatum à Iacobo Apoſtolo. II. *Quòd confert gratiam ſicut alia Sacramenta.* III. *Quòd remittit peccata, & alleuiat infirmum, & quòd non ceſſat, neque ceſſauit, neque olim fuit quaſi tantùm gratia curationum.* IV. *Quòd ritus eius, quem obſeruat Eccleſia Romana, non repugnat ſententiæ Iacobi Apoſtoli: atque ideo non poteſt iuſtè mutari, aut contemni.* V. *Quòd Apoſtolus Iacobus per presbyteros intellexit tantùm Sacerdotes, & non ſeniores populi.* VI. *Ideóque non poſſe hoc Sacramentum per alios quàm per epiſcopos, & Sacerdotes miniſtrari.* cap. 22. nu. 1.

VOLVNTARIVM, & inuoluntarium.

DIcitur directè, ac per ſe, vt cùm volumus illud: indirectè ac per ſe, vt cùm volumus id quod ſequitur ex eo quod volumus: indirectè ac per accidens, vt cùm poſſumus, & debemus aliquid velle, vel dicere, vel facere, & nolumus dicere, aut facere. Sicut in ſubmerſione Nauis volita à nauclero, dicuntur etiam volita omnia alia, quæ potuit impedire, & non impediuit. Præl. 7. num. 12. in Antiq.

Defe

Defectus voluntarij excusat à mortali in omni materia. Præl. 9. num. 10.

Voluntarium quod in semidormiente reperitur non sufficit ad mortale. Idem in seniebrio. Præl. 9. num. 10. de inuolunt. vide tit. metus. pag. 438.

VOTVM I. IN SE

quantùm ad essentiam.

VOtum *est promissio deliberatè Deo facta de aliquo bono maiori à Superiore non reuocata.* cap. 12. num. 24. Atque omne votum fit Deo expressè vel tacitè. Et sufficit ad illud illa deliberatio, quæ sufficit ad mortale. num. 24. 26. Solum autem propositum faciendi aliquod bonum non est votum. numer. 26.

Promittens Petro se non lusurum cum Ioanne non vouet. num. 25. Neque abrenuntiatio quæ fit in Baptismo est votum. nu. 31. Neque id quod fit animo non se obligandi, est verum votum. num. 38. Bonum opus ex voto factum, est magis meritorium quàm aliud ex voto non factum.

VOTVM II.

Quoad materiam.

VOtum de re mala factum non est votum.cap.12.num.25. Potest fieri de materia aliàs prohibita.Quòd si violetur,committitur duplex peccatum, necessariò confitendum.num.25.

Votum faciendi, vel omittendi aliquid, cuius contrarium secundùm se est melius, non valet. Neque factum de non faciendo aliqua consilia Christi; imò qui tale vouet, peccat.num.25.& 29.

Peccat mort. qui vouet se non facturum opus consilij, quamuis esset sub præcepto:& qui vouet se non facturum,quod est de consilio,eo tamen animo vt displiceat Deo tantùm,quantùm mortalia crimina ei displicere solent.num.35.

Votum de faciendo aliquod mortale, est mortale, & de veniali est veniale. numero 28.

Votum de rebus necessariò euenturis non est votum.Ibidem.

Promissio de re indifferenti, vt indifferēs est, non est votum:vt votum de non eundo in Sabbato in honorem B.Virginis, vel de non eundo in Genuensem ciuitatem, aut

de non

de non ingrediendo talem domum, &c. absolutè, & simpliciter sumptum non est votum,nisi adsit aliqua circumstantia bona,videlicet non nere in Sabbato,vt reciter plura rosaria, adire Genuam, vt veneretur & honoret Christi imaginem, quam Veronicam appellant.non ingredi talem domum,ne patiatur peccati scandalum:tunc enim huiusmodi vota cum his circumstantiis bona sunt,& valida.cap.12.num.28.

Votum factum ex causa mala impulsiua, valet.num.30.

Votum factum de aliqua pœna, si commiserit homo tale, vel tale peccatum,valet. num.31.& 43.

Votum factum se nudum peregrinaturum,inhonestum est,nec seruandum. nu.39.

Votum ducendi vxorem,de se non est validum;secus in homine fragili,num.43.§.14.

Votum de non reddendo, vel non petendo debitum, factum sine licentia alterius coniugis,illicitum est.num.60.

Votum numquam peccandi venialiter, non valet: & votum numquam peccandi mort.vel non valet,vel facilè debet relaxari. num.65.

Votum non committendi tale, vel tale veniale, & tale vel tale mortale, valet. ibidem.

Qui vouet absolutè religiosum esse, solùm vouet ingressum.additum Nou.cap.12. num.47.49.

VOTVM III.

Quoad obligationem.

QVi emisit votum non ingrediendi talem domum, ad euitãdam occasionem peccati, cessante occasione, non obligatur voto.cap.12.num.28.

Votum ob malum finem factum, non obligat.num.30.

Votum filiorum familiàs à parentibus irritatum,vel votum religiosorum à suis prælatis irritatum non obligat.num.25.

Votum de se obligat sub mortali.nu.26. Solum propositum faciendi aliquid, non est votum, nec obligat etiam si quis induat habitum religionis.num.26.corol.6.

Votum factum sine animo adimplendi, validum est & obligatorium: secus si verbo tenus promitteret absque animo se obligandi.num.27.& 38.

Qui vouet animo se obligandi & non adimplendi,peccat,& qui non adimplet votum factum animo vouendi, & non adimplendi,bis peccat.num.38.

Votum

Votum ſolemne magis obligat quàm ſimplex: atque votum magis obligat quàm iuramentum.num.31.32.

Obligatio voti non tollitur,eo quòd non adimpleatur propter eius fractionem. n. 32.

Qui violat votum factum, de rebus aliàs præceptis, committit duplex peccatum. num.34.

Votum non committendi tale vel tale veniale, obligat ſub veniali:ſecus de mortali,quod quidem obligat ſub mort. n.65.

Violare votum factum de rebus aliàs præceptis,eſt circumſtantia neceſſariò confitenda, etiam ſi fuerit votum de non peccando in genere.num.34.

Votum factum de re, quæ ex natura ſua eſt contra conſilium, ſed ob aliquam circumſtantiam eſt bona,obligat.num.36.

Peccat qui vouet aliquid ſciens ſe non poſſe adimplere.num.38.

Non manet quis liber ab obligatione voti, propter illa omnia ſuperuenientia voto iam emiſſo, quæ ſi à principio accidiſſent, non remiſiſſet votum. num.39. & cap.18. num.9.

Qui violat votum, peccat toties quoties illud violat.cap.12.num.39.

Qui non poteſt adimplere votum in totum,tenetur in partem,quam poteſt. nu.39.

Votum

Votum peregrinandi ad Ierusalem, bufonem ore ferendo, valet, ac obligat quoad peregrinationem: non tamen quoad circumstantiam ferendi bufonem. num. 43.

Qui vouit castitatem, si contrahat, & consummet, tenetur nō petere debitum, & mortuo coniuge non contrahere. num. 39.

Quæ vouit virginitatem, & patitur se corrumpi, tenetur deinde seruare votum: secus si eo animo vouit, vt virginitate semel amissa non teneretur vlterius ad castitatem. nu. 43. §. 14.

Peccat, qui non implet votum tempore illo, pro quo vouit, vel statim, vel intra certum tempus. Quòd si nullum tempus præfiniuit, non peccat, quamdiu conscientia non remordet esse in mora. num. 41. cap. 12.

Peccat, qui faciens votum Conditionatum, impedit conditionem, & non adimplet. num. 42. 43.

Qui vouet aliquid, si præseruaretur ab aliquo peccato, & non præseruatur, tunc tenetur adimplere votum, quando non facit, quod feciſſet ad se præseruandum, vel quando peccat, ne teneatur voto. num. 42.

Vota pœnalia, & cōditionalia posita, conditione obligant. num. 43. §. 12. Et votum, de opere pio, si susceperit filium de concubina, obligat. §. 14.

Qui

Qui vouet non nubere,non vouet continentiam,& qui vouet continentiam,tenetur non contrahere matrimonium. nu.43.§.14.

Peccat mort.qui vouet ob malum finem. num.43.§.15.

Qui cõtra simplex votum castitatis contraxit matrimonium, tenetur ingredi religionem,antequam consummet.n.79.in fine.

Votum castitatis annexum ordini sacro obligat,licèt suscipiens ordinem,non habuerit propositum seruandi. num.50.& cap.22. nu.50.& quamuis habuisset propositum non se obligandi ad id, tamen ad id seruandum obligatur.cap.22.num.52.

Et si suscipiat ordinem per metum reuerentialem patris, posset aliquis doctus dicere,quòd non obligatur:& saltem hoc erit iusta causa ad dispensandum.num.51.

Votum ducendi vxorem de se non valet, neque obligat:secus in homine fragili.num. 43.§.14.cap.12.

De voto ingrediendi religionem non reformatam.vide tit.Religiosus II.

Qui vouet religionem, & non restringit votum ad hanc vel illam religionem, hoc vel illud monasterium: sed in genere,& absolutè vouet,si non recipiatur in vna vel altera,tenetur aliam quærere religionem, vel aliud monasterium. cap.12. num.46.§.16.

licet

licèt qui vouet, refutetur à Prouinciali, vel Generali, nisi iudicetur ineptus. in Nou. cap. 12. num. 62.

Qui vouit aliquam religionem, & non limitauit expresè vel tacitè, ad hoc vel illud monasterium; si non recipiatur in propinquis, seu finitimis cœnobiis, tenetur ad remotiora externáque loca proficisci, vbi sit aliqua spes, quòd recipietur. num. 48.

Qui existens in Hispania, vouet ingredi religionem fratrum minorum Conuentualium, quæ post aliquot dies abrogata fuit, in vniuersa Hispania non tenetur quærere monasterium, in quo recipiatur in locis vbi non est abrogata illa religio. cap. 27. num. 273.

Vouens certum monasterium, vel religionem, animo se obligandi ad continentiam, quamuis non admittatur, tenetur seruare continentiam: secus si caruit hac intentione, licèt vouisset perseuerare, vel profiteri: vnde si non admittatur, poterit vxorem ducere. cap. 12. num. 47.

Qui vouit religionem, peccat contrahendo: poterit tamen petere debitum. ibidem. Quòd si fornicetur, vel adulteretur, non faciet contra votum. num. 80. in fine.

Qui vouit initiari sacris, licèt peccet non adimplendo, non tamen tenetur ad officium diuinum: neque agit contra votum, si fornicetur.

cetur.num.47.Vnde qui vouit intra annum initiari sacris, si non initietur, non tenetur etiam elapso anno ad diuinum officium. ibidem.

Qui vouit solummodò ingressum religionis,satisfacit quidem voto, ac iuri communi,ingrediendo sine dolo, sed bona fide, vt experiatur, & probet vires suas. Quòd si illa vitæ ratio ei displiceat, poterit si libeat intra annum probationis exire,eo solo quòd modus ille viuendi ei non placuit. numer. 47.§.4.

Quòd si vouit perseuerantiam,& professionem, non poterit liberè exire intra annum probationis:quamuis ei modus viuendi displiceat,nisi post dispensationem impetratam,ex causa,quæ viro prudenti videatur iusta.Ibidem.

Qui autem absolutè vouit esse religiosum, solum vouit ingressum. Nou.num.47. & 49.

Qui vouit strictiorem religionem, & laxiorem ingreditur,peccat, sed post professionem nō tenetur strictiorem intrare,anteà verò sic.cap.12.num.48.

Qui vouit religionem, si in nulla recipiatur,potest vxorem ducere.num.48.

Ingressus religionis tunc nō requirit longum consilium, quando non sunt specialia impe

impedimenta scilicet morbus, debita, &c. num.49.

Votum factum ob metum ab intrinseco illatum, obligat, secus si metus sit ab extrinseco.num.52.

Votum pueri factum per metum reuerentialem de ingredienda religione est nullum, etiam in foro exteriori.cap.22.nu.51.

Qui vouit perseuerare in religione aliqua de laxioribus, tenetur in ea perseuerare, nisi voluerit ad arctiorem transire. cap.12. num.53.

Qui vouit, dum vixerit, non bibere vinum, peccat mort.toties quoties bibit. Idem si promisit non bibere in tali die, peccat mortaliter toties quoties biberit in illo die. num.53.

Qui vouit aliquid pro certo tempore, si non facit, peccat, & tenetur post illud tempus facere, nisi quando is qui vouit, respexit principaliter ad diem, vel tempus.num.54.

Non est mortale pœnitere de voto facto. num.54.

Qui absque dispensatione non adimplet votum, dubitans an debeat implere, peccat. ibidem.

Qui vouit, quod per se ipsum adimplere non potest, nec curat per alium adimpleri, peccat in duobus casibus. primò quando votum

votum ipsum saltem tacitè ad id extenditur, vt votum opitulandi pugnantibus in terra sancta, extenditur ad ferendam opem per alium. Secundò, quando vouit id, quod nullo modo potest adimplere per se ipsum. Aliqui doctores addunt tertium, nempe, quando ex sua culpa factus est impotens ad adimplendum. Sed oppositum est verius. ibidem.

Hæres tenetur implere vota realia defuncti, non personalia: mixta verò partim tenetur partim non. num. 56.

Votum defuncti non obligat hæredem quoad obligationem personalem: sed ex vi contractus, & promissionis, vnde populus tenetur implere vota facta à suis prædecessoribus præterito tempore. num. 79.

Qui Castitatem vouit sine licentia alterius coniugis, eo mortuo tenetur seruare Castitatem. num. 60. Votum à coniuge factum, non vergens in præiudicium alterius, obligat: secus si vergat. num. 61.

Votum de peregrinando factum ab vxore sine licentia mariti, non obligat, si maritus repugnet, imò etiam emissum cum licentia, si postea contradicat ipse, non obligat: peccabit tamen contradicendo sine causa. ibidem.

Maritus non potest reuocare consensum

quem adhibuit in votum continentiæ vxoris.ibidem.

Vxor,quæ cùm esset soluta emisit aliqua vota,si iam nupta implere non possit absque præiudicio mariti, excusatur illo repugnante:eo tamen mortuo,tenetur adimplere.ibidem.

Votum succurrendi terræ sanctæ factum à marito cum licentia vxoris vel sine illa obligat. Idem si fiat ab vxore, & possit impleri sine periculo incontinentiæ. num. 62.

Vota religiosorum de materia non prohibita obligant,donec irritentur:licèt prælati,ea non approbauerint : & licèt religiosi sint impuberes. num.67. & 69.

Vota religiosorum de rebus à superioribus prohibitis aliàs tamen licitis, non obligant donec Superior approbauerit.num.67.

Vota religiosorum, vt non obligent,sufficit, quòd superior iubeat, ne faciant rem quam vouerunt, vel non sit factus certior de eo.num.69.

Vota religiosorum semper intelliguntur fieri cum hac conditione, scilicet,*si superior non contradixerit*:& ex cõsequenti:salua voluntate summi Pontificis, qui est supremus omnium antistes. maioreſt enim potestas Papæ quoad hoc erga religiosos quàm erga sæculares.cap.12. num.76.

Filius

Filius tenetur implere votum emissum à parente, implendum ab ipso filio, dummodo illud approbet animo se obligandi. num. 73.

Seruum obligant vota personalia, quæ non redundant in damnum domini. nu. 74.

Votum licitè potest non impleri, quando impletio est manifestè mala, inutilis, vel impeditiua maioris boni. num. 76.

Quid requiratur vt votum censeatur ratificatum, vide tit. Votum VI. de irritatione.

VOTVM IV.

Quis possit vouere.

SVBIECTVS aliquis non potest emittere votum validum in eis, in quibus subiicitur, absque eius cui subiectus est, consensu. cap. 12. num. 64.

Impuberes vtentes ratione possunt regulariter emittere quæcumque vota, siue realia siue personalia. num. 68.

Et licèt non possint se obligare voto solemni religionis, etiam consentiente patre: bene tamen voto simplici. ibidem.

Puberes possunt emittere vota personalia, & tenentur adimplere, etiam viuentibus parentibus vel tutoribus, dummodò non

contradicant gubernationi paternæ, vel tutoris, aliàs secus, nisi essent in subsidium terræ sanctæ, vel ex rebus Castrensibus, vel cũ consensu parentis. num. 70.

Vota realia à puberibus facta, valida sunt. ibidem.

Clericus beneficiarius, & non beneficiarius potest emittere omnia vota, sicut laicus; his exceptis, quæ grauiter præiudicant Ecclesiæ, vt longa peregrinatio. num. 74.

Religiosus non potest vouere aliquid sibi prohibitum, licèt ex genere suo bonum, sine conditione *si prælato placuerit*, nec rem non prohibitam absque hac conditione, *si Superior non contradixerit*. ibidem.

Neuter coniugum potest vouere continentiam sine consensu alterius. capit. 22. num. 19.

VOTVM V.

Quoad solennitatem.

VOTVM duplex est, vnum solemne, & alterum simplex. *Solemne est quod professione tacita, vel expressa religionis approbatæ, vel susceptione ordinis sacri celebratur.* cap. 12. num. 32. §. 13.

Votum

Votum ſimplex *eſt quodcunque aliud ſiue occultum ſiue publicum fuerit* num.32.§.13.

Vota facta in ſæculo, ipſo facto commutantur voto ſolemni religionis. num.65.

Votum ſolemne religionis amiſſum ab impubere, etiam conſentiente patre non valet.num.68.

VOTVM VI.

Quo ad irritationem.

IRRITATIO votorum non requirit cauſam.cap.12.num.63.

✠Votum de non petendo vel non reddendo debitum emiſſum ab vno coniuge, ſine conſenſu alterius, poteſt ab altero irritari. num. 60.

Maritus poteſt irritare vota facta ab vxore antequam nuberet ſi præiudicent marito. num.65.

Vota poſſunt irritare, pater, & eo mortuo, mater, maritus, vxor, Dominus, prælatus, tutor: diuerſimodè tamen: nam pater, mater, vel tutor poſſunt irritare in vniuerſum omnia vota tam, realia quàm perſonalia, emiſſa à non habente ætatem requiſitam ad contrahendum matrimonium. Si-

militer prælati possunt in vniuersum irritare omnia vota religiosorum: at verò pater, mater, vel tutor non possunt omnia vota emissa ab habente ætatem requisitam ad matrimonia irritare, si sint personalia, & illorum iuri non præiudicent, vt votum religionis, & castitatis, & hoc siue sint purè personalia, siue principaliter personalia, & accessoriè realia: possent tamen irritare, si essent realia, & personalia, quæ illis præiudicarent. nu. 64. & 70.

Papa potest irritare vota religiosorum. num. 76.

Prælatus non potest sine rationabili causa, irritare votũ subditi, ad quod ipse cõsensit, vel factum approbauit. irritatio tamen est valida. nu. 73.

Prælatus potest irritare votum subditi de non peccando tale vel tale peccatum, siue mortale siue veniale. numero 65. Non tamen potest irritare vota nouitiorum. ibidem.

Vt autem prælatus irritet votum religiosorum, requiritur quòd fiat certior de voto. Ibidem.

Votum irritatum non obligat, quamuis qui irritauit iterum de nouo consentiat. ibidem.

Vota irritata à marito, vxore, Domino,

no, parente tutore, curatore, non obligant, licèt vouentes liberentur à subiectione irritantium, nisi quando expressè vouerint se facturos, postquam essent liberi, num. 96.

Vota personalia emissa ab habente ætatem ad contrahendum matrimonium, non possunt irritari à parentibus, vt votum religionis vel continentiæ. num. 70. & vota realia possunt irritari vsque ad vigesimum quintum annum, si fiant ab habente ætatem ad contrahendum, dummodo principaliter pertineant ad rem familiarem: non enim possunt irritari quando accessoriè illam tangunt, & adiunguntur personalibus, quæ non possunt irritari, vt patet in voto professionis, quod transfert in monasterium bona profitentis. num. 70.

Pater vel tutor potest irritare votum professionis emissum ab eo, qui non habebat ætatem ad contrahendum: quæ irritatio fieri debet, antequam vouens perueniat ad prædictam ætatem. Hæc autem limitatio non requiritur in irritatione voti simplicis dummodò non fuerit ratificatum. num. 71.

Aduertendū tamen illud quod dicitur de voto solēni professione, nō habere locū post Tridentinum sess. 25. de regul. cap. 25. Quo-

niam huiusmodi votum est nullum. Irritatio autem supponit vinculum.

Vt votum censeatur ratificari, non satis est credere quod valet, nec velle adimplere: sed requiritur expressè velle, quòd in posterum valeat, quamuis antea non valuerit. num. 71.

Pater non potest irritare vota filij facta cum consensu patris. cap. 14. num. 17.

VOTVM VII.

Quoad commutationem.

COMMVTATIO quando fit ex rationabili causa, debet fieri in bonum æquale: quando verò sine illa, in melius. cap. 12. num. 63.

Causa sufficiens ad commutandum votum Castitatis, est fragilitas adimplendi. num. 78.

Commutans votum debet perpendere qualitatem vouentis, & expensas, quas facturus esset in adimplendo votum. numero 77.

Votum ieiunandi emissum à paupere, potest commutari in minus, quàm votum diuitis. ibidem.

Votum

Votum de eroganda eleemosyna alicui Ecclesiæ potest commutari etiam sine consensu Ecclesiæ. num. 78.

Quodcunque votum etiam Hierosolymitanum potest commutari in votum religionis.ibidem.

Quilibet simplex Sacerdos non poterit commutare votum in articulo mortis,licèt possit absoluere à quacumque voti fractione 79.

Qui verò potest tantùm commutare votum,non poterit cum illo dispensare:neque contra.num. 79.

Prælati inferiores Episcopi non habentes iurisdictionem quasi Episcopalem, non possunt commutare, vel dispensare, vota, nisi ex præscripto & priuilegio: possunt tamen prælati regulares, quoniam habent iurisdictionem quasi Episcopalem. num.75.

Qui recepit diploma Papæ concedentis facultatem commutandi,debet petere commutationem à Confessario. num.79.

Commutatio facta per bullam Cruciatę; fieri debet in vtilitatem Bullæ.ibidem.80.

Non potest quis auctoritate propria cõmutare votum etiam in melius, nisi manifestè constet illud esse gratius Deo, & consequenter neque Confessarius,nec alius,cui

non sit data facultas commutandi. in Nou. num.75.

Per Bullam cruciatæ possunt commutari vota emissa post eam. Nou. num.80.

VOTVM VIII.

Quo ad dispensationem.

A DESIDERIVM, & tentatio non adimplendi vota, non est sufficiens causa ad dispensandum. cap.12. num.11.

Votum religionis, vel peregrinandæ Hierosolymam, si tale peccatum cõmiserit, non potest ab Episcopo dispensari, nec post adimpletam conditionem, nec antea. Votũ autem non committendi tale peccatum sub pœna eundi Hierosolymam, ante impletam conditionem, vtrumque potest ab Episcopo dispensari. num. 43.

Qui vouit ingredi religionem, & perseuerare, debet in petenda dispensatione vtrũque exprimere. ibidem.

Peccat qui impetrat dispensationem voti ob causam falsam & iniustam. num.57.

B Dispensatio differt ab irritatione, & commutatione, nam irritatio non aliam causam postulat, quàm voluntatẽ illius, qui ad irritandum habet facultatem. Dispensatio verò causam

causam iustam,& rationabilẽ requirit,quoniam qui habet auctoritatem dispensandi, poterit omnino votum relaxare absque eo, quòd loco voti aliquid iniungat vouenti,& tunc tam vouens quàm qui dispensat,manẽt in conscientia securi. Commutatio autem, vel redẽptio voti, exigit, vt id, in quod votum est commutandum, vel redimendum, sit æquè bonum aut melius, quàm id quod vouit. Tunc autem æquè bonum exigitur, cùm ex causa rationabili commutatur. Tunc verò melius bonum exigitur, cùm sine causa, sed ex mera voluntate fit commutatio.num.63.

Causa quæ non est sufficiens omnino C
ad dispensandum, sufficiens esse potest ad partim commutandum, partim dispensandum.ibidem.

Sine iusta causa non potest Papa dispensare in voto, nec dispensatus erit securus. Præl.9.num.11.cap.12.nu.76.

Nullo voto,aut iuramento detrahi potest D
potestati Papæ, quominus cum iusta causa possit cum illo dispensare. num.67.76.

Causa, quæ impletionem voti reddit malam, inutilem, vel impeditiuam maioris boni, sufficiens est ad dispensandum. Causæ autem sufficientes ad dispensandum sunt leuitas in vouendo, imbecillitas ad impl.n

implendum, neceſſitas publica, & priuata, imò & vtilitas publica, & priuata, & alia, quæ arbitrio ſuperioris relinquenda ſunt. Si verò impedimentum implendi votum ſit temporale, non debet concedi diſpenſatio, ſed dilatio. num. 76. 77.

E Solus prælatus Eccleſiaſticus poteſt in voto diſpenſare. num. 64.

Qui tantùm poteſt diſpenſare, non poteſt commutare, neque è contra. num. 76.

Qui habet priuilegium commutandi votum, non poteſt diſpenſare neque irritare. num. 72.

F Qui vt impetraret diſpenſationẽ tranſeundi ex ordine mendicantium ad canonicos regulares, dimiſit habitum, & impetrauit diſpenſationem tacendo hoc, non eſt tutus. ibidem.

G Solus Papa, vel alius cum poteſtate eius poteſt diſpenſare in quinque votis perpetuæ continentiæ Religionis, Ieruſalem, Romæ, ac Compoſtellæ. Iſta quinque vota reſeruantur Papæ, ſaltem ex conſuetudine. vnde inferior, qui ſine licentia Papæ abſoluit ab iſtis, incurret in excommunicationem: non quidem quicumque inferior, ſed ſolus ille, qui prætextu conceſſionis confeſſionalium Sixti IV. abſoluit, vt habetur in extrauag. etſi Dominici. num. 75. Sed hæc

extra

extrauagans nunc nihil vel parum prodeſt, quoad contentum in ea principaliter, quia iam confeſſionalia illa deſierunt. cap. 27. num. 105.

In omnibus votis (exceptis quinque) poſſunt Epiſcopi, vel iuriſdictionem epiſcopalem habentes diſpenſare. Prælati verò inferiores, nō. Votum autem ſolemne Continentiæ, Religionis, diſpenſari poteſt à Papa, ſi adſit vrgentiſſima cauſa. Solus verò Papa poteſt diſpenſare in voto continentiæ emiſſo per ſuſceptionem ordinis ſacri. cap. 12. num. 75. H

Epiſcopus non poteſt diſpenſare in voto ſimplici perpetuæ continentiæ, niſi eſſet magnum periculum incontinentiæ, & non eſſet recurſus ad Papam. num. 76. Poterit tamen diſpenſare in voto temporali continentiæ, & etiam in voto non nubendi. ibidem.

Votum de danda Eleemoſyna alicui Eccleſiæ, diſpenſari poteſt, etiam ſine conſenſu eccleſiæ cui danda eſt. cap. 12. num. 78. I

Quilibet ſimplex Sacerdos non poterit in voto diſpenſare in articulo mortis. numero 79.

Confeſſarij præſentati ordinis minorum, & qui participant eorum priuilegia, poſſunt diſpenſare in omnibus votis, in quibus

Epiſco

Episcopi. Præterquam in voto peregrinationis vltra duas diætas. Qui autem recipit diploma Papæ concedentis facultatem ad dispensandum; debet petere dispensationem à Confessario.ibidem.

L Episcopus concedendo absolutionem à suis casibus, & censuris, non videtur concedere dispensationem votorum. in quibus ipse potest dispensare.cap.27,num.255.

VSVRA I.

In se.

A VSura prout in materia morali sumitur, significat *lucrum proueniens ex contractu mutui*.cap.17.num.206.

Dicere vsuram non esse peccatum,est hæreticum.num.207.

Vsura est prohibita iure naturali, & diuino veteris & noui Testamenti, & humano. ibidem.

B Vsura est duplex,mentalis tantùm: mentalis & realis. Atque vsura quidem mentalis differt à peccato mentali vsuræ. hoc enim non obligat ad restitutionem.num.208. Illa verò obligat.num.214.& clariùs explicatur. num.243.§.98.

C Intentio principalis lucrandi ex mutuo suffi

sufficit ad constituendam vsuram, etiam sine pacto expresso, vel tacito, non tamen sufficit minùs principalis. num. 209. Qui iurauit soluere vsuras tenetur intra statutum diem soluere, vel petere absolutionem iuramenti. num. 246. §. 109.

Promissio soluendi vsuras non valet. D ibidem.

Soluens vsuras non consentiens peccato vsurarij. Atque petere sub vsuris à nolente mutuare gratis licitum est, imò & accipere. num. 247.

Sed peccat qui inducit alium, vt sibi det ad vsuram: secus si peteret à parato, vel petit ab aliquo mutuum simpliciter, & quia non vult gratis mutuare, accipit sub vsuris. num. 262. & cap. 21. num. 25.

Indigens extremè, licitè potest inducere ad sibi mutuandum sub vsuris nolentem aliter mutuare, quia hoc est consulere minus malum. cap. 17. num. 263.

Qui verò petit mutuum ab vsurario, absque necessitate, peccat, secus si petat ex necessitate. E cap. 14. numero 27. Ratio huius differentiæ est, quia qui petit ob necessitatem ab vsurario parato, vt sibi mutuet sub vsuris, non petit ab eo rem malam, quamuis peccandi materiam offerat: qui autem petit extra necessitatem, petit rem malam.

malam. quod alio exemplo declaratur. qui petit ab infideli, vt sibi promissa iuramento firmet, non peccat, licèt sciat illum iuraturum fore per suos falsos Deos. qui autem peteret ab eo, vt iuraret per falsos Deos, peccaret quidem. num. 31. lit. F. & in Nou. num. 39.

F Vnde peccat mort. capiēs sub vsuris merces ad res vanas, graue æs alienum contrahendo, vxorem, & liberos notabiliter damnificādo. Idem de capiente ad interesse, & emente habita fide de pretio merces, quas vendit præsenti pecunia. capit. 17. numer. 263.

VSVRA II. QVOAD *venditionem, vel emptionem.*

A QVi vinum, triticum, vel oleum alicuius prædij ante mensem, vel vindemiam minoris emit ob anticipationem solutionis, quàm valebunt collecta, tenetur restituere. cap. 17. num. 22.

Idem de emente aliquid minoris iusto pretio ob anticipatam solutionem, vel cariùs vendente ob dilatam: quamuis postea augeatur pretium rei venditæ. num. 228.

Per

Per iuſtum autem pretium intelligitur infimum, medium, vel ſupremum. num. 227. & 228.

Qui vendit aliquid vno menſe pretio maiore, quo valiturum eſt in alio, ad quem vſque non erat ſeruaturus, peccat cum obligatione reſtitutionis. Si tamen eſſet ſeruaturus, licitum erit tribus concurrentibus. B

I. Ne accipiat pretium ſummum, ſed medium. II. Vt de pretio deducat tantùm, quantùm ſeruando diminuendum eſſet. A
III. Vt deducat impenſas in ſeruando faciendas. num. 239. §. 95. Nou. §. 104.

Vſura eſt vendere rem dilata ſolutione in aliud tempus, maximo pretio, quod valebit vſque ad illud: ſecus ſi vendat cum pacto, vt ſibi ſoluatur pretium medium minimi, & maximi, quod ab emptionis tempore vſque ad tempus in quod ſeruaturus erat, valeret, ſiue pretium creſceret, ſiue decreſceret. num. 243. §. 96. C

Vſura eſt vendere aliquid indigenti pecunia, cum pacto, vt ſtatim ſibi reuendat minoris iuſto pretio: ſecus ſi ſimpliciter vendit iuſto pretio, quamuis ſummo, & deinde quia emptor vult reuendere, & non inuenit emptorem, idem venditor iterum emit iuſto pretio quamuis infimo. §. 97. Pactum de retrouendendo ſimulatè factum D

animo magis mutuandi quàm emendi, vsurarium est. num. 247.

VSVRA III.

Quoad mutuum.

A MVtuum verum solùm reperitur in rebus, quæ vsu consumuntur, & consistunt in numero, pondere, & mensura: Palliatum verò in aliis etiam rebus & contractibus. cap. 17. num. 206.

Intentio principalis lucrandi ex mutuo sufficit ad constituendam vsuram, etiam sine pacto expresso, vel tacito, non tamen intentio minùs principalis. num. 209. Vnde peccat, qui mutuat ob lucrum conuentum expressè, vel tacitè, aut principaliter speratum. num. 214.

B Non est vsura sperare secundariò vel principaliter lucrum amicitiæ, & gratitudinis ex mutuo. num. 209.

Qui postquam mutuauit principaliter propter lucrum mutat intentionem in intentionem minùs principalem, si gratis datum accipiat, non est vsura. ibidem.

C Non sunt vsurarij omnes qui mutuant cum spe lucri, sine qua non mutuarent. ibid.

Qui bona fide accipit aliquid à mutuatario,

tario,credens dari gratis,non peccat:quòd si postea intelligat non gratis dari,tenetur restituere.ibidem.

Quamuis mutuator liberaliter mutuauerit, non potest accipere à mutuatario lucrum,quod dat coactus.

Ex qualitate autem rei datæ, & personæ dantis,& ex aliis circumstantiis iudicandum est, quando mutuatarius dat gratis lucrum. ibidem.

Quando præcessit pactum, non censetur D dari gratis,quamuis magnates dicant in litteris se gratis dare.num.244.§.99.vel 104.

Qui mutuat,vt mutuatarius soluat debitum, non est vsurarius.nec est vsura accipere aliquid ob iustam mercedem sui laboris, vel famuli, numerandi magnam summam pecuniæ, vel pro sumptu & labore mittendi pecuniam mutuatam longè absenti.

Vsura est permutare, locare, vel vendere minoris iusto pretio, ob anticipatam solutionem debitorum, vel maioris ob dilatam. num.210.

Vsurarij sunt, qui agros suos pluris iu- E sto pretio rigido locant propter dilatam solutionem suorum debitorum, vel propter mutuationem tritici ad serendum, & vi-

et is, aut pecuniæ ad alia necessaria. ibidem. Idem de his qui suos reditus quàm maximo possunt pretio locant, in auctionibus publicis, propter dilatas solutiones. ibidem.

Certum est apud omnes interesse damni emergentis & lucri cessantis, ex mutuo proueniés peti posse in tribus casibus. I. Quando præcessit mora in soluendo. II. Quando mutuum extortũ est per vim. III. Quando à principio conuenit de soluendo damno. quibus casibus licet paciſci etiã à principio de certo, & determinato lucro vltra sortem: quod tamen iam non habet locum in materia cambiorum post Extrauagantem Pij V. num. 212. & num. 183. lit. M. in explicatione eiusdem extrauagantis. not. 4. & in Nou. num. 301.

F Præterea licitum est in mutuo sponte facto recipere aliquid vltra sortem, ob interesse lucri cessantis, etiam ante moram, vel culpam, concurrentibus tamen nouem conditionibus, quæ tamen non sunt omnes necessariæ. I. Quòd hic lucrandi modus non tantùm sibi placeat, quantùm negotiationis: sed hæc non est tam necessaria: nam iustum & iniustum, non in bonitate vel malitia animorum consistit, sed in rerum externarum æqualitate, vel inæqualitate.

Vnde

Vnde etiam nihil refert, an mutuans sit rogatus, & quæsitus à mutuatario, an vltro mutuet, dummodò seruetur id quod ad iustitiam commutatiuam pertinet. II. Quòd interesse sit verum: & hæc est necessaria.

III. Quòd mutuatio, vel non solutio sit causa cessationis lucri: sed talis non est, quando mutuãs pecuniam habet aliam qua negotietur: quæ limitatio non procedit si aliam pecuniam destinasset ad alios fines, veluti ad fortuitas necessitates, neque negotiationi committere vellet, quod prudentiæ est. IIII. Quòd non sit assuetus dandis vsuris: quoniam ex tali consuetudine præsumeretur voluntas exercendi vsuram: sed hæc conditio non procedit in foro conscientiæ, in quo veritas præualet præsumptioni. G

V. Quòd non recipiat interesse priusquam constet, quod verisimiliter lucratus fuisset, qudd etiam in materia Cambiorum statutum est à Pio V. H

VI. Quòd mutuatarius non egeat extremè: sed hæc non videtur necessaria. Quia non tenetur ex præcepto subuenire illi gratis: imò satisfacit mutuando, vt, cùm poterit, soluat, & mutuare sine interesse, esset donare. I

VII. Quòd mutuans, ob hoc non incurrat infamiam vsurarij apud simplices, igno- L

rantes qualitatem aliàs bonam huius contractus. Hæc non ad vsuram, & restitutionem euitandam necessaria est. Sed ad euitandum peccatum scandali adiungitur.

M VIII. Quòd causa principalis mutuandi sit subsidium necessitatis, vitæ, salutis, honoris, aut bonorum proximi, quæ conditio magis est honesta, quàm necessaria.

N IX. Quòd non capiat, neque paciscatur totum interesse, quod verisimiliter expectatur, sed solùm tantum quantum valet illa verisimilis expectatio: atque ideo qui cogitur soluere pœnam, vel interesse creditori suo, eo quòd mutuatarius suus non soluit ei mutuum stato die, licitè potest (non ratione mutui, sed interesse damni emergentis, etiam si promissio de soluendo tali damno non præcesserit) recipere illud, quod sic soluit, & etiam compensationem damni accepti, ob venditionem rerum suarum minoris quàm valerent, aut emptionem tritici & vini cariori pretio, eo quòd stato die debitum ei non soluit. non possunt tamen quicquã capere iusta ratione interesse lucri cessantis ij, qui nolunt, vel nõ possunt negotiari, nec res frugiferas emere, & mutuant ad interesse. neque illi mercatores, qui certa pecuniæ summa negotiantur, & non maiori, & aliam, quam habent, ad interesse mutuãt.

neque

neque qui multas pecunias in nundinas important, & emptis mercibus suo proposito sufficientibus, reliquas pro interesse mutuãt, quia omnes isti nullum interesse verum prętendere possunt. num. 212.

Qui mutuauit triticum paratum ad seminandum, potest aliquid recipere ratione lucri cessantis. num. 211. O

Licitum est vni Hispano dare alteri Romæ centum scuta pro centum soluendis ab eodem in Hispania cum aliquo augmento, non quidem per viam interesse lucri cessantis, si non habebat illa destinata ad mercandum vel ad emendum aliquid frugiferum. nec per viam emptionis, & commutationis rei præsentis cum re absente, si ille nec formaliter, nec virtualiter habet illa in Hispania: sed potest per viam emptionis & commutationis rei præsentis cum absente, si alter habet verè & formaliter illa scuta (quæ vendit) in Hispania, aut virtualiter in redditibus beneficij, vel aliorum bonorum, vel crediti boni & probabilis. Quia ratione absentiæ valent minùs scuta absentia, & ratione valoris, quia plus valent Romæ centum scuta quàm totidem in Hispania. Est etiam licitum per viam mutui, præsuppositò quòd eadem pecunia P

valet hic pluſquàm ibi, imò licèt non valeret plus data facultate mutuatario ſoluendi in vrbe, aut ſi malit in partibus cum cambio, quo traductio illorum in vrbem conſtabit: quoniam in hoc caſu nihil videtur capi vltra ſortem, niſi ad ſummum intereſſe damni emergentis, præſertim ſi qui dat, eget illis, vel putatur eis opus habiturus in vrbe. non tamen hoc erit licitum vt ob ſolam dilationem, aut ſolum ratione mutui acciperet intereſſe lucri, maximè ſi eadem pecunia valeret minùs Romæ quàm alibi. nu. 283. lit. n. concluſione 7. in Nouo num. 301. not. 6. Mutuans centum ducatos in Noua Hiſpania, non poteſt capere totidem in veteri Hiſpania, & mutuans in veteri poteſt amplius recipere in Noua. num. 283. lit. R. & in Nouo num. 295.

Q

R Peccat qui mutuat poſita pœna, niſi intra diem ſtatutum ſoluerit, quem iam à principio credebat non poſſe ſoluere ad eam diem: idem ſi pœnam exigit ab eo, qui ſine culpa non ſoluit per impotentiam. idem ſi ſoluta parte debiti totam exigit pœnam, ſaltem quando obligatio eſt diuiſibilis, non tamen peccat ſi poſuit pœnam, vt ſoluat timore incurrendi eam. num. 215.

Vſura eſt mutuare rem cum pacto, vt reddatur, quando probabiliter creditur plus vali

valitura, secus si esset dubium, vel ipse seruaturus esset in illud tempus, & non tollit debitori libertatem soluēdi ante illud tempus. num. 219.

Non est vsura mutuare res vno mense, S vsque ad alium: in quo verisimiliter plus valebit, vt reddatur æquè bonum in illo, vel ante illum. num. 239. §. 45.

Vsura est mutuare cum pacto vt molat in suo molendino, vel emat in sua taberna, vel laboret in suo prædio, & debet satisfacere hanc obligationem iudicio boni viri. num. 220.

Vsura est mutuare cum pacto, vt sibi vendatur triticum vel aliquid aliud etiam iusto pretio, vel mutuare cum pacto assecurationis: secus si mutuatarius liberè voluit assecurare. tunc enim licitè potest paciscì de pretio assecurationis. num. 221. Et per hoc explicatur caput finale de vsuris. damnat enim assecurationem in mutuo propter præsumptionem, quia scilicet præsumit, vel quòd mutuatarius fingebat se traiecturum pecuniam per loca periculosa, cùm tamen non ita esset, vel quòd mutuans cogit mutuatarium vt assecuret mutuum, cùm tamen non haberet animum assecurandi. numero 284. T

Vsuræ nauticæ sunt prohibitæ quoad fo- V

rum exterius, si ob mutuum pecuniæ numeratæ accipiantur: & etiam quoad interius, si accipiantur pro mutuatione: secus si propter solam securitatem. num. 283. lit. A. & in Nou. num. 285.

Vsura est mutuare alicui pecuniam traiiciendam per loca periculosa, eo pacto vt mutuatarius faciat eam assecurari à mutuãte accepto aliquo pretio: secus si mutuatarius sponte vellet eam assecurare cum mutuante. ibidem.

Vsura est mutuare cum pacto, vt si mutuatarius intra certum tempus moreretur, liber esset, & si viueret duplum redderet. & mutuare magnati cum pacto vt conferat sibi aliquod officium æstimabile pretio. verũ est quòd non tenetur restituere id, quod tali officio lucratur. num. 222.

V Mutuantes sub vsuris regibus ad id aliquo modo cogentibus, difficilè possunt iustificari, nec per viam alicuius cãbij, nec per aliam viam. n. 283. lit. O. & in Nou. num. 302.

Vsura est mutuare alicui cum pacto, vt iuuet mutuantem, vel deprecetur pro illo, vel vt iterum mutuet, vel si medicus est, vt mutuatori medeatur. num. 223.

Vsura est mutuare triticum vetus cum pacto, vt reddatur nouum. sciens nouum plus valiturum. nu. 224. non tamen peccat mutuans

turans triticum cum pacto vt plus recentis reddatur quando verisimiliter creditur, quòd non valebit plus quàm vetus, quod mutuatur. ibidem.

Non est vsura tempore caritatis annonæ triticum æstimatum pretio, quo tunc venditur, mutuare cum pacto, vt tempore solutionis reddatur triticum pretio quo tũc valebit. num. 225.

Vsura est nolle recipere suum debitum vs- X
que ad tempus, in quo pretium eius crescat, cùm debitor nõ teneatur expectare illud tẽpus. idem de mutuante alteri cum pacto, vt non restituat ante tale tempus, vel in alio loco extra illud, in quo iure tenetur. ibidem. idem de mutuante pecuniam argenteam vt sibi reddatur aurea. n. 226. qui cẽtum soluenda à se vel ab alio alteri, in fine anni emit, vel redimit in principio anni minus ob anticipatam solutionem, vsuram committit, ac restituere tenetur: nisi id faceret, quia debitum non est liquidum, vel propter laborem, vel periculũ, vel impensas subeũdas in recuperando, vel illa quibus emit habebat destinata negotiationi, vel emptioni frugiferorum. n. 230. Nobis autem verum videtur.

Licitum esse minoris emere debita non soluenda, vsque ad annum secundum, vel tertium &c. quàm si presenti die soluẽda forent:

vnde

vnde debitor potest emere minoris in principio anni ea, quæ soluenda sunt à se in fine, quidquid alij dicant. num. 232.

Y Qui mutuo accepit centum cum pacto dandi decem vltra sortem, non potest eadem centum alteri mutuare cum eodem pacto ratione mutui, bene tamen ratione damni, quod aliàs pateretur. ibidem. 233.

Vsura est mutuare cum pacto vt mutuatarius vltra sortem det aliquid alicui tertio vel pauperibus. num. 237.

Non est vsura mutuare cum pacto, vt sibi remittatur iniuria: quia pœna iniuriæ nō debetur in foro conscientiæ. ibidem. secus de mutuante cum pacto, vt non solùm remittatur iniuria, sed etiam damnum, quod iniuria affectus passus est, quódque sibi debetur in conscientia. num. 238.

Qui centum aureos mutuat ad annum, si intra illum crescat eorum valor authoritate publica, debent solui eidem totidem in fine anni; si ea vsque ad annum erat seruaturus: vel si mutuauit cum pacto quòd redderentur ei alij centum eiusdem metalli, & formę, siue maioris, siue minoris valerēt in fine anni, imò quamuis non esset seruaturus, nec fecisset prædictum pactum. n. 283.

Z Vsura est commendare, vel deponere pecuniam apud mercatorem intentione principali,

cipali, vt aliquod lucrum annuum soluat,& tenetur restituere etiam non interueniente pacto: secus si acciperet à mercatore donante gratis,quamuis libentiùs habeat suam pecuniam depositam penes hunc gratũ, quàm penes alium: & licèt mercator det illud sperans propter hanc largitatem pecuniam non auferendam à se. num. 243. §. 9.

Licitè potest quis legare pecuniam beneficiariis alicuius Ecclesiæ, vt perpetuò singulis mensibus tot Missæ pro legante dicantur, quot ex lucro pecuniæ ad rationem quinque pro centum quotannis dici poterunt. num.257.

Licitum est reipublicæ constituere officium mutuandi egentibus constituto salario de publico, imò & præstito aliquo paruo lucro reddendo à mutuatariis pro labore officiarij. num.283. lit. A.& in Nou. nu.285.

Mutuanti mille in India, ea lege vt post certum tempus eadem petat vbique terrarum inuenerit mutuatarium,satisfit,si soluãtur Romæ deductis cambiis, vel illa mille integra. num.43.

VSVRA IV. QVOAD *locationem & conditionem.*

QVI pecora, vel prædia emit ab eo, quē credit non habere, & statim certa pensione eidem locat, tenetur restituere pensionem, quam ex re, quæ non erat, cepit: secus si emit bona fide, credens probabiliter eum habere illa, nec tenetur restituere etiam cognita veritate. num. 229.

VSVRA V. CIRCA cambia.

QVI deponit nummos apud vsurariū habētem proprias pecunias ad exercendā vsuram, non peccat: secus si non habeat proprias. c. 14. n. 31. lit. F. §. 12. & in Nou. n. 40.

De commendante pecuniam apud mercatorem, ea intentione vt aliquod lucrū annuū ei soluatur; vide supra tit. vsura II I. lit. Z.

De mutuante mille in India, quomodo satisfiat ei Romæ: vide tit. vsura I I I. in fine.

De vsura circa pignus. tit. pignus. De vsura circa Societatem. tit. Societas.

VSVRA VI. QVOAD restitutionem.

AVSVRA est minùs debita, quàm debitum ex aliis contractibus. c. 17. n. 53.

Famulus vsurarij tenetur restituere tamquam

quam faciens, vsurarius verò tamquam consentiens.num.19.

Et famulus tenetur, etiam si solùm pecu- B
niam dedit,& pignora, vel solutionem vsurarum accepit dum modò sciant,pecuniam, quam ferunt mutuam, mitti ad vsuram , & quam recipiunt, ratione vsurarum recipi, & tenentur restituere ante executionem principalium,quia non cẽsentur accessorij. Idem de proxeneta rogante,vt det ad vsuram : secus si simpliciter rogauit,vt daret ad mutuũ: secus etiam si non se tenet principaliter ex parte vsurarij,sed ex parte indigentis.n.267.

Qui gratis mutuare volenti suadet, vt C
non mutuet nisi ad vsuram , tenetur restituere in solidum.num.265.

Qui mutuat vsurario in malos fines, non potest licitè capere ab eo solutionem,si ex ea redditur impotens ad soluendas vsuras.num. 264.

De emẽte pignus amissum ob vsuras non D
solutas,idem est ac de emente rem alienam. num.265.

Bona vsurarij non sunt obligata pro vsuris extortis. Dominium rei lucrifactæ per vsuras transit in vsurarium,& dominium rei venditę per vsurarium,transit in emptorem, nec potest auferri à soluente vsuras pro earum restitutione.ibidem.

Vsu

Vsurarius non tenetur restituere, quod emit suo nomine, ex pecunia vsuraria. n. 278.

Debitor potest recuperare rem, quam soluit pro vsuris, si est penes vsurarium: imò etiam si sit penes alium titulo gratuito, saltem cùm desunt vsurario bona ad restituendum. num. 265.

E Qui aliquid notabile accipit gratis ab vsurario in eadem specie, qua fuit datũ illi, vel etiam in alia, si sciebat, vel probabiliter dubitabat, eius bona non sufficere ad restituendas vsuras, tenetur restituere illis, quibus vsurarius tenebatur. num. 266.

Gestor negotiorum, vel tutor, qui etiam nomine suorum principalium dedit ad vsuras, vel recuperauit, eas tenetur restituere, illis nõ restituentibus, etiam si fuerit merus executor. num. 267.

F Vxor vsurarij sciens maritum non habere amplius quàm ad restituendas vsuras, peccat viuendo ex eius bonis, cùm ex suis, aut consanguineorum, vel suo labore honestè viuere possit. Quod restringendum est, quando viuit de eisdem bonis vsura acquisitis, quorum dominium non transit in vsurarium, vt pignora fructifera: Et quando viuit sumptuosiùs, quàm decet statum eius: aliàs secus. Quoniam maritus plus obligatur ad sustentandam vxorem, quàm ad restituendas

das vſuras.cap.17.num.268.

Idem de vxore cuiuſlibet alterius non G habentis ampliùs quàm ad ſoluendum debita. Idem de filiis, qui aliter viuere non poſſunt: ſecus ſi poſſint niſi ſeruitia patri facta id mereantur. Idem de famulis, qui ſui victus impenſam lucrãtur: Et de filiis, & famulis, ignorantibus bona, quibus ſuſtentantur, parta fuiſſe per vſuras. Et de illis qui adferunt vtilitatem rei familiari, dummodò non accipiant in ſtipendium eamdem rem extortam per vſuram. Non tamen eſt idem de his, quorum opera non affert tantùm vtilitatis rei familiari, quantùm impenſæ. num.270.

Peccat qui à ſocero vſurario, cuius bona H non ſufficiunt ſoluendis vſuris, accipit dotem, etiam moderatam, etiam pecunia, vel in aliis rebus cuius dominium transfertur in vſurarium. Et peccat, ſi repugnat vxori volenti dotem illam reſtituere: vxor tamen ſine marito non poteſt reſtituere.num.271.

Vxor abſque licentia mariti vſurarij non poteſt reſtituere vſuras, ſi timeatur ſcãdalum: ſecus ſi non timeatur.num.272.

Iudex, qui adiudicat vſurario vſuras, I vel non cogit ad reſtituendum eas, tenetur reſtituere in ſolidum: idem de notario publico faciente ad hoc inſtrumentum ſi-

mulatum. num.275.

Si tamen hoc fecit in fauorem indigentis,licèt peccet mortaliter, non tenetur restituere.nu.276.

L Quòd si faciat scripturam apertè vsurariam,non tenetur restituere,nisi fiat in loco, vbi ex statuto,iniusto vel cõsuetudine accipientes mutuum sub vsuris, compellantur eas absoluere : nec etiam tenetur restituere pretium acceptum pro conficienda scriptura vsuraria. ibidem. Quod dictum est de notario, idem dicendum est de teste. nu.277.

M Procurator, vel aduocatus, qui iuuant in hoc vsurarium, nempe vt iudex adiudicet illi vsuras, vel non cogat ad restituendum eas, vel certè impediunt restitutionem earum petenti, tenentur restituere in solidum. Nec excusantur, quòd scripturæ in superficie viderentur iustæ, si sciebant factas esse pro vsuris. In qua etiam obligatione irretitur notarius publicus huiusmodi scripturam simulatam faciens, vt paulo antè dictum est. nu. 275.

N Vsurarius tenetur restituere quod accepit vltra sortem, vel fructus pignoris perceptos, vel quos percipere potuit. Et ipso non restituente, tenentur hæredes, vnusquisque pro sua parte. Quòd si vnus non

potest,

potest, alius tenetur ad id iuxta vires hæreditatis. Tenentur donatarij, legatarij, & qui gratuitò acceperunt aliqua bona ab vsurario, si pars quæ peruenit ad hæredes non sufficit. num. 278.

Vsura mentalis tantùm, obligat ad restitutionem. capite vigesimo tertio, numero centesimo secundo, & centesimo tertio, §. 5.

Ratio autem cur vsura mentalis obliget ad restitutionem, & Simonia mentalis non obliget, est, primùm, quoniam sic declarauit Papa, cui debemus humiliter assentiri, & credere non defuisse illi rationem ita declarandi, vnde ratio iusta & vera huius decisionis ab eo erat petenda. Deinde, quoniam quod pro vsura datur, coactè datur; quod autem pro simonia, sponte: vt quod datur pro emptione, aut venditione. Tertiò, quia quod datur per viam simoniæ, datur per viam commutationis, quæ de se iure probatur, non autem quod datur per viam vsuræ. Quartò, quia vsura bene soluitur, & malè recipitur. Nam soluere vsuram, non est peccatum, recipere autem, sic. Vnde qui eam malè recipit, ab eo qui bene dat, tenetur restituere danti.

At qui per simoniam mentalem accipit ab eo, qui malè dat, bene suscipit ob

ignorantiam malæ intentionis, aut saltem accipit à malè dante, & consequenter nemini tenetur restituere illud, saltem, si præstet illud propter quod datum est. Nam qui bene vel malè accipit aliquid ab eo qui malè dat, non tenetur ex præcepto ad restituendum illud: saltem si illud cuius causa datum est, fecit, & nulla speciali lege id iubeatur. numero centesimo secundo §. quinto, & in Nouo. numero centesimo tertio, §. 5.

VSVRA VII.

Quo ad pœnas.

A PECCAT Sacerdos audiens confessionem vsurarij manifesti, vel impendens ei absolutionem, vel aliud sacramentum, antequam restituat vsuras, vel præster cautionem. Et nolenti hoc facere, nemo debet esse testis in testamento (quod testamentum nullum est ipso iure) nec confessionem eius audire: nec ipse est in loco sacro sepeliendus. capite decimo septimo, numero ducentesimo septuagesimonono. Et qui eum in loco sacro sepeliret, nisi priùs

præ

præstitis suprà dictis, excommmunicatur per Clem. I. de sepult. ibidem.

Quòd si vsurarius in periculo mortis est, & vult præstare ea, sed non potest, à quolibet Sacerdote audiri potest, & absolui, & obtenta ab eo facultate eius promissionem Episcopo declarabit, vt, si conualuerit ipse, vel si moriatur, eius hæres ad restitutionem ab eodem compellatur. His autem factis & præstitis poterit & ad communionem & ad sepulturam in loco sacro admitti. numero ducentesimoseptuagesimonono & capite vigesimosexto. numero vigesimooctauo, & in Nouo. numero vigesimooctauo. B

Vsurarius manifestus dicitur, *qui palam & notoriè mutuat ad vsuram.* cap. 27. numero 137. *vel res ob dilatam solutionem manifestè vendit cariùs iusto pretio rigido.* cap. 17. numero 280. C

VSVS RATIONIS.

QVANDO puer peruenit ad vsum rationis, tenetur se conuertere in Deum, eo modo, quo dictum est, tit. Charitas. A

Vsus Rationis non aduenit omnibus in eodem tempore. Tunc verò censebi- B

tur puer illum habere, cùm ob malefactum verecundatur, & discernit bonum à malo. Et interrogatus, an sit bonum, innocentem interficere, furari, patri aut matri maledicere, &c. ille negatiuè respondet: aut interrogatus, an sit bonum pauperi succurrere, adire Ecclesias, non furari, &c. ille affirmatiuè respondet. cap. 21. num. 33. Præsumitur autem in foro exteriori post septem annos & non ante. capite vigesimo septimo, num. 230.

VXOR.

A NON potest mutare habitum sine licentia mariti in habitum religiosorum tertij ordinis. capite duodecimo, numero 62.

Peccat mortaliter vxor, quæ est notabiliter inobediens marito in his quæ ad regimen domus, & bonos mores pertinent. Vnde aliquando obligatur sub mortali præcepto mariti obedire. Peccat etiam mortaliter, quæ non vult sequi maritum aliò migrantem, nisi præcessisset pactum, ne aliò migraret, & nulla esset iusta necessitas, quæ cogeret eum à pacto recedere: &, vel si vir sit vagabundus, & non erat talis, quando con-

contraxerunt.cap.14.num.20.

Potest discedere à marito pertrahente B eam ad mortale. cap.16.num.22.

Potest de bonis mariti nolentis restituere,soluere eius debita, etiam contra expressam voluntatem eius.cap.17.nu. 117.

Accipiens verò aliquid notabile ex bonis mariti contra voluntatem eius pro cognatis, vel ludis, vel pro pigmentis, &c. peccat mortaliter,& tenetur restituere. numero 153.

Et licèt maximam dotem dederit marito, non tamen potest absque eius licentia notabilem quantitatem alteri dare simul, nec minutatim, si à principio statuit dare notabilem quantitatem. nu.155.

Nullam eleemosynam potest facere, nisi C in his casibus. I. Extremè indigenti. II. Vbi consuetudo habet, quòd paruas possit facere, & hoc quamuis maritus expressè contradicat: dummodo non intelligat, quòd verè & ex animo contradicit. III. Ad euitandum graue malum temporale vel spirituale mariti. IV. Si maritus est amens. V. Si est absens.Sed in his duobus casibus,non potest dare ampliùs quàm id quod maritus sanus vel præsens dare solitus erat. VI. quãdo maritus pro eius victu designat aliquid certum, & ex eo parciùs viuendo adimit

aliquid erogandum in pauperes. VII. Si habet bona paraphernalia. VIII. Quando propria arte lucratur aliquid, dummodo lucra non sint communia, vt contingit in Hispania. num. 153. 154. 155.

D Vxor habet administrationem domus absente marito, nisi aliter statuatur per maritum, vel superiorem. num. 154. Potest disponere de bonis paraphernalibus pro sua voluntate, nisi consuetudo, vel statutum patriæ esset in contrarium. num. 155.

Si dedit marito dotem sufficientem ad sustentandum, & lucratur aliquid per artem texendi, aut suendi, &c. potest de huiusmodi lucris disponere: non tamen in regno Hispaniæ; vbi lucra communia sunt, & administratio reseruatur marito. ibidem.

E Dimidia lucra, quæ adquiruntur vxori, adquiruntur reuocabiliter. ibidem.

Potest, si maritus est prodigus, clam accipere aliqua, etiam reclamante marito, vt prouideat domui. Licitè potest etiam in foro conscientiæ totam dotem repetere mortuo marito. Quamuis ille multa superflua impendisset in alendo & ornando eam. ibidem.


F Donata vxori à consanguineis ad eam pertinent, & ad maritum, quæ ei dantur à consanguineis ipsius. num. 166.

Dotem

Dotem acceptam à patre vsurario, non potest restituere sine licentia mariti. Peccat tamen si conuenit cum marito de non restituendo.num.272. Quomodo possit sustentari de bonis mariti, non habentis amplius quàm ad soluenda debita. vide tit. Vsura VI. Quoad restitutionem.

DEO IESV CHRISTO
honor & gloria in æternum.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN


UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

INDEX EORVM TITVLORVM, QVI IN HOC COMPENDIO continentur.

***

ABbas. pag. 15
Aborsus 15
Absolutio prima, Sacramentalis in genere. 16
Absolutio II. Sacrament. à peccatis reseruatis. 21
Absolutio III. ab excommunicatione in communi. 25
Absolutio IIII. ab excõmunicatione iuris. 34
Acceptio personarum. vide tit.
Actus humanus. 36
Accidia. 36
Accusatio & accusator 38.
Adiuratio contra dæmonem. 40
Adulterium. 41
Aduocatus. 45
Ætas. 46
Affinitas vide Matrimonium. X. §. V.
Alea, vide ludus.
Alimenta. 47

Ancil

Ancilla, vide famus.
Angelus. 47
Anima. 47
Annus. 51
Apostasia à fide. 52
Appellatio. 52
Archidiaconus. 53
Argumentatio. 53
Arreptitius, vide adiuratio.
Ars. 54
Articulus fidei, vide fides. 54
Articulus mortis. 54
Assecuratio. 56
Astrologia, vide superstitio. 56
Astutia. 56
Attritio. 57
Auaritia. 59
Auguriū, vide superstitio. 60

B.

BAptismus I. in cōmuni. 60
Baptismus II. quoad materiam & formam. 61
Baptismus III. quoad ministrum. 62
Baptismus IV. quoad suscipientem & patrinum. 65
Baptismus V. quoad ritum. 66
Beatitudo. 67
Bellum. 67
Benedictio. 68
Benedictio nuptiarū, vide Matrimo. XV. & tit. Sacramentalia. 69
Beneficium. I. in communi. 69
Beneficium II. quoad conferentem & collationem. 70
Beneficium. III. quoad procurantem, recipientem, possidentem. 71
Beneficium IV. quoad fructus. 78
Bigamia. v. Irregularitas II.
Blanditiæ. 82

Blasphemia. 83
Bona hominis in cõmuni. 85
Bona Castrensia filiorum. 87
Bona paraphernalia. 89
Bulla Iubilæi, & Bulla Cruciatæ. 89
Bulla cœnæ. 88.

C.

CAmbium. 92
Canonicus. 98
Capellanus. 98
Carcer. 98
Castratus. v. Irregularitas III. 99
Casus fortuitus. 99
Casus reseruatus. 100
Cathedra. 102
Caupo 102
Causa. 102
Censura. 104
Census. 104
Cessatio à diuinis. 104
Cessio bonorum. 105
Charitas. 106
Chorea. 110
Circunstantia. 110
Circumstantiæ sequẽtes non sunt necessariò confitendæ. 113.
Chrisma, vide Baptismus V. & Cõfirmatio. 110
Citatio. 115
Clericus. 115
Coadiutor. 119
Cognatio spiritualis, vide Matrimon. X. §. VI.
Cognatio legalis, vide ibidem.
Collatio. 119
Collegium. 120
Colluſio, vide litigium.
Columbarium. 120
Commodatum. 121
Communio. 123
Complices. 123
Compositio. 124
Concubinarij. 124
Cõductio, vide locatio
Confessio Sacramentalis I. in communi.

muni. 125
Confessio II. quoad materiam & formam. 128
Confessio III. quoad modum. 130
Confessio IV. quoad iterationem. 130
Confessio V. quoad obligationem. 135
Confessio VI. quoad sigillum. 137
Cõfessor primus quis sit. 142
Confessor II. qualis esse dẽbeat. 143. 144
Confessor III. ad quid teneatur. 145
Confessor IV. quoad prẽsentationẽ. 149
Confidentia. 150
Confirmatio. 151
Coniectura. 152
Coniugium & coniux vide tit. maritus, matrimoniũ, vxor. 153
Coniuratio. 153
Consanguinitas, vide matrimonium. 10. §. 4. 153
Conscientia. 153
Consecrat. virginũ. 154
Consensus. 154
Consilium. 155
Consuetudo. 156
Contemptus. 158
Contractus. 158
Contritio. 160
Contumelia, vide iniuria. 164
Cooperatio. 164
Corporalia vide tit. benedictio & titul. Missa. 164
Corpore vitiatus. 165
Correptio. 165
Culpa. 168
Curiositas. 168
Custos. 169

D.

DAmnatus. 170
Damnum. 171
Debitum. 173
debitũ coniugale vide matrimoniũ 174
Decimæ. 174
Defẽsio & defẽsor. 176

Degradatio, seu depositio. 177
Delectatio morosa. 177
Delegatus & subdelegatus. 179
Deliberatio. 179
Delictum & quasi delictum. 180
Denunciatio. 180
Depositio vide degradatio. 183
Depositarius & depositum. 183
Derelicta. 186
Derisio 186
Derogatio 186
Desperatio. 186
Detectio. 187
Detractio. 187
Deus. 191
Diffamatio, vide infamia.
Dispensatio. 192
Disputatio. 194
Diuortium, vide matrimonium. 11.
Doctor. magister & discipulus. 195
Dolus. 196
Domicilium. 198
Dominium. 198
Dominus. 199
Donatio. 199
Dos. 203
Dubium. 204
Duellum. 204

E.

EBrietas. 205
Ecclesia. 206
Electio. 208
Eleemosyna. 209
Emphyteusis. 214
Emptio & venditio I. quoad pretium. 214
Emptio I I. quoad res vendendas. 219
Emptio I I I. quoad locum tẽpus & personas. 221
Epieeia. vide tit. scrupulus.
Episcopus. 221
Eunuchus vide irregularitas.
Eucharistia. I. in se. 224
Eucharistia I I. quoad obli-

obligationem. 225
Eucharistia III. quoad vsum & ritum. 226
Eucharistia IV. quoad ministrum. 229
Eucharistia V. quoad effectum. 231
Euictio. 231
Examen. 231
Excommunicatio I. in se. 232
Excommunicatio II. quo ad obligationē & comprehensionem. 236
Excommunicatio III. quoad excommunicantem & causam. 240
Excommunicatio IV. quoad effectū. 244
Excommunicatio V. quoad participantes. 250
Excommunicatio VI. de excommunicationibus iuris. 255
§. I. de cōtentis in bulla cœnæ. 255
§. II. de reseruatis Papæ extra bullā cœnæ. 266
§. III. de reseruatis partim Papæ partim Episcopis. 286
§. IV. de reseruatis nemini. 288
§. V. de Excōmunicationibus Sixti decretalium nulli reseruatis. 292
§. VI. de excommunicationibus Clementinarū nulli reseruatis. 303
§. VII. de excommunicationibus Concilij Trid. Pij V. & Greg. XIII. 312
Exsecutor. 316
Excusatio. 316
Exheredatio, vide hereditas.
Exorcismus, vide adiuratio & baptismus.
Extrema necessitas, vide eleemosyna.
Extrema vnctio, vide vnctio.

vnctio.

F.

FAllacia, vide dolus.
Falsarius & falsitas. 317
Fama & infamia. 318
Familia & famulus. 323
Festum. 324
Fideiussor. 330
Fides. 330
Filius. 332
Finis. 339
Fœmina. 341
Fœnus & fœneratio, vide vsura.
Fœtus, vide aborsus.
Fornicatio. vide luxuria.
Fraus vide dolus.
Fructus. 342
Fugere. 342
Funambulus. 344
Funus & funerale. 344
Fur. 344
Furtum. 346

G.

GAbella. vide vectigal.
Gener. 348
Generatio. 349
Gradus. 349
Gratia. 349
Gula. 350

H.

HAbitus. 351
Hastiludium. 352
Hereditas I. quoad heredem. 352
Hereditas II. quoad exheredationem. 354
Hermaphroditus. 354
Hæreticus. Hæresis. 354
Homicidium. 362
Honor & Honorat. 368
Horæ Canonicæ I. in se, & quoad attentionem & obligationem. 368
Horæ II. quoad personas quæ tenentur recitare. 370
Horæ III. quoad tempus, locum & ordinem. 373
Hospitale. 374

Humilitas. 375
Hypocrisis. 375

I.

IActantia. 375
Idololatria. 376
Ieiunium I. in se & quoad obligationem. 377
Ieiunium II. quo ad personas. 379
Ieiunium III. quoad diē & horam. 382
Ieiunium IV. quoad cibos. 383
Ignorantia. 384
Illegitimus & legitimus. 386
Imago 388
Immunitas Ecclesiæ. 389
Impedimentum. 391
Incendiarius. 392
Incerta. vide tit. restit. 10.
Incestus. vide luxuria. & quatenus impedit matrimonium. vide matrimonium X. §. IV.
Indulgentia. 393
Infamia. vide Fama.
Infamis. 394
Infidelis & infidelitas. 394
Infirmus. 395
Iniuria siue contumelia. 396
Inobedientia. 397
Inquietudo mentis. 398
Inquisitio. 398
Intentio. 399
Interdictum I. quantū ad essentiam. 400
Interdictum II. quantum ad eos quos ligat. 403
Interdictum III. quis & quomodo ponat illud & tollat. 407
Interdictū IV. quoad effectum. 407
Interdictum V. quoad pœnas contra violantes illud. 414
Interesse. 415

Interrogatio. 415
Inuenta. vide tit. reſtitutio. II.
Inuidia. 416
Inuocatio dæmonum. 418.
Inuolunt. vide tit. volunt.
Ira. 420
Irregularitas I. in cõmuni. 421
Irregularitas II. de 1. ſpecie, ſcil. Bigamia. 422
Irregularitas III. de 2. ſpecie, ſcil. ex defectu corporis. 424
Irregularitas IV. de 3. ſpecie Irregularitatis, ſcil. ex defectu animæ. 430
Irregularitas V. de 4. ſpecie, ſcil. ex defectu perfectæ lenitatis. 431
Irregularitas VI. de 5. ſpecie, ſcilicet ex homicidio iniuſto. 437
Irregularitas VII. ex mala accept. l. vſu ordinum. 445
Irregularitas VIII. ex delicto violandi cenſuras celebrando. 448
Irregularitas IX. ex delicto reiterandi baptiſmum. 451
Irregularitas X. ex notorietate delicti. 451
Irregularitas I. quoad diſpenſationem. 452
Iudex. 454
Iudicium. 460
Iuramentum I. in ſe. 461.
Iuramẽtum II. quoad materiam. 464
Iuramẽtum III. quoad obligationem. 465
Iuramentũ IV. quoad relaxationem. 467
Iuriſdictio. 467
Ius. 468

Ius patronatus. 469
Iustitia. 469

L.

LAtro. vide fur.
Laus. 470
Laudemium. 470
Legatarius. 470
Legatum. 471
Legitima. 472
Legitimus, vide illegitimus.
Lex I. quoad obligationem. 472
Lex II. quoad promulgationem. 484
Lex III. quoad interpretationem. 484
Libellus famosus. 485
Liber 485
Libertas Ecclesiastica. vide tit. excommunicatio. VI. §. IV.
Libertas hominis. vide bona.
Liberum arbitrium. vide anima.
Literæ Apostolicæ. 485
Literę dimissoriæ. 486
Literæ sigillatæ. 486
Litigium. 487
Locatio & conductio. 487
Loca religiosa. 492
Ludus I. in se. 492
Ludus II. quoad personas. 497
Luxuria. 498

M.

MAledictio. 513
Maleficium. vide superstitio.
Manifestum. vide notorium.
Maritus. 514
Martyrium. 517
Mater. vide Pater.
Matrimonium I. in se & quoad ætatem. 517
Matrimoniũ II. quoad sponsalia. 522
Matrimonium III. quoad verba absoluta.

lura. 525
Matrimonium IIII. quoad verba sub conditione. 526
Matrimoniũ V. quoad intentionem & cõsensum. 528
Matrimonium VI. quoad consensum coactum. 530
Matrimonium VII. quoad consensum clandestinum. 531
Matrimonium VIII. de impedimentis in genere. 537
Matrimonium IX. de impedimẽtis impedientibus tantùm. 539.
Matrimonium X. de impedimentis quæ impediunt & dirimunt. 540
§. I. de impedimento erroris. 540
§. II. de impedimento voti & ordinis. 543
§. III. de impedimẽto cõsanguinitatis. 545
§. IV. de impedimẽto affinitatis. 546
§. V. de impedimento cognationis spiritualis. 548
§. VI. de impedimento cognationis legalis. 550
§. VII. de impedimento frigiditatis furiæ, amentiæ & maleficij. 551
§. VIII. de impedimẽto disparitatis cultus. 553
§. IX. de impedimento criminis vel delicti. 554
De impedimento iustitiæ publicæ honestatis. vide Matrimonium. II.
Matrimonium XI. de diuortio. 556
Matrimonium XII. de secundis nuptiis. 557
Matrimoniũ XIII. de debito cõiugali. 558

Matrimonium XIV. de Bigamia. 563
Matrimoniũ XV. de benedictionibus. 563
Matrimonium XVI. de dispẽsatione. 564
Medicus & Chirurgus. 566
Mendacium. 568
Memoria. 569
Mercator & Mercatura. 570
Mercenarius. 570
Meretrix. 571
Meritum. 572
Metus. 573
Miles. 574
Miracula. 574
Missa I. de essentia eius & valore. 575
Missa II. quoad ministrum. 577
Missa III. vbi, quando & quo ritu celebranda. 579
Missa IV. quo ad auditionem. 584
Moneta & pecunia. 589
Monialis. 591
Monopolium. 592
Mora. 592
Mons pietatis. 592
Mulier. vide fœmina.
Mutuum. 592

N.

NAufragium. 593
Necessitas. 595
Necromantia. 596
Negotium. 596
Neophytus. 596
Notarius. vide Tabellio.
Notorium. 597
Numerus. 597
Nouitius. 599

O.

OBedientia. 599
Obstetrix. 600
Oblatio. 600
Obligatio. 600
Occasio. 600
Occultum. 601
Odium. 602

Officium. 602
Oleum sanctissimum. vide Chrisma.
Omissio 603
Opera. 603
Opinio. 604
Oratio. 605
Ordo I. prout est Sacramentum secundùm se. 605
Ordo II. quoad collationem & susceptionem. 609
Ordo III. quoad ministrum conferentem ordines. 616
Ordo IV. quoad executionem. 616
Ornatus. 617

P.

PActum. 619
Papa. 619
Paraphernum. vide bona.
Parochus. 621
Participatio. 622
Passio. 622
Pater & mater. 623
Pauper. 625
Paupertas. vide religiosus.
Pecc. I. in communi. 625.
Pecc. I I. mortale. 627
Pecc. I I I. veniale. 628
Peculium. 628
Pensio. 628
Percussio. 630
Permissio. 632
Permutatio. 632
Pertinacia. 633
Peregrinus. 633
Periurium. 633
Pietas filiorum erga parentes. vide filius.
Pignus. 635
Pirata. vide naufragiū.
Pœnitens. 638
Pœnitentiæ virt. 639
Pœnitētiæ sacramentum. 640
Pœnitentia solemnis. 642
Pœna. 643
Pollutio. 644
Præceptum. 646

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Prædicator. 647
Prælatus. 649
Præſcriptio. 650
Præſumptio. 650
Pretium. 651
Primitiæ. 655
Priuilegium. 655
Prodigalitas. 655
Profeſſio. vide religioſus.
Promiſſio. 655
Propoſitum. 657
Proxeneta. 657
Publicum. 658
Punitio. 658
Purgatorium. 658

Q.

QVarta funeralis. 659.

R.

RApina. 659
Raptor. 659
Ratihabitio. 660
Reatus. vide pecc.
Recõciliatio. vide Eccleſia.
Recompenſatio. 661
Religio. 663
Religioſus I. in communi. 664
Religioſus II. quoad ingreſſum. 664
Religioſus III. quoad profectionem. 667
Religioſus IV. quoad paupertatem. 668
Reliquiæ. 669
Renuntiatio. 669
Repetitio. 669
Repreſalia. 669
Reſidentia. 670
Reſtitutio I. in ſe. 672
Reſtitutio II. quis debet reſtituere. 673
§. de impediente bonum alienum. 679
Reſtit. III. quid ſit reſtituendum. 681
Reſtitutio IV. quantũ eſt reſtituendũ. 682
Reſtit. V. cui ſit reſtituendum. 685
Reſtitut. VI. vbi facienda ſit reſtit. 686
Reſtit. VII. de modo & ordine reſtituẽdi. 687

Restitut. VIII. quando sit restituendum. 691
§. I. quę causæ excusent à restituēdo statim. 691
§. II. quæ causæ excusent à restituendo simpliciter. 694
Restitut. IX. quoad incerta. 697
Restitut. X. quoad inuenta. 698
Reus. 700
Rex 702

S.

Sacerdos. 705
Sacramentalia. 706
Sacramentum. 707
Sacrilegium. 710
Salarium. 711
Satisfactio. I. 711
Satisfactio II. Sacramentalis. 712
Scandalum. 717
Scrupulus. 719
Scurrilitas. 722
Secretum. 722
Sententia. 725
Sepultura. 725
Seruus & ancilla. 726
Simonia I. in se. 728
Simonia II. quoad materiam. 739
Simonia III. quoad pœnam & restitutionem. 745
Simulatio. 751
Societas. 751
Sodomia. vide tit. irregularitas. 756
Solutio. 756
Sors & sortilegiū. vide superstitio. 757
Spectacula. 757
Sponsalia. vide matrimonium II.
Sponsio. 758
Status. 758
Statutum. 758
Stipulatio. 758
Stuprum. vide luxuria.
Subdelegatus. vide delegatus.
Subditus. 759
Subreptio. vide voluntarium.

Subornatio. 759
Suffragium. 759
Suffragia mortuorũ. 759
Superbia. 760
Superſtitio. 761
Suſpenſio I. quid & quomodo incurratur. 763
Suſpenſio II. à quo tollatur & quomodo. 766
Suſpenſio III. de ſuſpenſionibus impoſitis à Iure. 767
Suſurratio. 769

T

Tabellio. Tactus. 760
Taurorum agitatio. 761
Tentare. 764
Teſtamentum. 764
Teſtis. 765
Theſaurus. 780
Titulus. 780
Tonſura. 780
Torneamentum. vide haſtiludium.
Tranſactio. 780
Tributum. vide vectigal.
Triremis. vide tit. excommunicatio.
Tutela. 781
Tyrannus. 782

V.

VAna gloria. 782
Vectigal. 783
Venatio, piſcatio, & aucupium. 785
Vexatio. 787
Vidua. 787
Vindicta. 787
Virginitas. 788
Viſitatio prælatorum. 788
Vita. 788
Vnctio extrema. 788
Voluntarium, & inuolunt. 790
Votum I. in ſe quantum ad eſſentiam. 791
Votum II. quoad materiam.


UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

teriam. 792
Votū III. quoad obligationem. 794
Votum IV. quis possit vouere. 803
Votum V. quoad solemnitatem. 804
Votum VI. quoad irritationem. 805
Votum VII. quoad cōmutationem. 808
Votum VIII. quoad dispensationem. 810
Vsura I. in se. 814
Vsura II. quoad venditionem. l. emptionem. 816
Vsura III. quoad mutuum. 818
Vsura IV. quoad locationem & conduct. 829
Vsura V. circa cambia. 830
Vsura VI. quoad restitutionem. 830
Vsura VII. quoad pœnas. 836
Vsus rationis. 837
Vxor. 838

Lib. coll. Soc.tis Iesu Paderborn. a°. 1611.


FINIS.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN





UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN


UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN




UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN



Th
2347

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN